

682 H 6

M. TVLLII CICERONIS  
EPISTOLAE.



PARISIIS.  
EX OFFICINA ROBERTI STEPHANI.  
M.D.XXXVIII.

RA 107.19

# Tertius Tomus

CONTINET

Epistolarum libros x v, ad diuersos missarum: inter quos vna est M. Caeli ad Cicero-  
nem: quos omnes recentiores nouo, & parvilles apto nomine familiares appellarunt.

Librum i. ad M. Brutum.

Libros iii. ad Q. Ciceroiem fratrem.

Libros x v i. ad T. Pomponium Atticum.

Librum unum Cogitac Nepotis de vita T. Postiponii Atuci

# M. Tullii Ciceronis Epistolarum

## LIBRI XVI.

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCO<sup>S.</sup>



GO omni officio, ac potius pietate erga te, extensis satiatis omnibus mihi ipse nunquam satiatio. Tanta enim est magnitudo tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, nisi perfecta re, de me non coquidix ego, quia non idem in tua causa officio, vitam mihi esse accepit putem. In causa hac sunt: Hammonius regis legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores, per quos, cu tu aderas, agebatur. Regis causa, si qui sunt, qui velint (qui pauci sunt) omnes rem ad Poprium deferri volunt. Senatus religionis calunitiam, non religione, sed maluolentia, & illius regiz largitionis inuidia cōprobaret. Pōprium & hortari, & orare, & iam libertius accusare, & monere ut magna infamiam fugiat, nō desistimus. Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locū. Nam cu in sermone quotidiano, tum in senatu palam sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquam, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cu lumina testificatione tuorū in se officiorum, & amoris erga te sui. Marcellinū tibi eis iratum scis. Is, haec regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimū tui defensorem fore ostendit. Quid dar, accipimus. Quod infinitū referre de religione, & sape iam retulit, ab eo deduci nō potest. Res ante Idus acta sic est: nam hac Idibus mane scripsit Hortensii, & mea, & Luculli sententia edita religioni de exercitu teneri enim res aliter nō potest, sed ex illo s. c. quod te referente factum est, ubi decernit, vt regē reducas: quod cōmodo reip. factū possit ut ceterū religio collat, te authōrē senatus retineat. Crassus treis legatos decernit, nec cōcūnt Pōprium, cōscit enim etiā ex iis qui cum imperio sunt: Bibulus, treis legatos ex iis qui priuati sunt. Huic ascenſiuitur reliqui cōsulares, præter Scruiliū, qui omnino reducere negat & spōtgetur. Volcatiū, qui, Lupo referente, Pompeio decernit. & Afraniū, qui assentiantur Volcatio, quod ut etiā hūpicio nō Pompeii voluntatis, nam adiubebatur, Pōppei familiaris assentire Volcatio. Laboratus vñhemiter inclinata res est: Libonis & Hypsii nō obseruantur & cōtemnunt, optimi inique Pompeii familiarium studium, in eam opinionē gemmū adiuxerunt, & Pōprium cupere videantur, cui qui volūt, nōdēm tibi, quod cum orisū non sunt amici. nōc in eis, autoritatē cō minorem habemus, quod tibi debemus gratia amicū nostrā extinguit hominē suscipio, quod Pōprio se gratificari putat. Ut in rebus multo antē, quam profecti es, ab ipso regē, & ab intimis ac domesticis Pompeii clām exulceratis, dēcēde palam à cōsularibus exigitatis, & in summā inuidiam addūtis, ita verasimiliter nostram fidem, omnes amorem tui absentes, præfentes tui cognoscēt, si esset in iis, in quibus summa eff̄ debet, non laboraremus.

M. CICERO S. P. D. P. LENTVLO PROCO<sup>S.</sup>

I D. IANV. in senatu nihil est confectum, propterea quod dics magis ex parte consumptus est altercatione Lentuli C O S. & Cāninii Trib. pl. eo die nos quoque multa verba fecimus, maximēque vīsi sumus. senatum commemoratione tuz voluntatis erga illum ordinem commouere. Itaque poststridie placuit vt breuiter sententias diceremus. videbatur enim reconciliata nobis voluntas esse senatus: quod cum dicendo, tum singulis appellandis, rogandisque perspēxerā. Itaque cum sententia prima Bibuli pronuntiata esset, vt tres legati regē reducērent: secunda Hortensii, vt tu sine exercitiū reduceres: tercia Volcatii, vt Pōprie reduceret: postulatū est vt Bibuli sententia diuidetur. Quatenus de religione dicebat, cuisque trii iam obiūti nō poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequetes ierūt in alia omnia. Proxima erat Hortensii sententia, cui Lupus Trib. pl. quod ipse de Pompeio retulisset, intendere coepit, antē se oportere discessione facere, quam cōsulares eius orationi vñhemiter ab omnibus reclamatū cibet, enim & iniqua, & noua. C O S. s. neque cō-

A. ii.

# Epist. ad Lentulum.

cedebant, neque valde repugnabant. diem cōfūni volebant: id quod est factum. perspiciebat enim in Hortensi sententia multis partibus pluris iuris, quamquā aperte Volatio affi- tinentur multi: atque id ipsum cōsiderans, in iurisnam i Bibuli sententiam valere cupierunt. Hzc controvērsia vñque ad noctem ducta, senatus dimisit. & ego eo die casu apud Pompeium cœnati, nactūque tempus hoc magis dōcēti, quam vñquā ante (quod post tuum discessum, is dies primus honestissimus nobis fuerat in senatu) sum cum illo locutus, vt mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuā dignitatem tuendam tra- ducre. quem ego ipsius cum audio, prorsus cum libero omni suspicioe cupiditatis. Cum autem eius familiariter omnī ordinū video: perspicio id, quod iam omnībus est apertū, to- tam rem istā iampridem à certis hominibus non inuero rege ipso, confiliariisque eius, esse » corruptam. Hzc scripsi ad x vi i. Calend. Febr. ante lucem. Eo dic senatus erat futurus. Nos in senatu quemadmodum spēo, dignitatem nostram, vt potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmus cēle con- secuti, vt nequid agi cum populo, aut falso auspiciis, aut falso legibus, aut denique sine vi posse. De his rebus pridie, quam hzc scripsi, senatus authoritas grauissima intercessit: cui cū Cato & Caninius intercesserint, tamen cēle perscripta. eam ad te missem esse arbitror. De ceteris rebus, quicquid erit actum, scribam ad te: & vt quām rectissimē agātur omnia, mea cura, opera, diligentia, gratia prouidebo. Vale.

M. CICERO S. P. D. P. LENTVLO

A V L O Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita haberet, mul-  
tos annos utor valde familiariter. Istū ante semper & suo splendore, & nostra, ceterorū que amicorū commēdatione gratissimus in prouincia fuit: tu hoē rēpōre, propter tuū in me amore, nō strāmque necessitudinē vehementer confidi, his tuis literis se apud te gratiosum fore, quae ne spes cū fallat, vehementer te rogo: cōmendōque tibi eius omnia negotia, liber-  
tos, procuratores, familiam: in primisque utrūq. T. Ampius de ceteris. Iccretiū, ea cōprobet:  
omnib[us]que rebus cum ita tractes, vt intelligas ipsam cōmendationem non vulgare fuisse. \*

M. CICERO D. P. LENTVLO

A D X V I . Calend. Febr. cū ui senatu pulchro rūnc se uenit, quod illā illā sententiā Bi-  
buli de tribus legatis p̄jdie eiusdem fregit: vñquā intertamen esse relictū, sententia Volatii: res ab aduersariis nostris extorta clivis in calamo, quae ceteris frequēti senatu, nō magna varietate, magna que intia dūcōtū, qui a te cauila regia abh[er]e s̄p̄t̄, obtineba-  
mus. Eo die acerbū habuimus Curionem, Bibulus, & iudiciorū pene etiā auctū. Caninius, & Cato negarū sc̄ legē villam antē cōmisiū latus. Senatus hiberi ante Calend. Febr. per legem Pupiā (id quod sc̄s) nō potest neque incē Febr. te to, nō perfectis, aut reie-  
ctis legationibus. Hzc tamē opinio est Po. Ro. à tuis inuidis, a quib[us] obrectagib[us] nomen induciū ficit: religionis, nō tam ut te impedit, quām ut nequis, propter exercitus cupiditi-  
tatem, Alexandria velle ire. Dignitatis autē tuā nemo est qui existimet habita cōfessio-  
nem ad senatum. nemo est enim qui nesciat, quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factū. qui nunc Po. nomine, re autem vera cōfessatio latrociniū, siquā conabuntur agere, satis prouisum est ut nequid falso auspiciis, aut legibus, aut etiā sine vi agere possint.  
Ego neque de me studio, neque de nonnullorū itinera scribendū mihi est arbitror. Quid enim aut me ostendit, qui si vita pro tua dignitatem profundā, nullā partem videat incōveni-  
tuor affectus: aut de aliorū iniuriis querar: quod sine summo dolore facere nō possum. Ego tibi à vi, hac prefertim imbecillitate magistratū, præstare nihil possum: vi excepta,  
possum cōfirmare te, & senatus, & Pop. Ro. summo studio amplitudinem diū retenturum.

M. CICERO S. D. P. LENTVLO PROCOS.

T A M E T S I mihi nihil fuit optatus, quām ut primū abs teipso, dānde à ceteris om-  
nibus quām gratissimus erga te esse cognoscerit: tamen affiōr summo dolore, eiusmodi  
tempora post tuā proficationem cōsecuta esse, vt & mea, & ceterorū erga te fidem, & bencor-  
lentiā absens experire. Te videre & sentire cōsiderē fidem esse hominum in tua dignitatem,  
quam ego in mea salute sum expertus, ex suis literis intellexi. Nos cum maxime confilio,

studio, labore, gratia, de causa regia niteremur: subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quae nostra studia impedit, & animos à minore cura ad summum timorem traducet. Sed tamen in eiusmodi perturbatione rerum quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis quam perfidiam timemus: & Catoni quidem, quoquo modo se se res habet, profecto restitutus. De Alexandrina re, causaque regia tantum habeo polliceti: me tibi absenti, tuisque praesertim cumulatè satisfactum. sed vereor ne aut eripiatur à nobis regia causa, aut deteratur, quorum vtrum minus velim, non facile possum existimare. Sed si res cogit, est quoddam tertium, quod neque Scelio, nec mihi displacebat: vt neque iacere regem pateremur, nec nobis repugnantibus ad eum deferrit ad quem propè iam delatum esse existimatur. A nobis agentur omnia diligenter, vt neque, siquid obtunerit poterit, non contendamus: nec siquid non obtinuerimus, teplisi esse videamur. Tu sapientia, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate possem existimare. Siquid ex istebus, quas tibi fortuna largita est, nonnullorum hominum perfidia detraherit, id maiori illis fraudi, quam tibi futurum. A me nullum tempus prætermittitur de tuis rebus & agendi & cogitandi. Vt ad omnia Q. Scelio: neque enim prudentiorum quenquam ex tuis, neque fide maiore esse indico, neque amantiorum tui. Hic que agantur, quæque acta sint, ea te & literis multorum, & minus cognitis arbitror: que autem posita sunt in coniectura, quæque videntur fore, ea per tubi à me scribi oportere. Posteaquam Pompeius & apud populum ad VIIII. Id. Febr. cum pro Milone diceret, clamore, convitioque iactatus est, in senatuque à Catone asperite & acerbe nimium magno silentio est accusatus, visus est mihi vehementer esse perterritus. Itaque Alexandrina causa, quae nobis adhuc integra est (nihil enim tibi detrahit se, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non posset) videtur ab illo planè esse deposita. Nunc ad spernamus, idque molimur, vt rex cum intelligat, scilicet id, quod cogitabat, vt à Pompeio redemptus, affectus non posset; & nisi per te sit restitutus, descriptum se, atque abieciunt fore, probableatur ad te. quod sine villa dubitatione (si Pompeius patrum modis, stendens sibi placuisse) facit. Sed nostri hominis tandem & taciturnitatem. Nos tamen nihil, quod ad causam pertinet, prætermittimus. Ceteri, mihi, quae prepositae sunt, à Catone, facile, ut spacio, colligimus. Amicum ex consularibus beneficiis tibi esse video, præter Hostem, & Luctum: ceteri sunt partim obsecrantes iniqui, partim non diffimulantes trahentes. Tu sic in uno loco, magnisque fas: sperique fore, vt fratre imperio leuidissimi homines, tuus pristinus dignitatem, & gloriari consegueantur.

## M. T. CICERO S. P. D. R. LENTVLO.

Q. V. ALLEGANTIS, acquisitis ex Pollio, qui omnibus negotiis non interfuit solus, sed præfuit. Me in iunctimo dolole, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet colosatur spes: quod valde suspicere fore, vt interfingatur hominum improbitas & cœsilis tuorum amicorum, & ipsa die, quæ debilitas cogitationes & inimicorum & proditorum. Facile secundo loco me consolans recordatio miorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Nam ergo timore in te violatur tua dignitas, quam mea afflcta est: tamen est, rara si militando, vt species te mihi ignoscere, ita non timuimus, quia ne tu quidem vnguium timenda duxisti. Sed præsta te eum, qui mihi à teneris (vt Graeci dicunt) vnguiculis es cognitus. Illustrabis (mihi credo) nimam amplitudinem hominum illius. A me omnia summa in te studia, officiaque expecta: non fallam opinionem matris.

## M. T. CICERO S. P. D. P. LENTVLO. PRO COIS.

L E G I T UAS litteras, quibus ad me scribis gratum tibi esse quod crebro certior per me fias de omnibus rebus, & mea erga te benevolentiam facile perspicias. Quotu' alterum mihi, vt te plurimum diligam, facere necesse est: si volo is esse, que tu me esse voluntatis alterum facio libertem, vt quoniam inter alio locorum, & temporum diuinitati sumus, per literas te tunc quæm s' pessime colloquar. Quod si tuus fieri, quoniam tu expostabis, id exire causz, quod nō eius generis mea littera sunt, vt eas audeam temere committere: quoniam mihi certiorum hominum potestas est, quibus recte depon, ubi prædicta sunt. Quod scire vis, qua fide quisque in te sit, & volu-

te: difficile dictu est de singulis. vnum illud audio, quod antea tibi sepe significauit, nunc  
quoque re perspecta, & cognita scribere: vñchemicr quosdā homines, & eos maxime, qui te  
& maxime debuerūt, & plurimū iuuare poterunt, inuiditē dignitati tuz, simillimāque  
in re dissimili, tui tēporis nunc, & nostri quondā fuisse rationem: vt quos tu teip. causa le-  
seras, palam te oppugnarent: quoruī autoritatē, dignitatē, voluntatē, et que detenderas, nō  
tam memores erent virtutis tuz, quam lauds intinuci. Quo quidē tempore, vt per scripti  
ad te antea, cognoui Hortensiū percipidum tui, studiosum Lucullū, ex magistranbus au-  
tem L. Raciliū & fide, & animo in te singulari. Nam nostra propugnatio, ad defensionē di-  
gnitatis tuz propter magnitudinē beneficii tui fortasse plerique offici maiorenī authori-  
tatē habere videatur, quā m̄ sententia. Præterea quidem de consularibus nemini possum  
aut studii erga te, aut officiū, aut amici animi esse certis. Etenim Pompeium, qui mecum se-  
pissime non solum à me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis  
temporibus illis non sapere in senatu fuisse. Cui quidem literæ tuz, quas proximè miseras,  
quod facile intellexerim, periculose lucrunt. Mihī quidem humanitas tua, vel summa po-  
tius sapientia non iucunda solum, sed etiam admirabilis vita est. Virum enim excellen-  
tem, & tibi tua præfati in eum liberalitate decūlūtum, non nihil suspicantem propter ali-  
quotum opinionem suz cupiditatē, te abs se abalienatum, illa ep̄s̄bola retinuisti. Qui mihi  
cum semper tuz laudi fauere vilius est, etiam ipso suspicioſissimo tempore Canulano:  
num verò lectis tuis literis perspectus est à me, toto animo de te, ac de tuis ornamentis, &  
commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam, sic habeto: me, cum illo te sepe communica-  
ta, de illius ad te sententia, atque autoritate scribere. Quoniam s. c. nullum extat, quo  
reductio regis Alexandrinū tibi adempta sit: cāque, quæ de ea scripta et authoritas (cui licet  
intercessum esse, vt ne quis omnino regem rediret) tantam vim habet, vt magis irato-  
rum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur: te posse perspi-  
cere, qui Ciliciam, Cyprūmque tenas, quid efficeret, & quid consolui possis: & si res facul-  
tatem habituā videatur, vt Alexandria, aqua AEgyptum teneret possis, esse & tuz, &  
& nostri imperii dignitatis, Problematū, ut sit aliquo propinquuo loco res collocata, & cum  
classe atque exercitu præficii Alexandriam: vt eam contupescit, & dedicas firmans; Pro-  
lernaus redat in regnum tuum, vt & per te restituas, quemadmodum latuus initio cen-  
suit: & fine multitudine reducas, quemadmodum homines religiosi Styxile placere di-  
xerint. Sed hac sententia sic & illi & nobis p̄tolabatur: ex euentu hominēs de tuo con-  
silio existimatueros videremus. si occidisset vt voluerat: operatus, omnīs te M. p̄tēter, &  
fortiter: fini aliquid esset offensura, & sedē illos & cupiat, & temere fecisse dicas. Quare  
quid alsequi possis, non tam facile est nobis, quam clat (cuius prop̄ in conspectu AEgypti  
est) iudicari. Nos quidem hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse illius regni potiri, non  
esse cunctandū: si dubium sit, non esse conandum. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia  
gessisti, fore vt absens à multis: cum redieris, ab omnibus collauderis, & offensionem esse perci-  
culosam propter interpositā autoritatē, religionēque video. Sed vt ego te ad certam  
laudē adhortor, sic à dimicatione deterreo: redicoque ad illud quod initio scripsi, totius fa-  
cti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu hominēs esse facturos. Quod si hæc  
ratio rei gerenda periculosa tibi esse videbitur, placebar illud vt si rex artificis tuis, qui per  
provincia atque imperium tuū pecunias ei credidissent, fidem suā præstissem: & auxiliis eis  
tuis, & copiis adiuuares. eam esse naturā & regionē prouincie tuae, vt illius reditus vel adiuuādo  
confirmares, vel negligēdo impedites. In hac ratione quid res, quid causa, quid tēpus fer-  
ras, tu facilissime, optimeque perspicies: quid nobis placuerit, ex me postissimum potius te sci-  
re oportere. Quod mihi de nolto statu, de Milionis familiaritate, de leuitate & imbecilli-  
tate Clodii grātularis: minime mirarum, te tuis, vt egregiū artificem, præclaris operibus le-  
tari. quanquam est incredibilis hominū perueritas (grātiori enim verbo vt non libet) qui  
nos, quos souendo in cōmuni causa retinere potuerunt, inuidiendo abalienātū: quoniam ma-  
levolentissimis obrectationibus nos scito de vetere illa nostra, diuinaque sententia prop̄  
iam esse depulsos: nō nos quidē vt nos sit dignitatis sinuas oblitii, sed vt habeamus rationem?

Aliquando etiam salutis. Poterat utrumque praeclare, si esset fides, si grauitas in hominibus  
confularibus. sed tamen est in plerisque levitas, ut eos non tam constantia in rep. nostra de-  
lectet, quam splendor offendat. Quod cō libentius ad te scribo, qui non solum temporibus iis, quae per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prop̄ nostra laudi dignitatique

simil quod video, non, vt antea putabam, nouitati esse inutilium mez. in te  
enim homine omnium nobilissimo similia inuidorum vitia perfeci: quem tamen illi  
esse in principibus facile sunt passi, cuolare altius certe noluerunt. Gaudeo tuam diffimi-  
lēm fuisse fortunam. multum enim interef, utrum laus imminuat, an salus defatur.  
Me mez tamen ne nimis poniteret, tua virtute perfectum est. Curasti enim vt plus addi-  
tum ad memoriam nominis nostri, quam demptum de fortuna videretur. Te vero mo-  
neo cum beneficio tuis, tum amore incitatus meo, vt omnem gloriam, ad quam a pueritia  
inflammatus fuisti, omni cura, atque industria consequare: magnitudinemque animi tui,  
quam ego semper sum admiratus, semperque amavi, ne vnuquam inflectas cuiusquam in-  
iuria. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna me-  
moria consulans tui. Hac profecto vides quanto expessiora, quantoque illustriora futu-  
ra sint, cum aliquantum ex provincia, atque ex imperio laudis accesserit. Quanquam te  
ita gerere volo quae per exercitum, atque imperium gerenda sunt, vt haec multo ante me-  
dtere, huic te pares, hac cogites, ad haec te exerceas: lentiāisque id, quod quia semper spera-  
sti, non dubito quin adeptus, intelligas, te faciliter posse obtinere luimum, atque altissi-  
mum gradū ciuitatis. Quz quidem mea cohortatio ne tibi inanis, aut sine causa suscepta  
videatur, illa me ratio mouit, vt ne nostris euentis communibus admonendū putarem,  
vt considerares in omni reliqua tua vita quibus crederes, quos caues. Quod scribis,  
te velle scire qui sit reip. status: summa dissenſio est, sed contentio dispar. Nam qui plus  
opibus, armis, potentia valent, proficisci tantum mihi videntur stultitia, & inconstans  
aduersariorū, vt etiam auctoritate iam plus valent. Itaque perpaucis aduentibus,  
omnia, quae ne per populum quidem sine editione se assequi posse arbitrabantur, per se-  
natū consecuti sunt: nam & stipendium Cæſari decreatum est, & decem legati, & ne lege  
Semproniana succederetur, facile perfectum est. Quod cō ad te brevius scribo, quia me status  
hie reip. non delebat: scribo tamen vt te admoneam, quod ipse literis omnibus à pue-  
nīa deditus, experiendo tamen magis, quam discendo cognoui, id vt tu rebus suis integ-  
ris discas, neque salutis nostræ rationem nobis habēdam cōfide dignitate, neque digni-  
tatis sine salute. Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem  
tuam: iherōque & opto, nobis hanc coniunctionem voluntati fore. Lentulum eximia spe,  
summz virtutis adolescentem, cum exteri artibus, quibus studiasti semper ipse, tum in  
primis imitatione tui fac erudias, nulla enim erit hac praestantior disciplina. quem nos &  
quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligimus, semperque dilexit, in primis a-  
manus, charumque habemus.

M. T. CICERO P. LENTVLO PRO COS. S. P. D.

8

DE omnibus rebus, quae ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid Pompeius suscepit, optimè ex Emplatorio cognoscet: qui non solum interfuit his rebus, sed  
etiam praebuit: neque illum officium erga te hominis amantisimi, prudentissimi, dilig-  
tissimi prætermisit. Ex eodem de toto itau rerum communii cognoscet: quz quales sint,  
non facile est scribere. sunt quidem certe in amicorum nostrorum potestate, atque ita vt  
nullam mutationem vnuquam hac hominum ztate habitura res esse videatur. Ego quidē,  
vt debeo, & vt tute mihi præcepisti, & ve me pietas, utilitasque cogit, me ad eius rationes  
adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putas. Sed te non præterit,  
quam sit difficile sensum in rep. præsertim rectum, & confirmatum deponere. Verunta-  
men ipse me confirmo ad eius voluntatem, à quo honeste dissentire non possum: neque id  
facio (vt forsitan quibuldam video) simulatione. tantum enim animi inductio, & meher-  
cule amor erga Pompeium apud me valet: vt quae illi utilia sunt, & que ille vult, ea mihi  
omnia iam & recta, & vera videantur. Neque (vt ego arbitror) errant, ne aduersarii quide-

A. iii.

# Epist. ad Lentulum.

cius, si, cum pares esse non possent, pugnare desisterent. Me quidem etiam illa res consolatur, quod ego is sum, cui vel maxime concedant omnes, vt vel ea defendam, quz Pöpius velitis vel taceam: vel etiam id quod mihi maxime libert, ad nostra me studia referam literarum, quod proleto faciam, si mihi per eiusdem amicitudinem licet. Quz enim proposita fuerant nobis, cum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicendis, libertas in rep. capessendas ea sublata tota, sed nec mihi magis, quam omnibus. nam aut absentendum est nulla cum grauitate paucis, aut frustra discentendum. Hec ego ad te ob eam causam maxime scribo, vt iam de tua quoque ratione meditere. Cömutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ. otium nobis exoptandum est, quod it, qui potiuntur rerum praefatari videtur, si quidam homines patientius corum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consulariem fortis, & coiflantis senatoris, nihil est quod cogitemus. amissa est culpa eorum, qui à senatu & ordinem coniunctissimum, & hominem clarissimum abalienarunt. Sed vt ad ea, quz coiunctionia rebus suis sunt, reuertar, Pompeium tibi valde amicū esse cognoui: & eo tu c o s. (quantum ego perspicio) omnia quz voles, obtinebis. quibus in rebus me sibi ille affixum habebit: neque à me villa res, quz ad te pertinet, negligetur. neque enim verbore ne sim ei molefus, cui iucundum erit etiam propter idipsum quod me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullam rem esse minimam, quz ad te pertinet, quz mihi non charror sit, quam mez res omnes. Idque cum sentiam, fidelitate mihiem ipse satifacere possum: te quidem ipsa ideo mihi non satifacio, quod nullam partem tuorum meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum. Rem te valde bene gesuisse rumor erat. Expectabant literæ tuæ, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti, que si erunt allatae, nostrum studium extabit in consuendiis magistratibus & senatoribus. Cetera, quz ad te pertinet, cum etiam plus contenderimus, quam possumus, minus tamen faciemus, quam debemus.

M. T. CICERO P. LENTVLO PRO COS. S. P. D.

9

PER IVCVNDAE mihi fuerunt literæ tuæ, quibus intellecti te perspicere in te pietatem, quid enim dicam benevolentiam, cum illud ipsum grauissimum, & sanctissimum nomen pietatis, leuius mihi meritis erga me tuus esse visiscatur? Quod autem grata tibi mea enga te studia scribis esse, facis tu quidem abundantiam quadam amoris, ut etiam grata sint ea, quz prætermissi sue nefario sceleri non possum. Tibi autem multo notior, atque illustrior meus in te animos est, si hoc tempore alii, quo seiuacit fuiimus, & vñ, & Roma fuissimus. Nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodque & in primis potes, & ego à te vehementer expetior in sententiis senatoriis, & in omni actione atque administratione rep. floruisseus. De qua ostendam equidem paulo post qui sit meus sensus & status: & referibam tibi ad omnia, quz queris. sed certe & ego te auctore amicissimo, ac sapientissimo, & tu me confiliario fortasse non imperitissimo, fidi quidem, & beneuolo certe, vius es. quanquam tua quidem causa te cœs Imperatorem, prouinciamque bene gesuisse rebus cum exercitu victore obtainere, vt deboe, iutor. sed certe qui tibi ex me frustis debetur, eos vberiores, & præstatores præfensi expectare potuisse. In eis vero vlciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis propter tuæ propugnationem salutis meæ partim inuidet propter illius actionis amplitudine, & gloriam: misericordia tibi comitem præbui, sem. Quanquam ille p. tenens inimicus amicou luorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus in te potissimum fractam illam, & debilitat vim suam contulit, nostram vice virtutem est ipse per se. ea est enim conatus, quibus patractis nullâ sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem, eti mallem in meis rebus experti, quam etiam in tuis, tamen in molebia gaudeo eandem fidem cognoscere hominū non ita magna mercede, quā ego maximo dolore cognoram. De qua ratione tota iam videatur mihi expoundi tempus dari, vt tibi referibam ad ea quz queris. Certiorum te per literas scribis esse factum, tuo cum Cesare & cum Appio esse in gratia, tēque id non reprehendere adscribis. Vatinium autem scire te velle velle ostendis quibus rebus adductus defensorim, & laudarim.

Quod tibi ut planius exponam, altius paulo rationem meorum consiliorum repetam, ne-  
cessis est. Ego me Lentule initio terum, atque actionum tuarum, non solum meis, sed etiam  
reip. refutatum putabam: & quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in  
tempum summa, ac singularia studia deberem reip. que te in me restituendo multum ad-  
iuaserit, cum certe me animum merito ipsum debere arbitrabor, quem antea tantummodo  
do communii officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitu praefuisse.  
Hac me mete fuisse & senatus ex me te c o s. audierit, & tu in nostris sermonibus, colloca-  
tionibꝫ ipse vidisti: cui iam primis temporibus illis, multi rebus meis offendebatur a-  
nimus, cum agere de reliqua nostra dignitate, aut occulta nonnullorum odio, aut obſcu-  
ra in me studia cernebant. Nam neque de monumentis meis ab iis adiutus es, à quibus de-  
buit: neque de vi nefaria, qua cum fratre era domo expulsi: neque hercule in iis ipsi re-  
bus, qua quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessarie, tamè à me mi-  
nimi putabantur, in meis dannis ex autoritate senatus refaciendi, eam voluntate, quam  
expetaram, praefiterunt. Quæ cum viderem (neque enim erant obſcura) non tam tam  
acerba mihi hac accidabant, quām erant illa grata quæ fecerat. Itaque quanquam & Pom-  
peo plurimum te quidem ipso prædicatore, ac teste debebam: & cum non solum beneficio,  
sed amore etiam, & perpetuo quadam iudicio meo diligebam: tamen non reputans quid  
ille veller, in omnibus meis sententiis de rep. pristinis permanebam. Ego, sedente Cn. Pompeio,  
cum vt laudaret P. Seltium, introiit in urbem, dixisseque tenuis Vatinius me fortu-  
na, & felicitate C. Cesari commotum illi amicū esse corpū: dixi me eam Bibuli fortu-  
nam, quam ille afflictam putaret, omnium triūphis, victoriosique anterēre: dixique eodem  
teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuerint, & qui me coegerint.  
Tota verò interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehēsionē illius Tribunatus: in qua  
omnia dicta sunt libertate, animoque maximo, de vi, de auxiliis, de donatione regnum. Neque vero hac in causa modo, sed conlata sepe in senatu: quintū, Marellino & Phi-  
lippo c o s s. Non. Agr. mihi est senatus assensus, vt de agro Campano frequenti senatu  
Id. M. teferetur, non potui magis in arcē illius causaz inuidare, aut magis obliuisci tem-  
porum meorum, & meminisse actionum. Hac à me sententia dicta, magnus animorū mo-  
tus est factus, cum corum, quorum oportuit, cum illorum etiam, quotūm nunquam puta-  
ram. Nam hoc sc̄. in meā sententiam factō, Pompeius cum nihil mihi ostenderet se ei-  
se offensum, in Sardinia & in Africam projectus est: coeq̄ itinere Lucam ad Cæsarem ve-  
nit: ubi multa de mea sententia quibus est Cæsar, quippe qui etiam Rauenæ Crastum ante  
vidisset, ab eoque in me esset in census. Sanè molde Popœum id ferre constabat, quod ego  
cum audirem ex aliis, maxime ex me fratre cognoui: quem cum in Sardinia Pompeius  
paucis post diebus, quām Luca discellet, conuenierit. Te, cōsul, ipsum cupio: nihil oppor-  
tuni potuit accidere, nisi cum Marco fratre diligenter egri, dependendum tibi est quod  
mihi pro illo spopondisti. Quid multa, questus est grauerit. sua merita commemorauit.  
quid egiſſet sapientissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidque fibi is de me receperit,  
in memoria rediget: sequitur, quæ de mea salute egiſſet, voluntate Cæsaris egiſſe ipsum mēm̄  
fratrem testanus est: cuius causam, dignitatēque mihi ut commendaret, rogauit: vt eam  
ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hæc cum ad me frater perulisset, & cum  
ante tamē Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, vt integrum mihi de cau-  
fa Campana ad suum redditum reseruarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi rep. sum  
collocatus, vt mihi tam multa pro se perfelio, atque perfuncto concederet vt officium  
meum, memorētumque in benemeritos animum, fidēmque fratri mei praefarem: cūmque  
quem bonum cūm semper habuisset, bonum virum esse patetur. In illis autem meis a-  
ctionibus sententiasque orationibus, que Pompeium videbantur offendere, ceterorum homi-  
num, quos tamē debes suspicari, sermones retinabantur ad me: qui cum illa sentirent in rep.  
que ego agbam, semperque senserint: me tamē non satifacere Pompeio, Cæsarēque  
inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multo ma-  
gis illud, quod inimicum meum (meum autem) immo verò legum, iudiciorū, oti, patriæ,

bonorum omniū) sic amplectabantur, sic in manibus habebant, sic soubabat, sic me præsente osculabantur, non illi quidem ut mihi stomachū facerent, quem ego funditus perdidī, sed certe ut facere se arbitrarentur. Hic ego quātū humano consilīo efficere potui, circumpeccatis rebus meis omnībus, rationibūque subductis, summa feci cogitationum meanarū omnīū: quam tibi, si potero, breviter exponā. Ego si ab improbris, & perditis ciuibus temp. teneri viderem, sicut & meis temporibus scimus, & nonnullis aliis accidisse accepimus, non modo non præmiis, quæ apud me nimium valēt, sed ne periculis quidem compulsiū vllis (quibus tamē mouentur etiā fortissimi viri) ad corum causam me adiungerem, ne si summa quidem eorum in me merita constarent. Cum autem in rep. Cn. Pompeius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam & gloriam maximis in temp. meritis, præfantisissimisque rebus gestis celer conlectus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia sautor, in praetura autem & in consulatu adiutor etiam extitilem: cūmque idem authoritate, & sententia per se, consiliis, & studiis tecum me adiuuisse, meūmque inimicum, vnum in ciuitate haberet inimicum: non putau famam inconstitutam mihi pertinēcendam, si quibusdam in sententiis paulum me immutasset, mēcāmque voluntate ad summū viri, de mēque optime meriti dignitatem aggredassem. In hac sententiā cōplicetendus erat mihi Cæsar, vrides, in coniuncta & causa & dignitate. Hic multū valuit cum vetus amicitia, quam tu non ignoras mihi, & Q. fratri cum Cæsare fuisse: tum humanitas eius a liberalitas brevi tempore & literis, & officiis perficta nobis & cognita. Vehementer etiam res ipsa publica me mouit, que mihi videbatur contitionem, præterim maximis rebus à Cæsare gestis, cum illis viris nollet fieri: & ne fieret, vehementer recusare. Grauissime autem me in hanc mentem impulit & Pompeii fides quam de me Cæsari dederat, & fratri mei quam Pöpicio. Erat præterea hac animaduertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem in oīstrum scripta diuinatus, **V A L E S I N R E P U B L I C A P R I N C I P E S** celer, talicis reliquo solete esse ciueis. Tenebam memoria nobis coss. ea fundamenta iacta ex Cal. Ian. confirmādi senatus, vt neminem mirari oportet Non. Dec. tantum vel animi fuisse in illo ordine, vel autoritatis. Idēmque memineram nobis priuatis usque ad Cæsarem & Bibulum coss. adum sententia noſtræ magnum in senatus pondus habebant, vnum serè sensum fuisse bonorum omnium. Postea cum tu Hispaniā citiorem cum imperio obtineres, neque resp. coss. haberet, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos ac ministros ecclie quidam causus caput meum quasi certaminis cauila in mediaria contitionem, dissensionēmque ciuilē, quo in discrimine, cum mirifica senatus, incredibilis Italiz totius & singularis bonorum omnium confusus in me tuendo extitisset: non dicam quid acciderit (multorum est enim, & varia culpa) tantum dicam breui non mihi exercitum, sed duces defuisse. In quo ut iam sit in iis culpa qui me non defendunt, non minor est in iis qui reliquerunt. & si accusandi sunt liqui pertinuerūt: magis etiam reprehendendi, liqui se timere simularunt. Illud quidem certe noſtri consilium iure laudandum est, quod meos ciueis, & à me cōſtrutus, & me scuare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim: declarari quæ maluerit, quanta vis eis potuisset in consensu bonorum, si its pro me stante pugnare licuisset, cum afflictum excitat potuissent. Quorū quidem animum tu non perfixisti folium, cum de me ages, sed etiam confirmasti, atque tenuisti. Quia in causa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libet. Vtius es quibusdam nobisissimis hominibus fortioribus in me restituendo, quām fuerant iūdem in tenendo: qua in sententiā si constare voluissent, suam autoritatem simul cum salute mea recuperassent. Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, & constantissimis, atque optimis actionibus suis excitaris, Cn. Pöpicio præterim ad causam adiuncto, cum etiam Cæsar rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus ac iudicis senatus, ad autoritatem eius ordinis aūlū gereretur: nulli improbo cuius locus ad temp. violandam esse potuisset. Sed arte, quæ, qui sunt consecuta, primū illa furia mulierium religionum, qui non plenis fecerat. Bonam dcam quām tres forores: impunitatem est illorum sententias, affecitū: qui (cum Trib. pl. poenas à sedicioſo ciue per bonos viros iudicio pœſequi velle) exemplum præclarissimum

in posterum vindicandz seditionis de rep. sustulerunt: iudicemque postea non meum monumentum (non enim illz manubia meæ, sed operis locatio mea fuerat) monumentum vero senatus, hostili nomine, & cruentis inustum literis esse passi sunt. Qui me homines quod saluum esse voluerunt, est mihi gratissimum: sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici: sed etiam, ut aliæ, virium, & coloris rationem habere voluissent. Nunc ut Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima arte perficit, reliquæ partem coepotis inchoatam reliquit: sic quidam homines in capite meo solù elaborarunt, reliquum corpus imperfectum ac nude reliquerunt. In quo ego spem felici non modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorum, qui de vno acerimo, & fortissimo viro, meoque iudicio omnium magnitudine animi, & constantia praestantissimo Q. Metello L.F. quondam fam fam opinionem acceptur: quem post redditum dicuntur fracto animo, & demissio fuisse. Est vero probandum, qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate absuerit, neque sanè redire curaret, cum ob id ipsum fractum fuisse in quo cum omnes homines, tum M. illum Seaurum singularem virum constantia & grauitate superasset: Sed quod de illo acceperant, aut etiam iuspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo mesfaturum: cum resp. maiorem etiam mihi animum, quam unquam habuisset, daret, cum declarasset se non potuisse me vno cuius carere: cumque Q. Metellum vnius Trib. pl. rogatio, me vniuersa resp. ducet senatu, comitate Italia, promulgantibus omnibus, referente C. O. S. comitis centuriatis, cunctis ordinibus, hominibus incumbentibus, omnibus deinde suis viribus recuperasset. Neque vero ego postea quicquam afflupsi, neque hodie afflumo, quod quenquam malevolentissimum iure possit offendere: tantum emitor, ut neque amicis, neque etiam alienioribus opera, consilio, labore defam. Hie mea vita cursus offendit eos fortalit qui splendorem & speciem huius vitæ intuentur, sollicitudinem autem & labore perspicere non possunt. Illud vero non obscurè queruntur in meis sententiis, quibus ornem Cesarem, quasi desiderium a pristina causa. Ego autem cum illa sequor, quæ pau lo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo cooperari exponere. Non offendes eumdem honorum sensum Lentule, quem reliquisisti: qui confirmatus consulatu nostro, non nunquam postea interrupsus, afflictus ante te C. O. S. recreatus ab te totus est nunc ab illis, à quibus tuendus fuerat, derelictus: Idque non solum fronte, atque vultu, quibus similitudo facilissime sublinetur, declarant à quatum nostro illo statu opeimates nominabantur, sed etiam sensu sapientia iam, rubellisque docuerunt. Itaque rota iam sapientum ciuitatum, quæ lemme & cæle & numerati vole, & sententia & voluntas mutata esse debet. Id enim tubet idem ille Plato, quem ego vehementer authorenti sequor, T A N T V M contendere in rep. quantum probare cuius eihibus possit: ym neque parenti, nec patriri afferre oportere. Atque hanc quidem ille causam sibi ait non attingenda reip. fuisse, quod cum offendisset populum Atheniensem prope iam despiciens sententia, cumque cum nec persuadendo, nec cogendo regi posse vadisset, cum persuaderi posse diffidet, cognitæ esse non arbitratetur. Mea ratio huit alia, quod neque despiciunt populo, neque integra re mihi ad consulentiam capaciterane temp. implicatus tendat. Sed latatus tamen sum, quod mihi licet, in eadem causa & mihi utilia, & cuius bono recta defendere. Huc accessit commemoranda quædam, & diuina Cesaris in me fratreque inquit liberalitas: qui mihi quiascumque res geret, pertinet esse, nunc in tantæ solicitude, tantisque victoris etiam si in nos non sit ceter, qui cl, tamen ornandus, detetur. Sic enim te exultare velim: cum à vobis mea fatus authoribus discesserint, neminem esse, cuius officis me tam esse deuinctorum non solum confitatur, sed etiam gaudet. Quod quoq; tibi expolsi, faciles sunt ea quæ à me de Vatino & de Crasso requiris. Nam de Appio quod scribis, sicuti de Cesare, tē non reprehendere gaudeo ubi confilium probari meum. De Vatino autem, primum redditus intercesserat in gratiam p; Pompeium statim ut ille Præt. et factus, cum quidem ego eius petitionem grauissimis in senatu sententiis oppugnasse, neque tam illius laetandi causa, quam detendi, atque ornandi Casonis P; dñi autem Cesaris, ut illum defendenter, nisi contentio est confecta. Cum autem laudatum, peto à te, ut id à me neve in hoc reo, neve in alii reguntas:

# Epist. ad Lentulum.

ne tibi ego idem reponam cum veneris: tametsi possum vel absenti. recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miseris. Nec hoc pertinueris: nam à meipso laudantur, & laudabuntur iidem. Sed tamen defendendi Vatinii tuus etiam ille stimulus, de quo in iudicio, cum illum defendere, dixi me facere quoddam, quod in Eutucho parasitus fuaderet militi, Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam  
 Continuo. siquando illa dicet, Phædriam  
 Intromittamus consefatum: tu, Pamphilam  
 Cantatum prouocemus: si laudabit haec  
 Illius formam: tu huius contraria. denique  
 Par pari referto, quod tam mordet.

Sic petui à iudicibus, ut quoniā quidam nobiles homines, & de me optime meriti nimis amarent inimicum meum: méque inspectate sape eum in senatu modo scuere seducerent, modo familiariter atque hilare amplexarentur: quoniāmque illi haberent suum Publum, darent mihi ipsi alium Publiū, in quo posset illorum animos mediocriter lassitudine leuiter repungere. Neque solum dixi, sed etiam sape facio, diis hominibusque approbatibus:

Habes de Vatinio: cognosce de Craſſo. Ego, cum mihi cum illo magna gratia esset, quod eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordia: cauſa voluntaria quadam obliuione contriveram, eius repentinam defensionem Gabini, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset, tamen si sine vila. mea cōtumelia suscepissem, tulisse. sed cum me disputarem, non laclentem laſſissem, exarsi non solum præſenti credo iracundia (nam ea tam vchens fottasse non fuisset) sed cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudisse me omne arbitrabor, residuum tamen inſicte me fuſſer, omnime repte apparuit. Quo quidem tempore ipso quidam homines, & iudei illi quos sape nutu, significatione néque appello, cum se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea, méque tum denique ubi esse viſum reip. qualis fuſſem reſtitutum: alimque ea contentio mihi magnum etiam ſotis fructum tulisse: gaudente ſe dicebant mihi & illum inimi-  
 cum, & eos qui in eadem cauſa erant, nunquam amicos futuros. Quorum iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur: cūmque Pompeius ita contendif-  
 fer, ut nihil unquam magis, vt cum Craſſo redirem in gratiam: Cæſarque per literas maxi-  
 ma ſe moleſta ex illa contentione affectum officeret: habui non temporum ſolum ratio-  
 nem eorum, sed etiam naturę: Craſſusque, vt quali testata Pop. Ro. noſtra eiſet gratia, penè  
 à theis iuribus in prouinciam eſt profectus. Nam cupi mihi condixiſſet, eontrauit apud me  
 in mei geneti Craſſipedi hortis. Quamobrem eius caſiam (quod te scribis audisse) magna  
 illius commendatione ſuceptam, dcdi in ſenatu, ſicut mea fides poſtulabat. Accepisti  
 quibus rebus adductus, quāmque rem, cauāmque defenderint, quikque meus in rep. ſit pro  
 tua parte capiſſenda status. De quo ſie velim ſtatua, me haec endem ſenaturi fuſſe, ſi mihi  
 integra omnia ac liberta fuſſient. Nam hec pugnandum arbitrari contra tantas opes, ac  
 que delenduro (etiam ſi id fieri poſſet) ſum nonnullum eionum principatum, neque perma-  
 dium, in una ſententia conuictus rebus, ac honorum voluntatibus inmutatis, ſed tempi-  
 bus alieniēdum, N V N Q V A M E N I M P R A E S T A N T I S V S ſu rep. gubernan-  
 da viris laudata eſt in una ſententia perpetua permanſio. ſed ut inauigando tempore ob-  
 ſequ artis eſt, etiam ſi portū tenet non quas: cum vero id poſſis mutata veliūtione aſſe-  
 qui ſtultum eſt, cum tenere cum periculo eufum, quem corporis, potius quam ei communi-  
 rato, quo velis, tandem perire ſit: cum omnibus nobis in adiutoriis ſa: rep. propositum  
 eſt debet id, quod à me ſapillime dictum eſt, cum dignitate oīam nō idem ſomper dicere;  
 ſed idem ſemper spectare debet. Quād ſe cōſuēt (y e pœnū) ſi effeſt cōſuēt, in illis fo-  
 lutissima, ramen ſu rep. noui aliis eſtem, atque nunc ſum. Cum vero in hunc ſonſum & alli  
 cias beneficiis horum, & cōpellar, inſtruire, facile patior ea: me de rep. ſentire, ac dicere, quic  
 maxime cupi fuſſi, tum etiam ſu rep. rationibꝫ puerum eſducere. Apertus autem haec agere  
 ac ſepiuſ, quod & Q. frater meus legatus eſt Cæſar, & nullū meum inimicū dictum: non  
 modo factum, pro Cæſare intercessit, quod ille non ita illuſtri gratia excepterit, ut ego eum

michi deuinatum putarem. Itaque eius omni & gratia, quæ summa est, & opibus quas intellegis esse maximas, sic fruor ut meis. Nec mihi alter potuisse videor hominum perditorū de me consilia frangere, nisi cū præsidis iis quæ semper habui, hanc etiam potentiam be-nevolentiam cōunxitsem. His ego consiliis si te præsentem habuissim, vt opinio mea fert, eſſem vobis eisdem noui enim temperantiam, & moderationem naturæ tue: noui animum cum mihi amicissimum, tum nulla in exēteros malevolentia suffusum: contrāque cum magnum & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te tales, quæ leis tu eisdem in me videte potuisti. quæ me mouerunt, mouissent eadem te profecto. Sed quocunque tempore mihi potestis præsentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum: tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curæ. Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium, comitatem que habebis. neque mihi in omni vita res tam erit villa proposita, quām ut quocidue vehementius te de me optime meritum esse latere. Quod rogas ut mea tibi scripta mittam, quæ post discessum tuum scriperim: sunt otationes quædam, quas Menocrito dabo, neque ita multæ, ut pettimenias. Scripti etiam (nam etiam ab orationibus diiungo me ferre, referoque ad manu factores musas, quæ me maximè, sicut iam à prima adolescentia declararunt) scripsi igitur Aristoteleo more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitrio Lentulo tuo fore non inutileis. abhor-reant enim à communibus præceptis: ac omnium antiquorum, & Aristoteleam, & Isagoram ratione orationem complectur. Scripti etiam versibus treis libri os de temporibus meis: quos iam pridem ad te missem, si esse edendos paralem. Sunt enim testes, & crunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meæque pietatis. Sed quia veterbar, non eos, qui se laicos arbitrarentur (etenim id feci patet & molliter) sed eos quos erat infinitum bene de me meritos oraneis nominare. Quos tamen ipsos libros, sicutum, cui recte committam, inueniero, cu abo ad te perferendos. Atque istam quidem partem vitz, consuetudinisque nostræ totam, ad te defero. Quantum literæ, quantum studii, veteribus nostris delicationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amasti, libertissime conseruemus. Quia ad me de tuis rebus domesticis scribis, quæque multi commendas, ea tantæ mihi curæ sunt, ut me nolim, nolim arogari verò sine magno dolore vix possum.

Quod de Q. fratri negotio scribis, ut priore aestate, quod morbo impeditus in Ciliciam non transicis, confidere non potuisse: nunc autem omnia facturum ut confias: id scito et se eiusmodi, ut frater meus vere existinet, adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu mea ruris rebus omnibus, & de Lentuli tui, noltrique studiis, & exercitationibus velim quām familiarissime certior, & quām sapientissime facias: existimisque neminem cuiquam neque chariorcm, neque incundiorum inquam fuisse, quām te mihi: id que me, non modo ut tu sentias, sed omnes gentes, etiam ut posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictabat, postea dixit etiā in senatu palam, sese, si licetum esset legem Curiatam ferre, fortinam esse cum collega prouinciam: si Curiata lex non esset, se paraturum cum collega, ubique successurum: legemque Curiatam C o s. ferre opus esse, necesse non esse, se, quoniam ex s. c. prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vobis introisset. Ego quid ad te tuorum quæque necessiariorum scribam, nescio: varias esse opiniones intelligo. sunt qui putant posse te non decedere, quod si ne lege Curiata tibi succedatur, sunt etiam qui si decendas, à te relinquiri posse qui prouinciaz preterit. Mihi noui tam de iure certum est (quamquam ne ad quidem valde dubium est) quām illud ad tuam summatam ampleitudinem, dignitatem, libertatem (quæ te scio libentissime sibi solere) pertinere, ut sine illa tua prouinciam successori concedere, præsentum cum sine suspicione tua cupiditate non possit illius cupiditatem refutare. Ego vtrique meum puto esse, & quid sentiam ostendere, & quod feceris defendere. Scripta iam epistola superiori accepit tuas literas de publicaria, quibus aequalitatem tuam non potui non probare. felicitate quidem vellem, consequi potuisse ne eius ordinis quem semper ornasti, rem aut voluntatem offendentes. Evidem non defamam tua decreta defendere: sed nolli confundandem ho-

# 14 Epist. ad Curionem & cæteros.

minum: scis quim graniter inimici ipsi illi Q. Scruole fuerint. Tibi tamen sum author, ve si quibus rebus possis, cum tibi ordinem aut recociles, aut mitiges. id est difficile est, tamen mihi videtur esse prudentia tua.

M. CICERO S.D. L. VALERIO IN RIS CONS VLT. IO

CVR enim tibi hoc non gratificet, nescio, præfertim cum his temporibus audacia pro sapientia vti licet. Lentilo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim definias iam nostris literis vti, & nos aliquando reuivas: & ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quād istic, vbi solus sapere videare. Quanquam qui isti nūc veniunt, partim te superbū esse dicunt, quod nihil respondas: partim consumeliosum, quod male respondas. Sed iam cupio tecum coram socii. Quare fac vt quamprimum venias, neque in Apuliam tuam accedas, vt possimus salutem gaudere. Nam illò s̄ veneris, tanquā Ulysses, cognosces tuorum nesciū.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER. II.

M. CICERO S.D. CVRIONE.

**Q**VANQ. VAM me nomine negligentia suspectum tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestem fuit accusari abs te officium meum, quād inscundum requiri: præferas meas literas, præ te ferre perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem, & optatum amorem tuū. Equidē neminem prætermisi, quem quidem ad te perueturum fuarem, cui literas non dederim: etenim quis est tam scribendo impiger, quām ego? A te vero bis, tērre summuū, & eas perbeatus accepi. Quare si iniurias es in eo index, condemnabo eodem ego te criminē. Sin me id facere noles, te mihi sequum præbere debebis. Sed de literis haec tenuis: non enim viceror ne non scribendo te explicam, præfertim si in eo genere studium meum non aspernaberas. Ego te absuisse tantius à nobis & dolui, quod carui fructu inscundissimæ consuetudinis: & latior, quod absens omnia cum maxima dignitate et conspectu, quodque in omnibus tuis rebus, meis optatis fortuna respondit. Breve est quod me tibi p̄fili: sperare meus incredibilis in te amor cogit, tanta est expectatio et animi, vel ingenii tui, vt ego te obsecrare, obtestar, que non dubitem, sic ad tuos colorib⁹ seuerare, vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri posis. Tū quoniam meam tuorum erga me, meritorum memoriam vlla nunquam debilit obliuo, te rogo vt memineris, quantecunque tibi accessiones fieri & fortunæ & dignitatis, eas te non potuisse cosequi, nisi meis puer olim fideliissimis, atque amantissimis consiliis paruisse. Quare hoc animo in nos esse debet, vt artas nostra iam ingrauecent, in amore, atque in adolescentia tua conquiescat.

M. CICERO S.D. CVRIONE.

**O**R A VI testi priuatus sum amoris summi erga te mei, parte tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, cum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante videret, quām à vita discederet. Sed spero nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium diu fortunatum. Me certe habebis cui & charus aquē sis & iucundus, ac fuiſti patri,

M. CICERO S.D. CVRIONE.

**R**VPAE studium non defuit declarandorum numerum suo homine. sed nec mihi placuit nec cuiquam tuorum, quicquam te absente fieri, quod tibi, cum venisses, non esset integrum. Equidē quid sentiam, aut scribam ad te postea pluribus: aut ne ad id meditere, imparatum te offendam, corāneque contra statim rationem meam dicam: vt aut te in meati sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquerim, quid senserim: vt si quando (quod nolim) duplice tibi confitum tuum coperi, posses meum recordari. Breui tamen sic habeto, in cum statum temporum tuum redditum incidere, vt iis bonis, que tibi natura, studio, fortuna data sunt, facilius omnia, que sunt amplissima in rep. coequi possis, quād muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur (est enim copiarum,

non virtutis) neque quisquam est quin satietate iam defessus sit. Sed absit atque ostenderam facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiae meae. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuum differo. Summa scito te in expectatione esse, eaque à te expectari quia à summa virtute summōque ingenio expectanda sunt: ad quia si es, ut debes paratus (quod ita esse confido) plurimis maximisque munencibus & nos amicos, & cives tuos vniuersios, & remp. afficies. Illud cognoscere proteclo, mihi te neque chariorem, neque iucundorem esse querquam.

## M. CICERO S.D. C V R I O N I .

3

EPISTOLARVM genera multa esse non ignoras: sed unum illud certissimum, cuius causa inuenta res ipsa est, ut certiores faciemus absentibus, siquod esset quod eos sciēre, aut nostra aut ipsorum interesseret. Huius generis literas à me protectio non expectas. Tuarum enim rerum domesticarum habes & lecriptores & nuntios. In meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolorum genera duo, quia me magnopere delectant: unum familiare & iocosum: alterum seuctum & graue. Vtro me minus deceat vti, non intelligo. Io cēmē tecum per literas secundum mehercule nō puto esse qui temporibus his ridere possit. An grauiss aliquid scribam? quid est quod possit grauiter à Ciccone scribi ad Curionem, nisi de republica? Atque in hoc genere haec mea causa est, ut neque ea quia nunc sentio, velim scribere. Quamobr̄ quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictū est, utrā ea clausula quia solo, tēque ad studium summae laudis cohortabor. Est enim tibi grauiss aduersaria constituta & parata, incredibilis quzdam expectatio: quia tu vna re facilime vinces, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus ex laudes comparantur, in iis esse elaborandū. In hanc sententiam scribem plura, nisi te tua sponte fācis incitatum esse & confidē: & hoc quicquid attigi, non feci in flāmandū tui causa, sed testificādi amoris mei.

## M. CICERO S.D. C V R I O N I .

4

HAE negotia quomodo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo tibi, et si vbi cun que es (vt scripsi ad te ante) in eadem es navi, tamen quid abeas gratulor: vel quia non vides ea quia nos, vel quid excelsō & illustri loco sita sit laus tua in plurimorū & sociorū & ciuium conspectu, quia ad nos nec obscurio, nec vario sermone, sed & clarissima & vna, vna omnium voce perfertur. Vnū illud nescio, gratulerne tibi, amitemā, quid mirabilis est expectatio redditus tui, noui quicquid, he tua virtus opiniorū homini non respōdeat: sed me hercule, ne cum veneris, non habebas iam quidcunq; ita sunt omnia debilitata, & iam prope extinēta. Sed haec ipsa nescio res, quae sint literis cōmīsa: quare cetera cognoscere ex aliis. Tu tamē sive habes aliquam spēm de republica, sive desperas, ea para, meditare, cogita, quia esse in eo ciui ac viro debent, qui sit rempublicam afflīctam & oppresſam mīleris temporibus, ac perditis morib⁹, in veterem dignitatem ac libertatem vindicaturus.

## M. CICERO S.D. C V R I O N I .

5

NONDVM erat audiū, te ad Italiam aduentare, cum Sex. Villium Milonis mei familiarem cū his ad te literis misi: sed tamen cum appropinquare tuis adiunctis putarent, & te iam ex Asia Romam versus protelit esse constaret, magnitudo rei fecit ut non veretur ne nimis cito mitteremus, cum has quāprimum ad te perfseri literas magnopere velemus. Ego si mea in te clement officia solū Cirio tanta, quāta magis à teipso prædicari, quām à me ponderari solent, verecundius à te, siqua magna re mihi petenda esset, contendere. G.R.A.V.E.S.T enim homini prudenti petere aliquid magnū ab eo, de quo se bene meriti putet: ne id quod petat, exigere magis quām rogare, & in mercedis potius quām beneficiū loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorū temporū clarissima & maxima beneficia extiterunt: E.S.T.Q.V.E.A.N.I.M.I ingenui, cui mulcē debet, eidem plurimū velle debere: non dubitauit id à te per literas petere, quod mihi omnī esset maximum, maximēque necessarium. Neque enim sum veritus ne suffinetur tua in me vel innumerabilia non possem, cum præferam confidērem nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque illustrare posset. Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mētem.

denique omnem in Milonis Consulatu fixi & locauis: statisque in eo me non officii solum fructum, sed etiam pietatis laudem debere quærere. Neque vero cuiquam salutem ac fortunas suas ranta cura fuisse vnuquām puto, quanta mihi sit honor eius, in quo omnia mea posita esse decreui. Huius te vnum tanto adiumento esse, si volueris, possi intelligo, vt nihil sit præterea nobis requiriendū. Habetus haec omnia: bonorum studium conciliatum ex Tribunatu, propter nostram (vt spero te intelligere) causam: vulgi ac multitudinis, propter magnificientiam munera, liberalitatemque natura: iuuentutis, & gratiosorum in suffragiis studia, propter ipsius excellētēm in eo genere vel gratiam vel diligentiam: nostrā suffragiorum nō si minus potētem, at probatam tamen, & iusta & debitam, & propterea fortasse etiam gratiosam. Dux nobis & author opus est, & eorum ventorū quos proposui, moderator quidam, & quasi gubernator, qui si ex omnibus vnu optandus esset, quem tecū confesse possemus, non haberemus. Quamobrem si me memorem, si gratum, si bonum virum, vel ex hoc ipso quod tam vehementer de Miloni labore, existimare potes: si dignum denique tuis beneficiis iudicas, hoc à te peto vt subuenias huic mea sollicitudini, vt huic mez laudi, vel (vt verius dicam) prop̄ salutē tuum studium dices. De ipso T. Antonio tantum tibi pollicor, te maioris animi, grauitatis, constanzie, benevolentieque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem: mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris, vt cundem te facile adgnoscam fuisse in laude mea, qui fueris in salute. Ego ni te videre scirem, quum hac ad te scriberem, quantum officii sustinerem, quāopere mihi esset in hac petitione Milonis omni non modo contentionē, sed etiam dimicatione elaborandum, plura scriberem. Nunc tibi omnem rem atque causam, mēque iocum commēdo, atque trado. Vnum hoc sic habeto, si à te hanc rem imperarō, me penē plus tibi, quam ipsi Miloni debitūrum. non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipue sum ab illo adiutus, quam pietas erit in referenda gratia iucunda. Eam autem vnius tui studio me asse-qui posse confido.

M. CICERO PRO CO. S. D. C. CURIONI, TR. PL.

6

SERA gratulatio reprehēdi non solet, præsentim si nulla negligētia prægermissa est. Longe enim abs sum, audī ferō. Sed tibi & granulor, & vt sempiterne laudi tibi sit iste Tribunatus, exopto: tēquachogor vt omnia gubernes, & modereris prudentia tua, ne te auferat aliorū consilia. Nemo est qui tibi sapientius suadere possit re ipsi: nunquam labere, si te audies. Non scribo hoc temere, cui scribam video, noui animum, noui consilium tuum: non vereor nequid timide, nequid stulte facias, si ea defendes quā ipse recta esse senties. Quod in id reip. tempus nō incident sed veneris (iudicio enim tuo, non casu in ipsum discriben⁹ rerum contulisti Tribunātu⁹ tuum) profecto vides: quanta vis in rep. temporum sit, quāta varietas rerum, quām incerti exitus, quām flexibilis hominū voluntates, quid insidiarum, quid variarū in vita, non dubito quin cogites. Sed amabo te, cura & cogita, nihil noui: sed illud idem quod initio scripti, tecū loquere & te adhibe in consilium, te audi, tibi obtēpera. Alteri qui inclius consilium dare possit, quām tu, non facile inueniri potest: tibi vero ipsi certe nemo melius dabit. Dū immortales cur ego non adsum vel spectator tuā laudum, vel particeps, vel socius, vel minister consilio⁹ tuātē hoc minime tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo, vis amoris mei, consilio te vt plura altis, paucis, emi diebus erā missurus domesticos tabellarios, vt quoniam sanè feliciter, & ex mea sententia rep. gessimus, vnis literis totius zstatis res gestas ad Senatū perscriberem. De sacerdotio tuo quātam curā adhibuerim, quānqā difficulti in re atque causa, cognosces ex iis litteris quas Thraconi liberato tuo dedit. Te mi Curio pro tua incredibili in me benevolentia, mēque item in te singulari, rogo atque oro, ne patiate quicquā mihi ad hāc proutinciale molēstiam reportis prorogari. Præsens tecū egi cum te Trib. pl. isto anno fore nō putarem. Itēmque petui saepē per literas, sed tū quasi à Senatore nobilissimo, tuni adolescentē etiam gratiosissimo: nunc à Trib. pl. & à Curione Tribuno, non vt decernatur: vt & Senaticō cultum, & leges defendas: cāque mihi cōdīcio maneat qua profectus sum. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

M. CICERO. PRO COS. S. D. M. CAELIO.

7

Q. V I D: tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt va-  
dimonia dilata, & Chresti cōpilationem mitteres, & ea quæ nobis, cum Romæ sumus, nar-  
rare nemo audeat. Vide quārum tibi m̄co iudicio tribuam: nec mehercule iniuria. ~~m̄mūl-~~  
7 enim te adhuc neminem cognoui. ne illa quidem evo mihi scribas, quæ maximis in  
rebus reip̄ geruntur quotidie, nisi quid ad meipsum pertinebit. scribent alii multi, numi-  
bunt, perficit multa etiam ipse rumor. Quare ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed te  
ab homine longe in posterum prospicente, futura exspecto: vt ex tuis literis cum formam  
reip̄ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possum. Neque tamen adhuc habeo quod te  
accusem: neque enim fuit quod tu plus prouidere posses, quām quivis nostrum, in primis  
que ego, quicum Pompeio complures dies nullis in aliis, nisi de rep. sermonibus versatus  
sum: quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. tantuhabeto, ciuem egregium esse Pōpicum,  
& ad omnia quæ prouidere sunt in rep. & animo & cōfīcio paratu. Quare da te homini:  
cōplectetur, mihi crede. iam iudem illi & boni & mali cues videntur, qui nobis videri solēt.  
Ego cum Athenis decē ipsos dies fuisse, multūmque meū Gallus noster Caninius, profi-  
cilebar inde prid. Non. Quinr. cū hoc ad te literā dedit. Tibi cum omnia mea cōmenda-  
tissima esse cupio, num nihil magis, quām ne tēpus nobis prouincia progogetur. in eo mihi  
sunt omnia. Quod quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optime constituies.

M. CICERO PRO COS. S. D. M. CAELIO AED. CVR. DES. 8

P R I M V M tibi, vt debeo, gratulor: Iztorque cum præfenti, tum etiam sperata tua di-  
gnitate: serius, non negligēta mea, sed ignoratione retum omnium. in his enim sum locis,  
quod & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia periferūtur. Et cum  
gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, quod ita factus sis, vt de-  
deris nobis (quēadmodum scriberas ad me) quem semper ridere possemus. Itaque cum pri-  
mum audiuī, ego ille ipse factus sum. seis quem dicam. eisque omniūc illos adolescentēis,  
quos ille iactitat. difficile est loqui. te autem contēplans absentem, & quasi tecum corām lo-  
4 querer. Non adepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris: quod quia præter  
opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud. Incredibile hoc factū obiicitur. repen-  
te vero incessi omnibus laetitiis. In quo cum obiurgarer, quod nimio gaudio penè dicipe-  
rem, ita me defendebam, p̄ ipso voluptatem animi nimiam. Quid quāns ad illum video,  
penè sum factus ille. Sed hac plūribus, multāque alia & de te, & ad te, quamprimum ero  
aliquid nactus otii. Te vero mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorē digni-  
tatis meæ, vt tōrem non modo inimicorum, sed etiam inuidorum meorum, vt eos partim  
scelerum suorum, partim etiam ineptiaturum, peniteret.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AED. CVR VLI DES. 9

T V V IDE quām ad me litera non perferantur. Non enim possum adduci vt abs te  
posta, quām AE diligis es factus, nullas putem datas, præfertim cum esset tanta res, tanze  
gratulations de te: quia quod sperabam, de nihilo. Balbus enim sum, quod non putaram.  
Atqui sic habeto, nullam me epistolam acceperisse tuam post comititia ista præclarā, quæ  
me laetitia extulerunt: ex quo veteror, ne idem eueniāt in meas literas. Equidem nunquam  
domum mihi vnam epistolam, quin esset ad te altera: nec mihi est te iucundius quicquam,  
nec charius. Sed balbi non sumus: ad rem redeamus. Ut oportet, ita est. velles enim, aīs,  
4 tantum modo ut haberem negotiū, quod esset ad laureolam laeti. Parthos times, quia dis-  
fidis copiis nostris. ergo ita accidit. Nam Parthico bello nūtiato, locorum quibuldam an-  
guustiis & natura montium fretus, ad Amanum exercitum adduxi, satis probe oīsatum au-  
xiliis & quadam authoritate apud eos qui me non norant, nominis nostri. Multum est enī  
nim in his locis. Hiccine est ille, qui vrbem: quem senans: nosti cetera. Cum venissem ad  
Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, diuisus aquarū diuortiis: Cassius no-  
strus (quod mihi magnæ voluptati fuit) feliciter ab Antiochia hostē reiecerat, Bibulus pro-  
uincia accoperat. Interca cum meis copiis omnibus vexavi Amanienfeis hostēs sempiter-  
nos. multi occisi, capti, reliqui dissipati: castella munita, improuiso adiūtu capta & incensa.

B.I.

# 18 Ad C.Curionem, & cæteros.

Ira victoria iusta Imperator appellatus apud Iissum: quo in loco, sepe, vt ex te audiui, Clitarchus tibi narrauit Dareum ab Alexandro esse superatum: abduxo exercitum ad infestissimam Ciliciz partem. Ibi quintum & vigesimum iam diem aggeribus, vincis, turribus opugnabam oppidum munitissimum Pindennissum, tantis opibus, tamque negotio, vt mihi ad summam gloriam nihil deficit, nisi nomen oppidi: quod h̄i, vt spero, cpero, tum vero literas publicè mittam. Hæc ad te in præleni scripti, vt spes te asequi id quod optasses. Sed vt redeam ad Parthos: hæc astas habuit hunc exitum fatis scelitem: ea quæ sequitur, magno est in tumore. Quare mihi Rufe vigila, priuium vt mihi succedatur: fin id erit (vt scribis, & vt ego arbitror) spissius, illud quod facile est, nequid mihi temporis prorogetur. De rep. ex suis literis, vt antea tibi scripti, cū præsentia, tum etiam futura magis exspecto. Quare, vt ad me omnia quamdiligentissime prescribas, te vehementer rogo.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AED. CVR VLI. 10

PVTARESNE vnquam accidere posse vt mihi verba decelerent, neque solum ista vefra oratoria, sed hac etiam leuia nostrarum deflunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum sollicitus quidnam de prouinciis decernatur. Mirum me defyderium tenet urbis, incredibile meorum, atque in primis tui, satietas autem prouinece: vel quia videmur eam famam consecuti, vt non tam accessio querenda, quām fortuna metuenda sit: vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in rep. sufficiunt & possunt & soleant: vel quia belli magni timor impenderet, quod videbatur effugere si ad constitutam diem decedemus. De pantheris, per eos qui venari solent, agitur mandato meo diligenter: sed mira paucitas est, & eas quæ sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidium in mea prouincia, nū sibi fiat. itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decessere. Sed tamen sedulo fit, & in primis à Patisco. Quicquid erit, tibi erit: sed quid esset plane nesciebamus. Mihi mēhercule magna curæ est xilitas tua: ipse dies me admonebat. Scripti enim hæc ipsis Megalensibus. Tu velim ad me de omni rep. statu quamdiligentissime prescribas, ea enim certissima putabo, quæ ex te cognoro.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AED. CVR VLI. 11

SOLICITVS equidem eram de rebus urbaneis: ita tumultuosæ conciones, ita molestæ Quinquatus afferbantur. nam ceteriora nondum audiebamus. sed tamen nihil me magis sollicitabat, quām in his molestiis non me, siquæ ridentia essem, ridere tecum. sunt enim multa, sed ea non audeo scribere. Illud moleste sero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare eti cum tu hæc leges, ego jam annuum munus cœfereo: tamen obnūti mihi velim sint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni rep. ne hosps planè veniam, hoc melius quām tu, facere nemo potest. Diogenes tuus homo modestus à me cum Philone Peissunente discessit, inter habebant ad Deiotarum regem: quāquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant. Urbe mihi Rufe cole, & in ista luce viue. Omnis peregrinatio (quod ego ab adolescentia iudicauit) obscura & fôrdida est iis, quorum industria Romæ potest illutris esse. Quod cum probe scirem, vitam in sententia permanissim. Cum una me hercule ambulatiuncula, atque vno setmone nostro omnes fructus prouincia non conseruo. Spero me integratatis laudem consecutum, non erat minor ex contempnenda, quām ex conferuata prouincia: spem triumphi inquisi, satis gloriose triumpharem, si non essem quidem randiu in defyderio rerum mihi charissimarum. Sed (vt spero) propediem te video. tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AED. CVR VLI. 12

R A R A S tuas quidem fortasse enim non preferuntur: sed suaveis accipio literas: vel quas proxime accepseram, quām prudētis, quām multi & offici & consiliū! Erū omnia sic constitueram mihi agenda vt tu admonebas, tamen confirmantur nostra consilia, cum sentimus prudentibus, fidéliterque suadentibus idem videri. Ego Appium (vt sapere tecū locutus sum) valde diligo, mēque ab eo diligi statim coepit esse, vt simulatè deposuimus, sensi. Nam & honorificus in me cōs. fuit, & suavis amicus, & studiosus studiorum etiam meorum. Mea vero officia ei non defuisse, tu es testis. quoniam *reputans malorum* (vt opinor) accidit

Phania. & mchercule etiam pluris cum feci, quod te amari ab eo sensi. Iam me Pompeii totum esse sis: Brutus à me amari intelligis. quid est causa cur mihi non in optatis sit completi hominem florentem zetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis: collegam mecum praesertim & in ipsa collegi laude, & scientia studiorum mei: Hac & pluribus scripsi, quod nonnulli significabant tuz literaz subdubitare qua essent erga illum voluntate. Credo te audire aliquip. falsum est, mihi credo, siquid audire. Genus institutorū & rationum mearum distinilitudinem nonnullam habet cum illius administratio ne provinciaz. Ex eo quidam suspiciati fortasse sunt animorum contentione, non opinio num disensione me ab eo dispare. Nihil autem feci vnguam, neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negotium autem, & temeritatem nostri Dolabellae, deprecatorum me pro illius periculo prebeo. Erat in eadem epifola veterum ciuitatis, gaudebam sanè, & congelesce nostrum amicū latabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo, quid ait: Cesarem non defendit Curio, quis hoc putaret præter me nam ita viuam, putari. Dū immortales quam ego risum nostrum defydero. Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem conferceram, ciuitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustri reliqua fine sociorum vila querela conferuerat: priuatis, summis, infimis facram iucundus: proficeri in Ciliciam Non. Ma. & cum prima astuta attigissim, militare, rem collocasse, decedere ex s.c. Cupio te AEgil. videre, miroque defyderio me vrbis afficit, & omnes mei, tūque in primis.

CICERO IMP. S.D. M. CAELIO AED. CVR VLI.

M. FABIO viro optimo, & homine doctissimo familiariissime vtor, misericordieque cum diligio, cum propter summum ingenium eius, summaque doctrinam, tum propter singulari-  
laremodestiam. Eius negotium sic velim fulciri ut si esset res mea. Noui ego vos magnos patronos hominem occidat oportet, qui vcltra opera vti velit. sed in hoc homine nihil accipio excusationem. Omnia relinquas, si me amabis, cum tua opera Fabius vti volet. Ego res Romanas vehementer expecto & defydero: in primisque quid agas, scire cupio, nam iam diu propter hyemis magnitudinem nihil noui ad nos afferbatur.

M. CICERO IMP. S.D. M. CAELIO AED.

NON potuit accuriosus agi, nec prudentius, quam est actū à te cum Curione de supplicatione. & hercule confecta res ei sententia mea est: cum celeritate, tum quod is, qui crar iratus, competitor tuus & idem meus, assensus est ei qui ornauit res nostras diuinis laudibus. Quare scio me sperare ea quæ sequuntur, ad quæ tu te para. Dolabellā à te gaudeo pri mulm laudari, deinde etiam amari. Nam ea quæ speras, Tulliz mea prudentia reperari posse, scio cui tuz epistole respondente. Quid si mea legas, quam ego tum ex tuis literis misi ad Appium: Sed quid agassic vivitur. Quod actum est, Dū approbent. Spero fore iudicandum generum nobis: multumque in eo tua nos humanitas admisibit. Resp. me valde sollicitat: fauico Curionis: Cesarem honestum esse cupio: pro Pompeio emoci possum: sed tamen ipsa rep. nihil mihi est charius, in qua tu non valde te iactas. districtus enim mihi videri esse, quod & bonus ciuius, & bonus amicus es. Ego de provincia decedens, Quæfōrē Cælium præposui provincie: puerum inquis, at Quæfōrem, at nobiliter adolescentem, at omnium fere exemplo, neque erat superiori honore vltis quem præficeret. Pompeius multo ante discesserat. Q. fratre impetrari non poterat: quem tamen si reliquissim, dicerent iniqui non me planè post annum, vt senatus voluisse, de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissim. Fortasse etiam illud adderet, senatum eos voluisse provincias praesesse qui antea non præfuerint: fratrem meum triennium A.siz præfuisse, denique nunc sollicitus non sum: si fratrem reliquissim, omnia timerem. Postremo non tam mea sponte, quam potestissimum duorum exemplo, qui omnes Cassios Antoniisque cōplexi sunt, hominem adolescentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. Hoc tu meum consilium laudes necessas est. mutari enim non potest. De Ocella parum ad me planè scripferas, & in actis non erat. Tu res gitez ita note sunt, vt trans montem Taurum etiam de Matrinio sit auditum. Ego nisi quid me Eteiz morabuntur, celeriter (vt spero) vos video.

B. ii.

MAGNO dolore me affliscerent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes mo-  
lestias, & diuturna desperatione rerum obdunuisset animus ad dolorem nouum. Sed tamen  
quare acciderit ut ex meis superioribus literis id suspicaret quod scribis, nefcio. quid enim  
in illis fuit præter querela temporum, quæ non meum animum magis sollicitum habe-  
ret, quam tuum? Nam non tam cognoui aciem ingenii tui, quod ipse videam, te id ut non  
putem videre. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus noſte deberes, ut existimes  
aut me tam imprudentem qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem de-  
seferem; aut tam inconsitanter, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem, &  
à meque ipse deficerem, & quod initio, semperque fugi, ciuitate bello intercessem. Quod est igit  
tur meum triste cõsilium ut discederem fortasse in aliquas solitudines. nosci enim non mo-  
do stomachi mei, cuius tu sumilem quandam habebas; sed etiam oculorum in hominum  
infidelium indignitate fastidium. Accedit etiam molesta hac pompa lictorum meorum,  
nomineque imperii quo appellor. eo si onore carerem, quanvis parus Italiz latebris con-  
tentus essem. Sed inenit hæc nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in vocu-  
las maleuolorum. Quod cum ita esset, nil tamen vnguam de protectione, nisi vobis ap-  
probantibus, cogitari. Sed mea prediola tibi nota sunt. in his mihi necesse est esse, ne ami-  
cis molefus sim. Quid autem in maritimus facilime sum, mouco tonnulis suspicio-  
nem, velle me nauigare, quod tamen fortasse non nolle, si possem ad otium. nam ad bel-  
lum quidem quæ conuenit, praesertim contra eum cui spero me satisfaciebam: ab eo, cui ta-  
men latifieri nullo modo potest Deinde sententiam meam tu facilime perspicere potui-  
sti iam ab illo tempore, cum in Cumaniū mihi obuiam venisti. non enim te celavi fer-  
rovent T. Ampii, vidisti quam abhorrebat ab urbe relinquenda, quod cum audirem, non-  
ne tibi affirmauit, quiduis me potius perpeſurum, quam ex Italia ad bellum ciuile me ex-  
itavimus? Quid ergo accidit cur consilium mutarem? nomine omnia potius, ut in sententia  
permanerem: Credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, me ex his miseriis nihil a-  
liud querere, nihil tam fugisse quam arma ciuilia. Huius me constantiae puto fore ut mun-  
quam peniteat. Eremi memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum  
Q. Hortensium, quod nunquam bello ciuitate interclusus. hoc nostra laus erit illustrior, quod  
illi tribuebatur ignauis: de nobis id existimari posse non arbitror. Nec me ista terrent,  
qua mihi à te ad timorem fidissime, atque amantissime proponuntur. Nulla est enim a-  
cerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur. quam  
quidem ego à rep. meis priuatis & domelicias incommodis libenterissime, vel istis ipsis quæ tu  
me mones ut caueam, redemissim. Filio meo quem tibi charu' esse gaudeo, si erit villa resp.  
fatis amplius patrimonium reliquam in memoria nominis mei. sin autem nulla erit, ni-  
hil accidet ei separatum à reliquis ciuibus. Nam quod rogas ut recipiam generum meum  
adolescentem optimum, multique charissimum: an dubitas, cum iesas quanti cum illum,  
tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime sollicitet: & cō magis,  
quod in communibus miseriis haec tamen oblectabar specula, Dolabellam meum, vel po-  
tius nostrum fore ab iis molestius, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Velim quaz-  
ras, quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit, quam acerbos sibi, quam mithi ipsi fecero  
non honestos. Itaque neque ego hunc Hispanensem casum expecto, de quo mihi exploratum  
est ita esse ut tu scribis: neque quicquā altute cogito. Si quando erit ciuitas: scrip-  
fectio nobis locus. sin autem non erit, in casu solitudines tu ipse (ut arbitror) venies, in  
quibus nos confedimus audies. Sed ego fortasse vaticinor: & haec omnia mediocre habebunt  
exitus. recordor enim desperationes eorum, qui senes erant adolescenti me. Eos ego fortasse  
nunc imitor, & vtor ætatis virtus. Velim ita sit. Sed tamen togam prætexti te Oppio, pu-  
to te audire. nam Curtius noster dibaphū cogitat, sed cum insector moratur. Hoc aliter ut  
scires me tamē in stomacho solere ridere. De Dolabella quod scripsi, suadeo videoas tan-  
quam si tua res agatur. Extremū illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. Te

tamen oramus, quibuscumque criminis in terris, ut nos, libertosque nostros ita tuare, ut amicitia nostra, & tua fides postulabatur. Vale.

M. CICERO IMP. S.D. CANINIO SALLVSTIO PRO QVAES. 16

LITERAS à te misi statu tuis reddidit Tarsi ad X V I. Cal. Sext. His ego ordine, ut videris velle, respondebo. De successore meo nihil audiui, nec quenquam fore arbitror. Quin ad diem decedam, nulla causa est, praetertim sublato metu Parthico. Commoratus me nusquam fane arbitror. Rhodus Ciceronum causa puerorum, accessurum puto, neque id tamen certum. Ad urbem volo quamprimum venire: sed tamen iter meum reip. & rerum urbanarum ratio gubernabit. Successor tuus non potest ita maturare viro modo, ut tu me possis in Asia conuenire. De rationibus referendis, non erat incommodeum te nullam referre, quam tibi scribis à Bibulo fieri potestatem: sed id vix mihi videbis per legem Julianam facere posse, quam Bibulus certa quadam ratione non seruat: tibi magnopere seruandam censeo. Quod scribis Apamea praesidio deduci non oportuisse, videbam item ceteros existimare, molesteque fercham de ea et minus commodos sermones malevolorum fuisse. Parthi transferint, necne, præter te video dubitare neminem. Itaque omnia praesidia, quæ magna & firma paraueram, communis hominum non dubio sermone; dimisi. Rationes mei Quzforis nec verum fui mihi mittere, nec tamen erant confectæ. eis nos Apameæ deponere cogitabamus. De præda mea præter Quzforis virbanos, id est Pop. Ro. teruncium nec attigi, nec tacturus est quicquam. Laodicea me prædeceperunt arbitrio omnis pecunia publicæ, ut & mihi, & populo cauæ sit sine nocturæ periculum.

Quod scribis ad me de drachmis CCCC DCC. nihil est quod in isto genere cuiquam possum commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, ut præda à praefectis: quæ autem mihi attributa est, à Questore curetur. Quod queris quid existimem de legionibus, quæ decreta sunt in Syriam, antea dubitabant venturæ essent: nunc mihi non est dubium, quin si antea audita erit otium esse in Syria, venturæ non sunt. Marum quidem successorum tardè video esse venturum, propterea quod senatus ita decreuit ut cum legionibus iret. Vni epistola respondi: venio ad alteram. Petis à me, ut Bibulo te quam diligenter commenderem: in quo milii voluntas non deest, sed locus videtur esse tecum expolitandus. Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo sunt, certior me nunquam fecisti quād valde Bibuli voluntas à me sine causa abborret. Pernauit enim ad me detulerunt, cum magnus Antiochiz metus esset, & magna spes in me atque in exercitu meo, solitum dicere, quidvis se perpeti male, quād videri euise auxilio meo: quod ego officio Quzforio te adducam retinere de Prætorie tuo non moleste cerebam: quanquam quemadmodum tractarē, audiham. Ille autem cum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit, ad quem intelligebat eius bellum periculum pertinere. Tantum de auguratu filii sui scriptit ad me: in quo ego misericordia commotus, & quod semper amicissimus Bibulo fui, dedi operam ut ei quam humanissime scriberem. Ille si omnibus est malevolus (quod nunquam existimau) minus offendor in me. finiātū à me est alienor, nihil tibi mea literæ proderūt. Nam ad senatum Bibulus quas literas misit, in iis, quod mihi cum illo erat comitate, sibi soli attribuit: se ait curasse, ut cum quæstori populi pecunia permutaretur, quod autem meum erat proprium, ut alariis transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. quod vero illius erat solius, id mecum communicat. E QVITIBVS AVXILIARIIS inquit, CVM AMPLIVS FRVMMENTI POSTVLA REMVS. Illud vero pusilli animi, & ipsa malevolentia ieiuni, atque inanis, quod Ariobarzanem, quia senatus per me regem appellauit, nihilque commendauit, iste in literis non regem, sed regis Ariobarzanis filium appellat. Hoc animo qui sunt, deteriores sunt rogati. Sed tibi morem gessi: literas ad cum scripsi: quas cum accepis, facies quod voles.

M. CICERO IMP. S.D. Q. THERMO PROPR.

17

OFFICIVM meum erga Rhodonem, ceteraque mea studia, quæ tibi ac tuis praefiti, tibi homini gratissimo grata esse vehementer gaudeo: mihique scito in dies maiori cura esse dignitatem tuam, quæ quidem à te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata

B. iii.

## 22 Epist. ad Appium Pulchrum.

cit, ut nihil addi posse videatur. Sed mihi magis, magisque quotidie de rationibus tuis cogitant, placet illud meum consilium quod initio Aristoni nostro, ut ad me venit, ostendi, graueis te suscepturn inimicitias, si adolescent potens & nobilis à te ignominia affectus esset. & hercule sine dubio erit ignominia: habes enim neminem honoris gradu superiorum. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominesque innocentissimos legatos tuos, quod & Quæstor est, & Quæstor tuus. Nocere tibi irati neminem posse perfici: sed tamen treis fratres summo loco natos, promptos, non indolentes, te nolo habere iratos, iure præfertim, quos video deinceps Tribb. pl. per triennium fore. Tempora autem reip. qualia futura sunt, quis sciri mihi quidem turbulentia videtur fore. Cur ego te velim incidere in terroris Tribunitios, præfertim cum sine cuiusquam reprehensione Quæstoriis legatis Quæstori positis anteferre? Qui si dignū se maioribus suis præbuerit (ut spero & opto) tua laus ex aliqua parte fuerit. Sin quid offendit, sibi totum, nihil tibi offendit. Quæ mihi veniebat in mente, quæ ad te pertinere arbitrabor, quod in Ciliciam proficebar, existimauit me ad te opotere scribere. Tu quod egeris, id velim Dii approbet, sed si me audies, vitabis inimicitias, & posteritatis otio consilicis.

M. TULLIUS M. F. I. M. P. S. D. C. CAELIO L. F. QVÆST. 18

CVM ope ratiſſimum nūtium accipilem, te mihi Quæstorem obtigisse, eo iucundiorē mihi eam fortem sperabam fore, quo diutius in prouincia tecum fuiles. Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis fors tribuisse, cōsuetudinem quoque accedere. Postea quiam mihi nihil neque à te ipso, neque ab ullo alio de aduentu tuo scriberetur, verebar ne id ita cadereret (quod etiam nunc veror) ne ante, quām tu in prouinciam venisses, ego de prouincia decederem. Accipi autem à te missas literas in Cilicia, cum essem in castris ad x. Cal. Quine. scriptas humanissime: quibus facile & officium, & uigenium tuum perfici posset. sed neque unde, neque quo die datus essent, aut quo tempore te expectarem, significabant: nec is qui attulerat, à te acceperat, ut ex eo scirem quo ex loco, & quo tempore essent date. Quæ cum essent incerta, existimauit tamen faciendum esse ut ad te statores meos, & lectores cum literis mitterem: quas si satius opportuno tempore accepti, gratissimum mihi feceris si ad me in Ciliciam quamprimum venieris. Nam quod ad me Carius consobrinus tuus, mihi (ut scis) maxime necessarius: quod iterum C. Virginius propinquus tuus familiarissimus noster de te accuratissime scriptus: valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuz literæ de tua præfertim dignitate, & de nostra coniunctione maximi sunt apud me ponderis. Mihi Quæstor optatior obtingere nemo potuit. Quamobrem quæcumque à me ornamenta ad te proficiuntur, ut omnes intelligent à me habitam esse rationem tuar, maiorūque tuorum dignitatis. Sed id facilius colesque, si ad me in Ciliciam venieris: quod ego & mea, & reip. & maxime tua interesse arbitror.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER II.

CICERO APPIO IMP. S. D.

S I P S A teip. tibi narrare posset quo modo sc̄e haberet, non facilius ex ea cognoscere posscis, quām ex liberto tuo Phania: ita est homo non modo prudens, verum etiam (quod iuuet) curiosus. quapropter ille tibi omnia explanabit: id enim mihi & ad breuitatem est aptius, & ad reliquias res prouidentius. De mea autem benevolentia erga te, eti potes ex eodem Phania cognoscere, tamen videntur etiam aliquas mez partes. Sic enim tibi persuade, charissimū te mihi esse, cum propter multas suavitates ingenii, officii, humanitatis tuz: tum quod ex tuis literis, & ex multorum sermonibus intelligo, omnia quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima. Quod cum ita sit, perficiam profecto ut longi temporis usuraram, qua caruimus intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum sarciam. idque me (quoniam tu ita vis) puto non inuenta Mi-

nerua esse facturum; quam quidem ego, si forte de tuis sumptuoso, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominababo. Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus: sed ut mihi redidisti à te literas plenas & amoris & officii, misericorde ipse suo sermone subfeceris est humilitatem tuarum literarum. Iucunda mihi eius oratio fuit, cum de animo tuo, de sermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Quid queris? Buduo factus est mihi familiaris: ita tamen, ut Phantani valde sim deficyderaturus: quem cum Romana remittes (quod, ut putabamus, celeriter eras facturus) omnibus ei de rebus quas agi, quas curari à me voles, mandata des velim. L. Valerium iureconfutum valde tibi commendo, sed ita etiam, si non est iureconfutus. Melius enim ei caueri volo, quam ipse alius solet. Valde hominē diligō. Est ex meis domesticis, arque intimes familiaribus, omnino tibi agit gratias: sed idem scribit, meas literas maximū apud te pondus habitudines. Id eum ne fallat, te etiā arque etiam rogo. Vale.

M. CICERO PRO COS. S. D. APPIO PVLCHRO IMP. 2

C V M & contra voluntatem meam, & prater opinionem accidisset, ut mihi cum impetratio in provinciam proficiere necesse esset: in multis & variis molestiis, cogitationibusque meis hac vna consolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere: neque ego ab illo provinciam accipere, qui mallet tam quāmaxime mihi aptam explicatāque tradere. Quod si tu quoque candem de mea voluntate erga te spem habes, ca te profecto nunquam faller. A te maximopere pro nostra summa coniunctione, tuāque singulare humanitate etiam atque etiā quanto & peto, ut quibuscūque rebus poteris (poteris autem plurimis) prosperias, & consulas rationibus meis. Vides ex S. C. provinciam ei se habendam. Si eam (quoad eius facere poteris) quam expeditissimam mihi tradideris, facilius erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui consiliū est. Ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiorum orationem expectaret: aut id fieri nostra amicitia patetur: aut res verba deficyderet, ac non pro se ipsa loqueretur. Hoc velim tibi persuades, si rationibus meis prouulm a te esse intellexeris, magnam te ex eo, & perpetuum voluptatem esse capturum. Vale.

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO. 3

A D XI. Cal. Iun. Brundisium cum venissem, Q. Fabianus legatus tuus mihi preffuit: eaque me ex tuis mādatis misuit, quæ non modo mihi ad quem pertinebāt, sed uniuerso senatu venerant in memorem, p̄tūdino firmiori opus esse ad istam provinciam. Censabant enim omnes fore, ut in Italia supplementum meis & Bibuli legionibus feribetur. Id cum Sulpitius C. O. s. paslurum se negaret, multa nos quidem quieti sumus: sed tanteus confusus senatus fuit, ut mature proficeremus, parōdum ut ficeretur: tāque fecimus. Nunc quod à te petui literis iis quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi cura sitet quæ successori coniunctissimum & amicissimum commendare potest is, qui provinciam tradit, vt ea pro nostra confociatissima voluntate, cura, ac diligentia tua complectat: ut omnes intelligent, nec me benevolentiori cūquā sucedere, nec te amiciori potuisse provinciam tradere. Ex iis literis, quārum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permulso à te multis esse dimisso: sed mihi Fabius idem demonstrauit te id cogitasse facere, sed cum ipse à te discederet, integrum militum numerum fuisse. Id si ira est, peccatum mihi feceris, si illas exiguas copias, quas habuisti, quam minime immisueris, quæ de te s. C. quæ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Evidem pro eo, quāz te facio, quicquid feceris approbabo. Sed te quoque confido ca facturum, quæ mihi intelliges maxime esse accommodata. Ego C. Pomponium legatum meum Brundisiū expectabam: cūquæ ante Cal. Jun. Brundisium venturum arbitror: qui cum venerit, quæ primum nauigandi nobis facultas data erit, vñemur.

CICERO S. D. APPIO PVLCHRO. 4

P R I D I E Non. Iun. cum essem Brundisiū, literas tuas acceperis, quibus erat scriptum, te L. Clodio mādasse quæ illum mecum loqui velles. Eum fānē expectabā, ut ea quæ à te assertet, quamprimum cognoscerem. Meum Istudium erga te & officium, tamē multis iam re-

## 24 Epist. ad Appium Pulchrum.

bus spero tibi esse cognitum, tamen in his maxime declarabo, quibus plurimum significare potero, tuam mihi exultationem, & dignitatem charissimam esse. Mihi & Q. Fabius Virgilius, & C. Flaccus L. F. & diligentissime M. Octavius Cn. F. demonstrauit, me à te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram, maximè illo libro augurali, quem ad me amantissime lcriptum, suaissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam cum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere ceperisti, quotidie pluris feci, tum accelerunt etiam coniunctiones necessariorū tuorum: duo enim duarum etatū plurimi facio, Cn. Pompeium filium tuum sacerdotem, & M. Brutum genetum tuum. Collegique coniunctio, praesertim tam honorificet à te approbata, non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. Sed & si Clodium conuenierit, ex illius sermone ad te scribam plura: & ipse operam dabo te ut quamprimum videam. Quod scribis, tibi manendi causam eam fuisse ut me conueniret, id mihi (ne mentiar) est gratum.

C I C E R O S. D. A P P I O F V L C H R O .

T R A L L E I S VENI ad VI. Cal. Sext. ibi mihi præsto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis: quo quidem homini nemini potulisti nec mihi amiciorem, nec (ut arbitror) ad ea cognoscenda, que scire volebam, aptiorem, prudentiorem mittere. Ego autem & tuas literas legi libenter, & audiui Lucilium diligenter. Nunc quoniam & tu ita sentis (scriptis enim quae de nostris officiis ego ad te scripsierim, et si tibi iucunda fuerint, tamen quoniam ex alto repetita sunt, non necessaria te putas) & re vera, confirmata amicitia, & perspecta fide, commemoratio officiorum superuacanea est: eam partem orationis prætermittam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animaduerti enim, & didici ex tuis literis, ut omnibus in rebus habuisse rationem ut mihi consuleres, restituereisque, & preparares quodammodo omnia, quo mea ratio facilior, & solutior esse posset. Hoc tuum officium cum mihi gratissimum esse dicam, sequitur illud, ut te exultinare velim, mihi magna cura fore, atque esse iam, primum ut ipse tu, tunc omnes, deinde ut etiam reliqui scire possint me tibi esse amissimum. Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ut mihi nolle magis nos hoc animo esse, quam non intelligere videntur. Sed profectio intelligentia, neque enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur. Sed hæc fieri, melius quam dici, aut scribi volo. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurisne me sis in prouincia: ea res sic habet. Brundusii cum loquerer cum liberto tuo Phania, veni in eum sermonem, ut dicere libenter me ad eam partem prouincie primùm esse venturum quod te maxime velle arbitrarer: nunc mihi ille dixit, quod clavis tu velles decidere, & perfice a commodatum tibi, si ad illam maritimam partem prouincie nauibus accessisset. dixi me esse facturum: itaque fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Corecyra dixisset, minime id esse faciendum: te Laodicæ fore ad mecum aduentum. Erat id mihi multo breuius, multoque commodius, cum præsternit te ita malle arbitrarer. Tua ratio postea est commutata. Nunc quid fieri possit, tu haec illime statues. ego tibi meum cōsiliū exponam. Prope Cal. Sext. puto me Laodicæ fore: per paucos dies, dum pecunia accipitur quæ mihi ex publica permutatione deberunt, cōmabor. Deinde iter faciam ad exercitū, ut circiter Id. Sext. putem me ad Leonium fore. Sed siquid nunc me fallit in scribendo (procul enim aberam ab te ipsa & à locis) sum ac progrederi cōcepere, quam celerius potero, & quam creberimus literis faciam ut tibi nota sit omnis ratio dierum atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audio quicquam, nec debeo. Sed quod commodo tuo fieri possit, utriusque nostrum magni interest, prius ut te conuenient, quam decidas. Quam facultatem siquis casus eripuerit, mea tamē in te omnia officia constabunt, non fecis ac si te vidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mādaturus per literas, quam desperato corāti me tecū agere posse. Quod te à Scuola petuisse dicas, ut dum tu absentes, ante adiūcūm meum prouincie præses, et cum ego Ephesi vidi, fuisseque mecum familiaritatis triduum illud quod ego Ephesi cōmornatus sum: nec ex eo quicquam audiu quod fibi à te mandatum diceret. Sanè autem vellem potuisse obsequi voluntati tuz. non enim arbitror noluisse.

ET V M icum factum cum tuo comparo, et si non magis mihi fauco in nostra amicitia  
tuenda quam tibi, tamen multo magis meo facto delecto, quam tuo. Ego enim Brundu-  
sii quatuor ex Phania, cuius mihi videbar & fidelitatem erga te perspicile, & nosse locum,  
quem apud te is teneret; quam in partem prouincie maxime putaret te vellet in succedendo  
primum venire. Cum ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quam si  
ad Sidam nauigasset: et si minus dignitas habebat ille aductus, & ad multas res mihi mi-  
nus erat aptus, tamen ita me dixi esse facturum. Idem ego cum L. Clodium Corcyre con-  
ueniensem (hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo cum loquerer, tecum loqui vi-  
derer) dixi ci me ita facturum esse, vt in eam partem quam Phania rogasset, primum venire.  
Tunc ille mihi cum gratias egisset, magnopere a me petuit vt Laodicea protinus item: te  
in prima prouincia velle esse, vt quaprimum decederes. quin, nisi ego successor essem, quem  
tu cuperes videre, te antea, quam tibi succellum esset, decessurum fuisse. quod quidem erat co-  
sentaneum cum iis literis quas ego Romae accepрам: quibus perspicuisse mihi videbar  
quam festinales decedere. Respondi Clodio me ita esse facturum, ac multo quidem liben-  
tius, quam si illud esset faciendum quod promiseram Phaniz. Itaque & consilium mutau-  
& ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi satis ma-  
ture ad te esse perlatas. Hoc ego meo facto valde delecto: nihil enim potuit fieri amantius.  
Confidera nunc vicissim tu. Non modo ibi non fuisti, vbi me quamprimum videre pos-  
ses; sed eti quo ego te ne persequi quidem possem tringita diebus, qui tibi ad de-  
cedendum lege (vt opinor) Cornelia constituti essent: vt tuum factum, qui quo animo in-  
ter nos sumus, ignorant, alieni hominis (vt levissime dicam) & fugientis congressum: metum  
vero coniunctissimi, & amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen ante quam in prouinciam  
veni, redditae sunt a te literae: quibus eti se Tarsum proficiendi demonstrabas, tamen mi-  
hi non dubia spem mei conueniendi affrebas: cum interea (credo) equidem maluoli homi-  
nes (late enim patet hoc viu, & est enim in multis) sed tamen probabilem materiem nae*i*  
sermonis, ignari mea cõsternationis, conabantur alienare a te voluntatem mea: qui te fori Tar-  
si agere, statuere, multa decerner, iudicare dicentes, cum posset iam suscipiari tibi esse suc-  
cellum: que ne ab iis quidem fieri solerent, qui breui tempore sibi succedi putarent. Ho-  
rum ego sermone non mouebam: quinetiam (credas mi velim) siquid tu ageres, levari me  
putabam molestia: & ex annua prouincia, que mihi longa videtur, proprie iam vnde*decim*  
mensium prouinciam facti esse gaudebam, si absenti mihi vnius meis labor detractus es-  
set. illud (vere dicam) me mouet, in tanta militu paucitate abesse treis cohortes que sunt ple-  
nissimae: nec me scire vbi sunt. Molestissime autem fero, quod te, vbi visurus sim, nescio: co-  
que ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum expectabam: cum interea ne literas quidem  
villas accepi, que me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. Itaque virum fortem,  
mihiique in primis probatum Antonium praefectum euocatorum misi ad tecum, si tibi vi-  
detur, cohortes traderes: vt dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotii gerere possem.  
In quo, tuo consilio vt me sperarem esse visurum, & amicitia nostra, & litera tua fecerant:  
quod ne nune quidem despero. Sed planè quando, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scrip-  
teris, ne suspicari quidem possum. Ego, vt me tibi amicissimum esse & aequi & iniqui intel-  
ligant, curabo. De tuo in me animo iniqui fecus existimandi videris non nihil loci dedisse.  
Id si correceris, valde gratu mihi erit. Et vt habete rationem possis quo loco me salut le-  
ge Corneliam conuenient, ego in prouinciam veni prid. Cal. Sext. iter in Ciliciam facio per Cap-  
padociam, castra moui ab Ieonio prid. Cal. Sept. Nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si  
putabis me esse conueniendum, confinies quo loco id comodissime fieri possit, & quo die.

PLVRIBVS verbis ad te scribam, cum plus otii naetus ero. Haec scripsi subito, cum  
Bruti pueri Laodicea me conuenissent, & se Roman properare dixissent. Itaque nullas iis,  
præterquam ad te & ad Brutum dedi literas. Legati Appiani mihi volumen a te plenum  
querelæ iniquissimæ reddidicunt, quod eorum adificationem literis meis impeditilem. Ea-

# 26 Epist. ad Appium Pulchrum.

dem autem epistola petebas ut eos quāprimum, ne in hyemem incidenterent, ad facultatē zelificandi liberarem: & simul peracute quererāre, quod cor tributa exigere vetarem prius, quām ego te cognita permisissim, genus enim quoddā fuisse impediendi, cum ego cognoscere nō possem, nūli cū ad hyemem me ex Cilicia recipissim. Ad omnia accipe, & cognosce aquitatem expostulationis ruz. Primum, cum ad me adirum esset ab iis, qui dicerent à se interlerabila tributa exigi: quid habuit iniuriantis, me scribere ne facerent ante quam ego rem caufamque cognollem? Non poterā (credo) ante hyemem: sic enim scribis, quasi verò ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Tam longe inquisitum, cum dabant iis literas, per quas mecum agebas ne eos impeditrem quo minus ante hyemem zedificarent, non eos ad me venturos arbitrabar. Tamen si id quidem fecerunt ridiculē, quas enim literas afferabant, vt opus astate facere possent, eas mūhi post brumam reddiderūt. Sed scito & multo pluris esse qui de tributis reculerent, quam qui exigi velint: & me tamē, quod te velle existimem, esse facturum. De Appianis haec tenus. A Pausania Lentuli liberto, a censor meo audiui, cum diceret te secum esse quendam quod tibi obuiam nō produissem. Scilicet contempsi te: nec potest fieri me quicquam superbius. Cum puer tuus ad me secunda ferē vigilia venisset, isque te ante lucem Iconium mīhi venturum nuntiassem, incertumque vtra via, cū essent dāta: altera Varronem-tuum familiarissimū, altera Q. Lepatum praefectū fabrūm meum tibi obuiam misi: mandaui utriusque corum vt ante ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire possem. Currents Lepta venit, mihique nuntiavit te iam castra prætergrium esse: confectum Iconium vni, cetera iam tibi nota sunt. An ego tibi obuiam non prodirem & primum Appio Claudio: deinde Imperatori & deinde more majorum & deinde, quod caput est, amicos cum in illo genere multo etiam ambitiosius facere solet, quam homines meus, & dignitas postulat. Sed hæc haec tenus. Illud idem Pausania dicebat te dixisse. Quid nū Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiā, Cicerio Appio noluit. Quzfo, etiamne tu has ineptias, homo (mea tentatio) summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo rerum vñus addo vñbanitate, quz est virtus, vt Stoici refūctissime putant: villam Apia pietatem aut Lentulitatē valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimat. Cum ea confectus nondum eram, quz sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ita vestra nomina nūquā sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquisti, magnos arbitrabar. Postea verò, quam ita & cepi, & gessi maxima imperia, vt mīhi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem: superiorem quidem nūquā, sed parem vobis me sperauī esse factum. Nec inherecule aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus qui vñquā fuerunt: vel P. Lentulum, quem mīhi ipsi antepono. Tu si alter existimas, nihil errabis, si paulò diligentius (vt quid sit ~~admodum~~, quid si nobilitas intelligas) Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Sed vt ad rem redam, me tibi non amicum modo, verum etiam amicissimum existimes vñlum: profecto omnibus officiis meis efficiam, vt ita esse vere possis indicare. Tu autem si id agis, vt minus mea causa, dum ego absim, debere videaris, quam ego tua laboraria: libero te ita cura.

de rebus tuis, quādā, & sermone vñl. Si autem natura es quādā, illud: non perficies quo minus tua causa vñlum: hoc alloquere, vt quam in partem tu accepis, minus laborem. Hæc ad te scripsi liberius, fructus conscientia officii mei, benevolentisque, quam à me certo iudicio suscepstam, quoad tu voles, conferuabo.

C I C E R O S. D. A P P I O. P U L C H R O.

8

E T S I quantum ex tuis literis intelligere potui, videbam te hanc epistolam, cum ad vñbem esse, cīsc lectorum, refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium, tamen cum tu tam multis verbis ad me de improborum oratione scripſiles, faciendum mīhi putavi vt tuis literis breui responderem. Sed prima duo capita epistolæ tue tacita mīhi quodammodo relinquenda sunt. Nihil enim habent quod definitum sit, aut certūm nisi me vultu, taciturnitate significasse tibi non esse amicum: idque pro tribunali, cum aliquid agetur, & nonnullis in coniunctiis intelligi potuisse. Hoc totum nihil esse, possum intelligi.

geret sed cum sit nihil, ne quid dicatur quidem intelligo. Illud quidem scio, meos multos & illustres, & ex superiori & ex aequo loco sermones habitos cum tua summa laude, & cum magna significacione nostra familiaritatis, ad te vere potuisse deferri. Nam quod ad legatos attineret, quid à me fieri potuit aut elegantius, aut iustius, quam ut sumptus egenissimum ciuitatum minorem sine villa immunitione dignitatis tuz, praesertim ipsis ciuitatibus postulantibus. Nam mihi totum genus legationum tuo nomine proficiscentium, notum non erat. Apamez cum esset, multatum ciuitatum principes ad me denulerūt, sumptus decet legatis nimis magnos, cum soluendo ciuitates non essent. Hic ego multa simul cogitau: primū te hominē non solum sapientem, verū etiam (ut nūc loquimur) virtuatum, nō arbitrabar genere isto legationē delectari: idque me arbitror Synnadi pro tribunali multis verbis disputatione. Primum, Appium Claudium s. P. Q. R. nō Myndensium testimonio (in ea enim ciuitate mentio facta est) id sua sponte esse laudatum. Deinde me ista vidisse accidere multis, ut corū causa legationes Romanas venirent: sed his legationibus nō meminisse vulum tempus laudandi, aut locum dari. studia mihi corū placere, quod in te bene merito grati essent: consilii totum videri minime necessarium. Si autem vellent declarare in eo officium suū, laudatum me siquī suo sumptu functus esset officio: concessurū, si legitimō non permisurū, si infinito. Quid enim reprehendi potest, nisi quod addis, vi sum esse quibusdā dictum meum, quasi consulto ad itas legationes impediendas esse accommodatum? Iam non tantū mihi videntur iniuriam facere il qui hac disputant, quam si cuius aures ad hanc disputationem patent. Romæ composui dictum. nihil addidi, nisi quod publicani me rogavant, cum Samum ad me venissent, ut de tuo edicto totidem verbis transierent in meum diligentissime scriptum. Caput est quod pertinet ad minuendos sumptus ciuitatū quo in capite sunt quazdam noua, falutaria ciuitatibus, quibus ego magnopere delector. hoc vero, ex quo suspicio nata est me exquisisse aliquid in quo te offendere, trahitum est. Neque enim eram tam despiciens, ut priuate rei causa legari putarem, qui & tibi nō priuato, & pro te non priuata sua, sed publica, non in priuato, sed in publico orbis terre consilio, id est in senatu, ut gratias agerent mittebantur. neque cum edixi ne quis iniussu meo proficeretur, exclusi eos qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. Nam id est maxime in tuis literis irridendū. Quid enim erat quod me persequerentur in castra, Taurumque transirent: cum ego Laodicea vñque ad Iconiū iter ita fecerim ut me omnium illarū diocesis, quaz cis Taurum sunt, omniumque caruin ciuitatum magistratus, legationēs que cōueniente nūl forte postea experunt legare, quam ego Taurum transgredi sum quod certe nō ita est. Cum enim Laodicez, cū Apamez, cū Synnadi, cum Philomeli, cum Iconii essent, quibus in oppidis omnibus cōmoratus sum, omnes iam istius generis legationes erant cōstitutæ. Atque hoc tamen te scire volo, me de isto sumptu legationum aut minuendo, aut remittendo decreuisse nūl: nisi quod principes ciuitatum à me postulasset, ne in venditione tributorum, & illam acerbissimā exactionem (quam tu non ignoras) capitum atque oſtiorum inducentur sumptus minime necessarii. Ego autem cum hoc suscepsem, non solum iustitia, sed etiam misericordia adductus, ut leuareret miseriis perditas ciuitates, & perditas maxime per magistratus suos: non potui illo sumptu nō necessario negligens esse. Tu, cum istiusmodi sermones ad te delati de me sunt, non debuisti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quaz tibi in mentem veniant, aliis attribuas: genus sermonis inducis in amicitiam minime liberale. Ego si in provincia detrahere de tua fama vñquam cogitasse, nō ad generum tuū Lentulum, neque ad libertū tuum Brundisi, neque ad præfectum fabrum Corcyra, quem in locum me venire velles, retulisse. Quare potes, doctissimis hominibus authoribus (quorū sunt de amicitia gerēda præclarissime scripti libri) genus hoc totum orationis tollere, DISPV TABANT, EGO CONTRA DISSE REBAM. DICEBANT, EGO NEGABAM. An mihi de te nihil esse dictum vñquam putasne hoc quidem, quod cum me Laodicam venire revulses, Taurum ipse transili: quod iisdem diebus meus cōuenitus erat Apamez, Synnadi, Philomelius Tarsus: Nō dicam plura, ne in quo te obiurgem, id ipsum videar imitari. Il-

# 28 Epist. ad Appium Pulchrum.

Iud dicā vt sentio: si ista quæ alios loqui dicas, ipse sentis, tua summa culpa est. sū autē aliū tecum h̄c loquuntur, tua tamen, quod audis, culpa nonnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra consitans & gratias reperiuntur. Quod si qui me astutiorē singit: quid potest esse callidius, quām cū te absenteū semper defendērī, cum præfertim mihi vnu venturū non arbitrariet ut ego quoque à te absens defendendus essem: nunc cōmittere ut tu iure optimo me absenteū deserere posse: Vnum genus excipio sermonis, in quo perspē aliquid dicitur quod te putem nolle dici: si aut legatorum tuorum cuiquam, aut præfectorum, aut Tribi militū male dicitur, quod tamē ipsum nō mēcherule adhuc accidit me audiente, ut aut gratius diceretur, aut in plureis quam mōcum Corcyra Clodius est locutus: cum in eo genere maximè queretur, te alioꝝ improbitate minus felicē fuisse. Hos ego sermones, quod & multi sunt, & tuam existimationem, ut ego sentio, non offendunt, Iacchini nunquā, sed non valde reprehēs. Si quis est, qui neminem bona fide in gratiam puer redire posse, nō nostram is perfidiam coaguit, sed indicat suam: simulque non de me is peius, quām de te existimat. Sinautem quā mēa instituta in prouincia non delectant: & quadam dissimilitudine institutorum mēorū ac tuorum Izdi se putat, cum vterque nostrum recte fecerit, sed non idem vterque fecutus sit: hunc ego amicum habere nō curo. Liberalitas tua, ut hominis nobilissimi latius in prouincia patuit. Nostra si angustior ( etiā tua prolixia, beneficiale natura limauit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum) non debent mirari homines, cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrixiō, & temporibus, quibus alii mouentur, iisdem ego mouear, me esse acerbum sibi, vt sim dulcis mihi. De rebus vrbani quod me certiorem fecisti: cum per se mihi gratum fuit, tum quod significasti tibi omnia mēa mandata cura fore. In quibus illud vnum te p̄ceptiū rogo, ut eures nequid mihi ad hoc negotii aut oneris accedat, aut temporis: Hortensiūmque nostrū collegā & familiarem roges, ut si vnuquā mēa causa quicquā aut sensis, aut fecit, de hac quoque lententia bima decadat, qua mihi nihil potest esse inimicius. De nostris rebus quod scire vis, Tarso Non. Octob. Amanū versus profecti sumus. Hac scripsi postridie eius diei, cum castra haberem in agro Moshæfiz. Siquid egero, scribam ad te: neque domum vnuquam ad me literas mittam, quin adiungam eas quas tibi reddi velim. De Parthis quod queris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt adiuncto Parthico ornatum, dicuntur omnes reuertisse. Hostem esse in Syria negant vñlum. Tu velim quām sepiissime ad me & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni r̄sp. statu, de quo suni sollicitus es magis, quod ex tuis literis cognoui Pompeium nostrum in Hispaniam itarum.

CICERO APPIO PVLCHRO S.

9

VIX tandem legi literas dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligentie. Aspectus videlicet vrbis tibi tuam prīmā vrbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere ante, quām ex Asia egeis es, ad me literas misisti: vnas de legis à me prohibitis proficisci, alteras de Appianorum codificatione impedita, legi perinuitus. Itaque conscientiæ mīc cōstantis erga te voluntatis referisti tibi subiratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo liberō meo dedisti, cognoui intellectuque in prouincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent. Ad vrbem verò vt accesseris, vel potius vt primum tuos videris, cognoscere te ex iis, quæ in te absenteū fide, quæ in omnibus officiis tuendis erga te obseruantia & constantia fuisse. Itaque quanti illud me estimare putas quod est in tuis literis scriptum. Siquid incident quod ad meam dignitatem pertineat, etiā vix fieri posset, tamen te parenti mihi gratiam relaturum? Tu verò facile facies. N I H I L est enim quod studio & benevolentia, vel amore potius effici non possit. Ego, etiā & ipse ita iudicabam, & fiebam crebro à meis per literas certior: tamen tu maximam leticiam cepi ex tuis literis de spe minime dubia, & planè explorata triumphi tui. neque verò ob eam causam, quo ipse facilius consequeretur (nam id quidem ad nō possum est) sed mēcherule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa clara per se. Quare quoniam plureis tu habes quām ceteri, quos scias, in hanc prouinciam proficisci, quod te adiungere ferre omen, siquid velis: gratissimū mihi fereris si ad me, simul atque adeptus eris quod & tu confidis, & ego opto, literas miscris. Lō-

gi subscellii (vt noster Pompeius appellat) iudicatio & mōra, siquem tibi item vñ alterūm-  
ve dicim abstulerit (quid enim potest amplius?) tua tamen dignitas suum locum obtinebit.  
Sed si me diligis, si à me diligis vis, ad me literas, vt quāprimum lētitia officiar, mittito. Et  
velim reliquum quod est promissi, ac munera tui, mihi persoluas. Cum ipsam cognitionē  
iuria augurii consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me, muneri-  
busque delecto. Quòd autem à me tale quiddam desyderas, sanè mihi confyderandum est  
quoniam te remuneret potissimum genere, nam profecto non est meū, qui in scribendo (vt  
soles admirari) tantum industrix ponam, committere vt negligens scribendo fuisse videaris  
præfertim cum id non modo negligentis, sed etiam ingratiani crimen futurum sit. Ve-  
rum hęc videbimus. Illud quod polliceris, velim pro tua fide, diligētiāque, & pro nostra  
non instituta, sed iam inueterata amicitia, eures, emitare vt supplicatio nobis quahonorif-  
centissime, quāprimumque decernatur. Omnino serius mihi literas quam vellem, in quo  
cum difficultas nauigandi fuit odiosa, tū in ipsum discellum senatus incidisse credo literas  
meas. Sed id feci adductus autoritate, & consilio tuo: idque à me recte factū puto, quod  
non statim vt appellatus Imperator sim, sed alijs rebus additis, ætiusisque contextis, literas  
misericim. Hac igitur tibi erunt curze, quemadmodū ostendis: mēque totum, & mea, & meos  
commendatos habebis.

## CICERO APPIO PVLCHRO S.

10

CVM est ad nos allatum de temeritate eorum qui tibi negotiū faccerent, eti grauitate  
primo nuntio cōmotus sum, quod nihil tam præter opinionem meam accidere potuit: ta-  
men vt me collegi, cetera mi facilita videbantur, quod & in te ipso maximam spem,  
& in tuis magnis habebam: multaque mihi veniebat in mentem quāobrem solum labore  
tibi etiam honori putarem fore. Illud plane moleste tuli, quod certissimum & iustissimum  
triumphum iustissimum. Ego enim plane video fore, neutrī, opibus, sapientia tua, vhemē-  
ter vt inimicos tuos peniteat intemperantia sua. De me tibi sic, contectans omnes deos,  
promitto atque confirmo, me pro tua dignitate (malo enim dicere, quām pro salute) in hac  
prouincia, cui tu præfueris: rogando, deprecatoriis: laborando, propinquū: authoritate, chari  
hominis (vt spero) apud ciuitates: gratuitate, Imperatoris subcepturnū officia atque partis.  
Omnia volo à me & postules & expecte, vincā meis officiis cogitationes tuas. Q. Scrui-  
lius perbreuit mihi à te literas reddidit, que mihi tamen nimis longe vise sunt. Injuriam  
enim mihi fieri putabam cum rogabar. Nolle accidisset tempus in quo perspicere posse  
7 quanti te, quanti Pompeium (quem vnum ex omnibus facio, vt debeo, plurimi) quanti  
Brutum faciem: quanquam in consuetudine quotidiana perspicies, sicuti perspicies, sed  
quoniam accidit, siquid a me prætermisum erit, cōmissum facinus, & admilium deditus cō-  
fitebor: Pontinius, qui à te tractatus est præstanti ac singulari fide (cuius tu beneficii sum  
ego tefisi) præfuit tibi memoriā, benevolentiamque quā debet, qui, cum maximis rebus  
suis coactus, à me inuitissimo deceperit: tamē vt vidit interesse tua, confundens iam na-  
uem, Ephesio Laodicam teuertit. T alia te cum studia videcam habiturū esse innumerabilia,  
10 plane dubitare non possum, quin tibi ampliudo, ista sollicitudo futura sit. Si vero efficias vt  
Césares crentur: & si ita gelleris Censura vt & debes, & potes: non tibi solū, sed tuis omni-  
bus in perpetuū video summo te præsidio futurū. Illud pugna & emere, nequid nobis te-  
poris prorogetur, vt cum hic tibi satiscerimus, istuc quoque nostram in te benevolentiam  
nauare possumus. Quz de hominum, atque ordinum omnium erga te studiis, scribis ad  
me, minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderūt, eadēmque ad me perscripea sunt  
à familiaribus meis. Itaque capio magnā volupatem, cum tibi, cuius mihi amicitia nō so-  
lum ampla, sed etiam iucunda est, ea tribui, que debetur: tum vero remanere etiam nunc  
7 in ciuitate nostra studia prop̄ omnium coniens erga fortis & industrios viros: quz mihi  
ip̄a vna semper tributa merces est laborum, & vigiliarum mearum. Illud vero permi-  
tum mihi accidit, tantā temeritatem fuisse in eo adolescere, cuius ego salutem duobus ca-

## Ad Appium Pulchrum.

pitis iudiciis summa contentione defendi: ut tuis inimicitis suscipiendis, obliuisceretur patrōni omnium fortunarum, ac rationum fūariū: præsertim cum tu omnibus vel ornamenti, vel præsidii redūdāres, illi (vt leuissime dicā) multa deſcenſerit. Cuius ſermo ſtultus, & puerilis erat iam ante ad me à M. Czlio familiarī noſtro perſcriptus: de quo item ſermone multa ſcripta ſunt ab te. Ego autē citius cū eo, qui tuas inimicitias ſuſcepifit, veterem cōiunctionem diremifsem, quam nouā conciliafsem. Neque enim de meo erga te studio dubitate debes: neque id eft obſcurū cuiquam in prouincia, nec Romā fuit. Sed tamen ſignificatur in tuis literis ſuſpicio quādam, & dubitatio tua: de qua alienum tempus eft mihi tecum expoſtulandi, purgandi autem mei neceſſarium. Vbi enim ego cūiquam legationi ſui impediſmento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? Aet in quo pōnī, ſi te palam odiſsem, minus, quod tibi obſeffet, faceteſi clam, magis aperit inimicus eſe? Quid faſem ea perfidia qua ſunt ii qui in nos hæc cōferunt: tamen ea ſtultitia certe non fuſfem, vt aut in obſcuro odio apertas inimicitias, aut in quo tibi nihil noceret, ſumma ostenderem volūtatem nocēdi. Ad me adire quoſdam memini, nimirū ex Epicketo, qui dicerent nimis magnos ſumptus legatis decerni: quibus ego non tā imperau, quām cēfui ſumptus legatis quāmaxime ad legem Corneliam decernendos. Atque in eo ipso me nō perleueraſſe, testes funtrationes ciuitatum: in quibus, quantum queſque voluit, legatis tuis datum induxit. Te autem quibus mendaciis homines leuissimi onerarunt: non modo ſublatos ſumptus, ſed etiam à procuratoribus corum, qui iam profeſti eſſent, reperitos & ablatos, cāmque cauſam multis omnino nō cundi fuſſet! Quereret tecū, anque expoſtularem, ni (vt ſuprā ſcripsi) purgate me tibi hoc tuto tempore, quām accuſare te mallem, idque putare eſſe rectius. Itaque nihil de te, quōd credideris de me: quāoibet nō debueris credere, pauca dicant. Nam ſi me virum bonū, ſi dignum hiſtudiis, cāque doctrina, cui me à pueritio dedi: ſi ſatis magni ani mi, non minimi conſiliū, in maximis rebus perſpectū habes: nihil in me nō modo perfidioſum, & infidioſum, & fallax in amicitia, ſed ne humile quidem, aut icinum debes agnoſſere. Sinautē me aftutum, & occultum lubet fingere: quid eft quod minus cadere in eiſumodi naturam poſſit, quām aut florentiſſimi hominis alſernari benevolentiam, aut eius extiſtationem oppugnare in prouincia, cuius laude domi defenderis: aut in ea re animū ostendere inimicū, in qua nihil obſeffit: aut id eligere ad perfidiā, quod ad indicandum odium aperiſſimum fit, ad nocendū leuiffimum? Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſsem, cum te ex fratre meo ne tunc quidem, cum tibi prope neceſſe eſſet eas agere partēs, inimicum mihi fuſſe cognollem? Cum verò roditum noſtrum in gratiam vterque experiſſet, quid in cōſulatu tuo truſtra meū egift, quod me aut facere, aut ſentire voluifſet? Quid mihi mandati, cum te Puteolis proſequerer, in quo nō expectationem tuam diligētia mea vicerim? Quid ſi id eft maxime aftuti, omnia ad ſuam uilitatem refert: quid mihi tandem erat utilius, quid cōmodis meis apieſi, quām hominis nobilissimi, atque honoratissimi cōiunctio, cuius opes, ingenium, liberi, affines, propinquū mihi magno vel ornamento, vel præſidio eſſe poſſent? Quia tamen ego omnia in expertenda amicitia tua, non aftutia quāda, ſed aliqua potius ſapientia fecutus ſum. Quid illa vincula, quibus quidem libertiſſime aſtringet, quanta ſueteſtudinū ſimilitudo, ſuauitas conſuetudinis, delectatio vitæ atque viuētus, ſermonis ſocieras, literæ interiores. Atque hæc domeſtica. Quid illa tādem populatia: reditus illuſtris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest fini ſuſpicio, perfidiæ: ampliſſimi ſacerdotiū collegium, in quo nō modo amicitiam violari apud maiores noſtros fas non erat, ſed ne cooptari quidem ſacerdotem licet, qui cuiquā ex collegio eſſet inimicus. Quia ut omittam tam multa, atque tanta: quis vñquā tanti quenquam fecit, aut facere potuit, aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium ſocerū tuę filię? Etenim ſi merita valent: patriam, liberos, ſalutem, dignitatem, memetipſum mihi per illum reſtitutū puto. Si cōſuſtudinis iucunditas: qua ſuit vñquā amicitia confulariorum in noſtra ciuitate cōiunctionis? Si illa amoris, atque officii ſigna: quid mihi ille non cōmisi? quid non mecum cōmunicauit? quid de ſe in lenatu, cum ipſe abeffet, per quenquā agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum voluit ampliſſime: qua denique ille facilitate, qua humanitate tulit

contentionem meam pro Milone aduersante inquit actionibus suis quo studio prouidit, ne quæ me illius temporis inuidia attingeret, cum me cōsilio, cum authoritate, cum armis dñique texit suis. Quibus quidem temporibus hæc in eo grauitas, hæc animi altitudo fuit, nō modo vt Phrygi alicui, aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti; sed ne summorū quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius cum sit gener tuus, cūmque præter hanc coniunctionē affinitatis, quām sis Cn. Pompeio charus, quāmque iucundus intelligi: quo tandem animo in te esse debeo: cum præsertim eas ad me is literas miserit, quibus etiam si tibi, cui sum amicissimus, hoffis essem, placarer tamen: totūque me ad eius viri ita de me meriti voluntatem, nutrīque conuerterem. Sed hæc hacētus, pluribus enim etiam fortasse verbis, quām necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quæ à me profecta, quæque instituta sint, cognoscere.

Hic multa defuderantur.

Arque hæc agimus, & agemus magis pro dignitate, quām pro periculo tuo. Te enim (vt spero) propediem Cenforem audiēmus, cuius magistratus officia, quæ sunt maximi animi, summique consiliū, tibi diligentius & accuratius, quām hæc, quæ nos de te agimus, cogitanda esse censco.

CICERO APPIO PVLCHRO (VT SPERO) CENSORI S. D. II

CVM essem in castris ad fluvium Pyramum, redditæ mihi sunt vno tempore à te epistole duas, quas ad me Q. Scroilius Tarso miserat. Earū in altera dies erat adscripta Non. Apr. in altera, quæ mihi recētior videbatur, dies non erat. Respōdebo igitur superiori prius, in qua scribis ad me de abſolutione maieftatis. De qua, eti permultum ante certior factus etiam literis, nuntiis, fama denique ipfa (nihil enim fuit clariss, non quo quisquam aliter putat: sed nihil de insignib[us] ad laudem viris obſcure nuntiari solet) tamen eadem illa latiora mihi fecerunt tuæ literæ, non ſolū quia planius loquabantur & vberius, quām vulgi sermo: sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari, cum de te ex tempore audiebam. Complexus igitur sum cogitatione te absentem: epistolā verò osculatus, etiam ipfe mihi gratulatus sum (quæ enim à cuncto populo, à senatu, à iudicibus, ingenio, industria, virtuti tribuntur: quia mihi ipſi absentis fortasse, cum ea esse in me fingo: mihi quoque ipſi tribui puto) nee tam gloriosum exitium tui iudicii extitisse, sed tam prauam inimicorum tuorum mētem fuisse mirabar. De ambitu verò quid interet, inqui: ut de maieftate ad rem nihil. alterū enim non attigisti, alterū auxiliū. Veruntamen dūt maieftas (vt Sulla volunt) ne in quævis impune declamari licet. Ambitus verò ita apertā viā habet, vt aut accusetur improbe, aut defendatur, qui enim facta, & nō facta largitio ignorari potest. Tuorum autem honorum cursus, cui ſuceptus vñquam fuit: Me misericor, qui nō affuerim: quos ego rifiui ex cirassem! Sed de maieftatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis lucidissima fuerunt. vñū, quod te ab ipſi rep. defensum scribis, quæ quidē, etiam in ſumma bonorum & fortium ciuium copia, tueri taleis viros debet: nunc vero eo magis, quod tanta penuria eft in omni vel honoris, vel ætatis gradu, vt tam orba ciuitas tales tutores complecti debeat. altrum, quod Pompeii & Bruti fidem, benevolentiamque mirifice laudas. Lætor virtute, & officio cum tuorum necessariorum, meorum amicillimorum: tum alterius omnium ſectorum, & gentium principis: alterius, iam pridem iuuentutis, celeriter (vt spero) ciuitatis. De mercenariis testibus à tuis ciuitatis notandis, niſi iam factum aliiquid eft per Flaccum, fieri à me, cū per Asiam decedam. Ninne ad alteram epistolam venio. Quod ad me quasi formam communium temporum, & totius reip. mirifici ex prefessam, prudentia literatum tuorum valde mihi eft grata. Video enim & pericula leviora quām timebam, & maiora praedita, si quidem (vt scribis) omnes vires ciuitatis ſe ad Pompeii duetū applicauerunt. tuumque ſimil promptum animum, & alacrem peripexi ad defendendā temp. mirificamque cepi voluptatem ex tua diligentiā, quod in ſummis tuis occupationibus, mihi tamen reip. statum per te notum eſſe voluisti. Nam auguralis liberos ad communē vtriusque nostrum otium

# Ad Appium Pulchrum.

serua. Ego enim à te, cum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te oriofissimū esse arbitrabar. nunc tamen, vt ipse polliceris, pro auguralibus libris orationes tuas confectas omnes expectabo. Tullius, cui mandata ad me dedisti, non conuenierat me: nec erat iam quisquam mecum tuorū, præter omnes meos qui sunt omnes tui. Stomachiosores meas literas quas dicas esse, non intelligo. bis ad te scripsi, me purgans diligenter: te leviter accusans in eo, quod de me cito credidisse. quod genus querelz mihi quidem videbatur esse amici. Sin tibi dispiacet, non utrū eo posthac. Sed si, vt scribis, hę literę non fuerunt disertę, scito meas non fuisse. vt enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat: sic tu liber enim mihi iocari quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, & in censura, si iam es Censor, vt spero, de proaucto multum cogitato tuo.

CICERO APPIO PVLCHRO S.

12

**G R A T V L A B O R** tibi ptius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertat. Ego vero velenēter gratulator de iudicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, ab-solutū esse te: sed illud, quod quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quóque plura virtutis, industrie ornamenti in te sunt, eo mirandum est magis, nullam ne in tabellz quidem latebra fuisse absconditā malevolentiam, quę te impugnare auderet. non horum tempotū, non horum hominum, atque motum negotiorum. nihil iam sum pridem admiratus magis. De me a' tem, suscipe paulisper meas partea, & eum te esse finge qui sum ego. si facile inuenieris quid dicas, noli ignorare hesitationi mea. Ego vero velim mihi, + Tulli, & que me (sicut tu amicissime & suauissime optas) prospere eueniare ea, quę me infi-ente facta sunt à meis: sed ita cecidisse, vt agerentur eo tempore, spero omnino cum aliqua felicitate, & opto, veruntamen plus me in hac spe, tua sapientia & humanitas consolat, quam opportunitas temporis. Itaque quemadmodū expediam exitum huius instituti orationis, non reperio. neque enim trifluis dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse omnibus optimis prosequeris: neque nō tamen me mordet aliquid, in quo vñū non vteror, ne tu parum perficias ea quę gesta sint, ab aliis esse gesta: quibus ego ita mādaram, vt cum tam longe absfutus essem, ad me ne referrent, agerent quod probassent. In hoc autem mihi illud occurrit, Quid tu igitur si affuisses? Rem probassent. de tempore nihil te inuito, nihil sine consilio egisset tuo. Vides sudare me, ianduū laborantem quomodo ea tuer, quę mihi tuncunda sunt, & te non offendam. Leua me igitur hoc onere: nunquā enim mihi videbor trāctasse causam difficultiorem. Sie habeto tamen, nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confessesem: tametsi nihil videbatur ad meū erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi affinitate renuntiata, non maiore equidem studio, sed acerius, apertius, significantius dignitatem tuā defendisset. Decedenti mihi, & iam imperio anno terminato, ante diem 111 Non. Sext. cū ad Sidam nauic accederem, & meū Q. Ser- uilius esset, litera à meis fuit reddidit. dixi statim Scruilio (etenim videbatur esse cōmotus) vt omnia à me maiora expectaret. quid multa: benevolentior tibi, quām fui, nilo sum fa-ctus: diligenter ad declarandam benevolentiam, multo. Nam vt vetus nostra similes ante stimulabat me vt cauerem, necui suspicione fīcē reconciliare gratia darem: sie affinitas nouā curā mihi aſert cauendi, nequid de summo meo erga te amore detractū esse videatur.

CICERO APPIO PVLCHRO S.

13

**Q V A S I** diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic cum de tuis rebus gestis agebatur, inferuebam honori tuo. Dicam tamen vere: plus, quām acceperas, redidisti. Quis enim ad me non perscripsit te, non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego à tali viro contentus eram: sed etiam opera, consilio, domum ve-niendo, conuenientia meis, nullum onus officii cuiquam reliquum fecisti. Hęc mihi am-pleriora multo sunt, quām illa ipsa, propter quę hęc laborantur. **I N S I G N I A** enim vir-tutis multi etiam sine virtute assecuti sunt. talium virorum tanta studia assecuti sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitiae nostrę ipsam amicitiam, quia nihil est vbe-tius, præfertim in his studiis, quibus vterque nostrū decūntus est. Nam tibi me profiteor & in rep. socium, de qua idem sentimus: & in cotidiana vita coniunctum, cum iis artibus, stu-

dilisque quae colimus. Velix ita fortuna tulisset, quanti ego omnis tuos facio, ut tu meos facere posse. quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. sed hoc nihil ad te nostrum est onus. Illud velim sic habeas (quod intelliges) hac te nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quaequam esse detracitum. Cum haec scribam, Cenotem iam te esse sperabam. eò breuior est haec epistola, & vt aduersus magistrum morum, modestior.

## M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIB. IIII.

## M. CICERO S. D. SERVIO SVLPITIO.

I

**C**AIVS TREBATICVS familiaris meus ad me scripsit, te ex se quæfisse quibus in locis essem: molestèque te ferre, quod me propter valetudinē tuam, cum ad urbem accessissim, nō vidilles: & hoc tempore velle te mecum propius accessissim, de officio utriusque nostrum communicare. Utinam Serui saluis rebus (sic enim est dicendum) colloqui potuissemus inter nos: profecto aliquid opis occidenti reip. tulissemus. Cognoram enim iam absens, te haec mala multò ante prouidentem, defensorem pacis, & in Consulatu tuo, & post Cōsulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuum probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Scro enim veneram: solus etram: rudit̄ esse videbar in causa: incideram in hominum pugnandi cupidorum infanias. Nunc quoniam nihil iam videmur posse optulari reip. siquid est in quo nobis metipis confundere possimus, non vt aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed vt quam honestissime lugeamus: nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem. Nec enim clarissimorum virorum, quorum familes esse debemus, exempla: neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecipita te fugiunt. Atque ipse ante ad te scriptissim, te frustra in lenatum, sive potius in conventum lenatorum cūc venturum: ni ventus essem, ne eius animum offendarem qui à me, vt te imitari petebat. Cui quidem ego, cum me rogaret vt adesse in senatu, eadem omnia quæ à te de pace & de Hispaniis dicta sunt, ostendit me esse dicturum. Res vides quomodo se habeat: orbem terrarum imperii distributis ardere bello: urbem sine legibus, sine iudicis, sine iure, sine fide reliquam direptioni & incendiis. Itaque mihi venire in mentem nihil potest, non modo quid sperem, sed vis iam quid audeam optare. Sin autem tibi homini prudentissimo videtur utile esse, nos colloqui: quanquam longius etiam cogitabam ab urbe discedere (cuius iam etiam nomen inuitus audio) tamen proprius accedam. Trebatique mandau, vt siquid tu cum velles ad me mittere, ne recusaret: idque vt facias velim. aut siquem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex Urbe necesse sit, aut mihi accedere. Ego tantum tibi tribuo, quantum forrasse mihi arrogo: vt exploratum habeam, quicquid nos communis sententia statuerimus, id omnes homines probaturos.

## M. CICERO S. D. SER. SVLPITIO.

2

**A**D IIII. Cal. Maſtum essem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis, cognoui nō fatus prudenter fecisse Philotimum, qui cum abs te mandata haberet, vt scribis, de omnibus rebus, ipse ad me nō venisset, literas tuas misisset: quas intellexi breuiores fuisse, quod cum perlaturum patuisse. Sed tamen postquam tuas literas legi, Posthumia tua me conuenit, & Seruius noster. His placuit vt tu in Cumano venires: quod etiam mecum, vt ad te scriberem, egerunt. Quod mecum consilii exquiris, id est tale, vt capere facilis ipse possim, quam alteri dary. Quid enim est, quod audā suadere tibi homini summa autoritate, summāque prudenter? Si, quid rectissimum sit, quatinus, perspicuum est: si, quid maxime expediat, obsecrum. Sin ilū futurus qui profecto esse debemus, vt nihil arbitremur expedire nisi quod rectū, honestūque sit: non potest esse dubium quid faciendū nobis sit. Quod existimas meā

C.i.

# 34 Ad Ser. Sulpitium, & cæteros.

causam coniunctam eis cum tua: certe similis in utroque nostrū, cum optime sentiremus, error fuit. Nam omnia vtriusque consilia ad concordiam spectauerunt: qua cum ipsi Cæsari nihil esset utilius, gratiam quoque nos inire ab eo descendenda pace arbitrabamur. Quātum nos fecerit, & quem in locum res deducere sit, vides. Neque solum ea perspicis quæ geruntur, quæ iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo, aut probare oportet ea quæ sunt: aut interesse, etiam si non probes. quorum altera militi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Redita ut discedendum putem. In quo reliqua videtur esse deliberatio, quod consilium in discessu, quæ loca sequamur. Ominino cum minor res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior. Nihil enim constitui potest quod noui incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbitur, ita censio facias: vt si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium ruum cum meo, superedfas hoc labore itineris. Sin autem est quod mecum communicare velis, ego te expectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias, si cut intellexi & Scrivo & Posthumus placere.

M. CICERO S. D. SERVIO SULPITIO.

3

VEHEMENTER te eis solicitorum, & in communibus miseriis præcipuo quodam dolore angui, multi ad nos quotidiane deferunt. Quod quanquam minime miror, & meum quodammodo agnoscō: dolco tamen sapientia præditum propè singulari, non tuis bonis delectari potius, quam alienis malis laborare. Me quidem, etiū nemini concedo qui maiorem ex pernicio, & peste reip. molestiam traxerit, tamen multa iam consolantur, maximèque conscientia consiliorum meorum. Multò enim autem, tanquam ex aliqua specula, prospexi tempestatem futuram: neque id solum mea sponte, sed multò etiam magis momente & denuntiante te. Etsi enim abhi magnam partem Consulatus tui, tamen & absens, cognoscetbam quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo, & prædicendo sententia: & ipse astui primis temporibus tui Consulatus, cum accuratissime monuisti senatum collectis omnibus bellis ciuilibus, vt & illa timaret quæ meminissent: & scirent, cum superiores nullo tali exemplo antea in rep. cognito, tam crudeles fuissent, quicunque postea temp. oppresserentur armis, multo intolerabilorem futurum. N A M Q. V O D exemplo fit, id etiam iure fieri putant: sed aliquid, atque adeò multa addunt & afferunt de suo. Quare meminisse debes eos, qui authoritatem & consilium tuum non sint secuti, sua stultitia occidisse, cum tua prudenter salui esse potuerint. Dices, Quid me ista res cösolatur in tantis tenebris, & quali partientis reip. Est omnino vix cölabilis dolor: tanta est omnium rerum amissio, & despicio recuperandi. Sed tamen & Cæsar ipse ita de te iudicat, & omnes ciues sic existimant: quasi lumen aliquod extinctis ceteris elucere sanctitatem, & prudentiam, & dignitatem tuā. Hæc tibi ad leuandas molestias magna esse debent. Quod autem à tuis abes, ideo Icuius ferendum est, quod codem tempore à multis, & magnis molestis abes: quas ad te omneis perscriberem, nisi vererer ne ea cognosceres absens: quæ quia non vides, mihi videris meliore esse conditione, quam nos qui videmus. Haec tamen exstimo nostram consolationem recte adhibitam esse, quoad certior ab homine amicissimo fieres iis de rebus, quibus leuati possent molestiz tuz. Reliqua sunt in teipso, neque mihi ignota, nec minima solatia: vt quidem ego sentio, multo maxima: quæ ego experiens quotidie sic probo, vt ea mihi salutem afferre videantur. Te autem ab initio etatis memoria teneo, lumine omnium doctrinatum studiosum fuisse, omnique quæ à sapientissimis ad bene vivendum tradita essent, summo studio, cura que didicisti: quæ quidem vel optimis rebus, & yisi, & delectationi esse possent. his vero temporibus habemus aliud nihil in quo acquiescamus. Nihil faciam inolenter: neque te tali vel scientia, vel natura præditum hortabor vt ad eas te referas arteis, quibus à primis temporibus etatis studium tuum dedisti. Tantù dicam, quod te spero approbaturum, me, postea quam illi arti cui studueram, nihil esse loci neque in curia, neque in foro viderem, omnē meam curam atque operam ad philosophiant caputulisse. Tute scientia excellenti, ac singulari nō multo plus, quam nostræ, relicta est loca. Quare nō equidem te moneo: sed mihi ita persuasi, te quoque in iisde versari rebus, quæ etiam si mi-

nus prodescit, animū tamen à solicitudine abducetur. Seruius quidē tuus in omnibus ingenuis artibus, in primisque in hac, in qua ego me scripsi acquieceret, ita versatur, ut excellat. A me vero sic diligitur, ut tibi vni cedam, præterea nemini: nihilque ab eo grata refertur: in quo ille existimat, quod facile appetat, cum me colat & obseruer, tibi quoque in eo se facere gratissimum.

## M. CICERO S. D. SERVIO SVLPISTIO.

ACCIPPIO excusationē tuam, qua vñus es cur sapientia ad me literas uno exemplo defisses. sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum qui epistolas accipiunt, fieri scribita ne ad nos perferantur. Illam partem excusationis, qua te scribis orationis paupertate (sic enim appellas) iisdem verbis epistolas sapientia mutare, nec nosco, nec probo. Et ego ipse quem tu per iocum (sic enim accipio) diuitias orationis habere dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco (*quoniam* enim non necesse est) sed tamen idem (nec hoc *quoniam*) facile cedo tuorum scriptorū subtilitati & elegantia. *Con-*  
*filium tuum, quo te vñsum scribis, hoc Achaeicum negotium non recusatile, cum semper probauissem, tum multo magis probauit lectis suis proximiis literis.* Omnes enim cauīz, quas commemoras, iustissime sunt, tuaque & authoritate, & prudentia dignissimz. Quod aliter cecidisse rem existimas, atque opinatus sis: id tibi nullo modo assentior. Sed quia tan ta perturbatio & cōfusio est teru, ita perculsa & prostrata fedissimo bello iacent omnia, ut is cuique locus, ubi ipse sit, ut sibi quisque miserrimus esse videatur: propterea & tui cōfiliū penitet te & nos qui domi sumus, tibi beati videamur. *at contrā, nobis, nō tu quidē vacuus molestus, sed p̄ te nobis beatus.* atque hoc ipso melior est tua, quam nostra condicio, quod tu, quid doleat, scribere audes: nos ne id quidē tutò possumus: nec id victoris virtus, quo nihil moderatius, sed ipsius victoriz, quæ ciuilibus bellis semper est insolens. Vno te vici mus, quod de Marcelli collega tui salute paulò ante, quam tu, cognouimus: etiam mchercule, quod quemadmodum ea tes ageretur, vidimus. Nam sic fac exultimes, post has miseria, id est postquam armis discepseri exceptum est de iure publico, nihil actum esse aliud cum dignatur. Nam & ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudatique honoriscentissime & exultate tua, & prudentia: repente præter spem dixit se fenantu roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum. Fecerat autem hoc senatus, ut cum à L. Pisone mentio esset facta de Marcello, & cum C. Marcellus se ad Cæsarem pedes abiesset, cunctus consergeret, & ad Cæsarem supplex accederet. Noli querre: ita mihi pulcher hic dies visus est, ut speciem aliquam videre viderer quasi reuiviscentis teip. Itaque cum omnes ante me rogati gratias Cæsari egilissent, præter Volcatium (is enim si eo loco esset, negauit se facturum fuisse) ego rogatus mutui meum consilium. Nam statueram, non mchercule inertia, sed desyderio præstina dignitatis, in perpetuum tacere. Fregit hoc meum consilium & Cæsaris magnitudo animi, & senatus officium. Itaque pluribus verbis egi Cæsari gratias: mēque metuo, ne etiam in ceteris rebus honesto otio priuarim, quod erat vnicū solitum in malis. Sed tamen quoniā effugi eius offensionem, qui fortasse arbitraretur me hanc temp. nō putare, si perpetuo tacere modicè hoc faciam, aut etiam intra modum: ut & illius voluntati, & meis studiis seruam. Nam etiā à prima zetate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maxime philosophia delectauit: tamen hoc studium quotidie ingrauefecit, credo & ztatis maturitate ad prudentiam, & his temporum vitiis, ut nulla res alia leuare animū molestii possit: à quo studio te abduci negotis intelligo ex tuis litteris: sed tamē aliquid iam noctes te adiutabunt. Seruius tuus, vel potius noster, summa me obseruāta colit: cuius ego cum omni probitate, summaque virtute, tum studiis doctrinæque delector. Is mecum lape de tua mansione, aut decessione comunicat. Adhuc in hac sum sententia, nihil vt faciamus, nisi quod maximè Cæsar velle videatur. Res sunt eiusmodi, ut si Romæ sis, nihil præter tuos delectare possit. De reliquis, nihil melius ipso est: ceteri & cetera, eiusmodi: ut si alterum vtrum necesse sit, audite ea malis quam videre. Hoc nostrum consilium nobis minime iucundum est, qui te videre cupimus: sed consulimus tibi.

Vale.

C.ii.

POST EA quā mihi renuntiātū est de obitu Tulliz filii tuz, sancuī pro eo ac debui, grauiter, molestēque tuli: communēque eam calamitatē exsitaui: qui si istic affuissem, neque tibi deuissē, corāmque meum dolorem tibi declarasse. etiū genus hoc consolationis miserum, atque acerbū est propterea, quia per quos ea conficeri debet, propinquos ac familiaris, id ipsi, pati molestia afficiuntur, neque sine lachrymis multis id conari possunt: vt magis ipsi videantur aliorum consolationē indigere, quam aliis posse suum officium præstare. tamē quæ in p̄fæctiōnā in memen̄ mihi venerūt, decreui breui ad te p̄fæctiōnē: non quō ea te fugere exsitaīem, sed quōd forsitan dolore impeditus minus ea perspicias. Quid est, quod tanto opere te comoueat tuu dolor intestinus: cogita quemadmodum adhuc fortuna nobiscum egrit: ea nobis crepta esse, quæ hominibus nō minus quā liberi, chara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc vno incommodo addito, quid ad dolorem adiungi potuit: aut qui non in illis rebus exercitatus animus callēt iam debet, atque omnia minoris astimare. An illius vice credo doles, quoties in eam cogitationē necesse est & tu veneris, & nos saepe incidimus, hūcē temporibus non pessime cum iū esse adūm, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita comutare: Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad viuendū magnopere inuitare posset: quæ res: quæ spes: quod animi solatium: Vt cum aliquo adolescenti primariae coniuncta zatatem gereret: licitum est tibi credo pro tua dignitate ex hac iuuentute generum diligere, cuius fidei liberos tuos re tuto committere putares. An vt ea liberos ex ſcī pararet: quos cum florentiē videret, lætaretur qui tem à parente traditam per se tenere posset: honores ordinatiū petiūt̄ essent: in rep. in amicorum negotiis libertate sua vti: quid horum fuit, quod non prius, quām datum est, ademptum sit: At vero malum est liberos amittere. Malum: nisi hoc peius sit, hac suffire & perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationē attulit, tibi cōmemorare: si forte eadem res tibi dolorem minuere possit. Ex Asia rediens cum ab A Egina Megaram versus nauigarem, ceipi regiones circuncirca prospicere. post me erat A Egina, ante Megara, dextra Piræus, sinistra Corinthus: quæ oppida quodā tempore florentissima fuerunt, nunc proflata, & diruta ante oculos iacent. ceipi egomet mecum sic cogitare, Hem, nos homunculi indignamus: quis nostrum interierit, aut occisus est, quotum vita brevior esse debet, cum vno loco tot oppidūm cadavera proiecta iaceant: vīlē tu re Serui cohibere, & meminisse hominem te esse natum: Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas. Modo vno tēpore tot viri clarissimi interierunt, de imperio præterea tanta diminutio facta est, omnes prouinciez conquassatae sunt: in vniuersi mulierculæ animalia si iactura facta est, tanto opere comoueris: quæ si hoc tēpore non suum diem obiisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata fuerat. Etiam tu ab hūce rebus animū ad cogitationem tuam avoca: atque ea potius reminiscere quæ digna tua persona sunt: illam, quandiu ei opus fuerit, vixisse: vīlē cū rep. fuisse: te patrem suum Prær. C o s. augurē vidisse: adolescentibus primariis nuptiam fuisse: omnibus bonis prope perfundat̄ esse: cum rēp. occidet̄, vita excellit̄. Quid est quod tu, aut illa, cū fortuna hoc nomine queri possitis: Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, & cum, qui aliis consuetis præcipere, & dare consilium: N E Q. V I M I T A R E malos medicos, qui in alieni morbis profiterentur tenere se medicinæ scientiam, ipsi se curare nō possunt: sed potius, quæ aliis tute præcipere soles, ea tibi subiice, atque apud animū propone, N V L L V S D O L O R E S T, quem non longinquitas temporis minuas ac mollias. Hoc te expectare tempus tibi turpe est, ac non ei rei lapientia tua te occurrere. Quod si quis etiam infelix sensus est, qui illius in te amor fuit, pietatisque in omniis suis, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuus, da careris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore miserent̄: da patriz, vt siqua in re opus sit, opera, & consilio tuo vii possit. Denique quoniam in eam fortunam deuenimus, vt etiam huic re nobis seruicium sit: noli committere vt quisquam te putet non tam filiam, quām rep. tempora, & aliorum victoriā lugere. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne vi-

dear prudētia tua dissidere. Quare si hoc vnum proposuero, finem faciam scribendi. Vidi-  
mus aliquoties secundam pulcherrime te ferre fortunam, magnāque ex ea te laudem  
apisci. fac aliquando intelligamus, aduersam quoque te aque ferre posse, neque id maius,  
quād debeat, tibi onus videt: ne ex omnibus virtutibus hæc vna tibi videatur deesse. Quod  
ad me attinet, cum te tranquilliori animo esse cognoro, de iis rebus, quæ hūc geruntur,  
quemadmodumque se prouincia habeat, certiorerem faciam. Vale.

## M. CICERO S. D. SER. SVLPITIO.

B A O vero Scrui vellem, vt scribis, in meo grauissimo casu affuisse. Quantū enim prez-  
sens me adiuuare potueris, & cōsolando, & prope aque dolendo, facile ex eo intelligo, quod  
literis lectis aliquantum acquieci. Nam & ea scripsisti quæ leuare luētum possent: & in me  
consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti. Scruius tamen tuus omni-  
bus officiis, quæ illi temporis tribui potuerunt, declarauit & quanti ipse me faceret, & quam  
suum talēm erga me animum tibi gratum putaret fore: cuius officia iucundiora scilicet sze-  
pe mihi fuerint, nunquam tamen gratiōra. Me autem non oratio tua solum, & societas  
& pene ægritudinis, sed etiam authoritas consolatur. turpe enim esse existimo, me non ita fer-  
re casum meum, vt tu tali sapientia prædictis scrēndi putas. Sed opprimot interdum, &  
vix rēfūto dolori, quod ea me solatia deficiunt, quæ ceteris, quotum mihi exempla pro-  
pono, simili in fortuna non defuerint. Nam & Q. Maximus, qui filium consularem clau-  
rum virum, & magnis tebus gestis amisit: & L. Paulus, qui duo septem diebus: & veſter Gal-  
lus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit: iis temporibus fue-  
runt, vt eorum luētum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex rep. conſequabantur.  
■ mihi autem amissis ornamentiis iis, quæ ipse commemoras, quāque eram maximis labo-  
ribus adeptus: vnum manebat illud foliatum quod exceptum est. Non amicorum negotiis,  
non reciprocatione impediabant cogitationes meæ: nihil in foro agere libebat: alpic-  
ri curiam non poteram: estimabam id quod erat, omnes me & industræ meæ fructus, &  
fortunæ perdidiſſe. Sed cū cogitarem hac mihi tecum, & cum quibūdam esse communia:  
& cum frāgerem iam ipse me, cogerēmque illa ferre toleranter: habebam quod confugarem,  
vbi conquiccerem, cuius in sermone & suauitate omneis euras, dolorēque deponerem.  
Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consanuisse videbantur, reſudeſſicunt.  
■ Non enim vt tum me a rep. moestum domus excipiebat, quæ leuaret: sic nunc domo moe-  
rens ad temp. configere possum, vt in eius bonis adquiescam. Itaque & domo absum, &  
foro: quod nec cum dolore, quem à rep. capio, domus iam consolari potest, nec dome-  
sticum resp. quod magis te exspecto, tēque videre quam primum cupio. Maior mihi leuatio  
afferti nulla potest, quam coniunctio confuetudinis, sermonumque nostrorum. quanquam  
sperabam tuum adiūtum (sic enim audiebam) appropinquare. Ego autem cum multis de  
causis te exopto quamprimum videre: tum etiam vt ante cōmentemur inter nos, qua ra-  
tione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad vnius voluntatem accom-  
modandum, & prudentis, & liberalis, & vt perspexisse video, nec à me alieni, & tibi amicis  
simi. Quod cum ita sit, magnè est tamen deliberationis, quæ ratio sit incunda nobis non  
agendi aliquid, sed illius conceſſu, & beneficio quiescendi. Vale.

## M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

E T S I co te adhuc consilio vsum intelligo, vt id reprehendere non audeam (non quin  
ab eo ipse dissentiam, sed quod ea te sapientia esse iudicem, vt meū consilium non antepo-  
nam tuo) tamen & amicitia noſtræ vetustas, & tua summa erga me benevolentia, quæ mihi  
iam à pueritia tua cognita est, me hortata est vt eis scriberem ad te, quæ & saluti tuz cō-  
ducere arbitrat, & non aliena esse ducrem à dignitate. Ego cum te esse, qui hotum malo-  
tū initia multo ante videris, Consulatum magnificissime atque optime gesſis, præ-  
clare memini. sed idem etiam illa vidi, neque te consiliū ciuilis bellū ita gerendi, nec copias  
Cn. Pōpeii, nec genus exercitus probare, semp̄que summē dissidere. quia in sententia me quo-  
que fuſſe, memoria tenere te arbitror. Itaque neque tu multum interfuſisti rebus genēdis: &  
ego id ſemper egi ne interteſſem. Nō enim iis rebus pugnabamus, quibus valere poteramus,

# 38 Ad Ser. Sulpitium, & cæteros.

confilio, authoritate, causa, quæ erant in nobis superiora: sed lacertis & viribus, quibus pareremus non eramus. Vixi sumus igitur: aut si vinci dignitas nō potest, fracti certe & abieci. In quo tuum confilium nemo potest non maxime laudare, quod cum spc vincendi simul abiecti certandi etiam cupiditatem ostendistique sapientem, & bonū ciuem initia belli ciuilis iniuitum suscipere, extrema libenter non persequi. Qui non idem confilium, quod tu, feci, cuti sunt, eos video in duo genera esse distractos: aut enim renouare bellum conati sunt, his que se in Africanam contulerunt: aut quemadmodum nos, victori se se crediderunt. Medium quoddam tuum confilium fuit, qui hoc fortasse humilis animi duceres, illud pertinacis. Fatoꝝ à plerisque, vel dicam ab omnibus, sapiens tuum confilium: à multis etiam magni, ac fortis animi iudicatum. Sed habet ista ratio, vt mihi quidem videtur, quēdam modum: præfertim cum tibi nihil deesse arbitrer ad tuas fortunas omneis obtinebas, præter voluntatem. Sic enim intellexi, nihil aliud esse quod dubitationem afferret ei, penes quem est potestas, nisi quod vereretur, ne tu illud beneficium omnino non putares. De quo quid sentiam, nihil attinet dicere: cum appareat, ipse quid fecerim. Sed tamen si iam ita constituis, ut abesse perpetuo malles, quam ea, quæ nolles, videre: tamen id cogitare deberes vbi cūque es, re fore in eius ipsius, quem fugeres, potestate: qui si facile passurus es, re carentem patria, & fortunis tuis, quiete, & libere vivere: cogitandū tibi tamen es, Romæ, & domi tuz, cuiusmodi res es: an Mytilenii, aut Rhodi malles vivere. Sed cum ita late pateat eius potestas quem veterem, vt terrarum orbem complexa sit: nōnne mavis sine periculo tuz domi esse, quam cum periculo alienæ: quidē etiam si oppetenda mors es, domi, atque in patria mallem, quam in externis, atque alienis locis. Hoc idem omnes, qui te diligunt, sentiunt: quorum est magna pro tuis maximis, clarissimisque virtutibus multitudo. Habemus etiam rationem rei familiaris tuz, quam dissipari nolumus. Nam eti nullam potes accipere iniuriam, quæ futura perpetua sit, propterea quod neque is, qui tenet rēp. patietur, neque ipsa rēp. tamen impetum prædoniū in tuas fortunas fieri nolo. Hi autem qui essent, audebam scribere, nisi te intelligere considerem. Hic te vnius sollicitudines, vnius etiam multæ, & afflidaꝝ lachrymæ C. Marcelli fratris optimi deprecantur: nos cura, & dolore proximi sumus: precibus tardiores, quod ius audeundi, cum ipsi depreciatione eggerimus, non habemus. Gratia tantum possimus, quantum vieti. Sed tamen confilio, studio, Marcello nō defensus. A tuis reliquis non adhibemur: ad omnia parati sumus.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

8

N E Q V E monete te audio, præstanti prudentia virtutem: nec confirmare, maximi animi hominem, vñūmque fortissimum: consolari vero nullo modo. Nam si ea quæ acciderunt, ita sers vt audio: gratulari magis virtuti debo, quam consolari dolorem tuum. Sin te tanta mala recipi frangunt, non ita abundo ingenio vt te consoler, cum ipse me nō possim. Reliquum est igitur, vt tibi me in omni re eum præbem præficiamque, vt ad omnia quæ tui ve- lint, ita sim præsto, vt me non solum omnia debent tua cœla, sed ea quoque, etiam quæ non possim, putem. Illud tamen vel tu me monuisse, vel censuisse puta, vel propter benevolentiam tacere non potuisse: vt quod ego facio, tu quoque animum inducas, si si alii, qua rēp. in ea te esse oportere iudicio hominū, rēque principem necessitate cedentem temporis. finautem nulla sit, hunc tamen aptissimum esse etiam ad exulandum locum. Si enim libertatem sequimur, qui locus hoc dominatu vacat: sin qualcumque locum, quæ est domestica sede iucundior. Sed mihi crede, etiam is qui omnia tener, fauet ingenii: nobilitatem vero, & dignitates hominū, quantum ei res, & ipsius causa concedit, amplectitur. Sed plura quam statueram. Redeo ergo ad vñū illud: me tuum esse fore cum tuis, si modo erunt tui. si minus, me certe in omnibus rebus satis nostræ coniunctioni, amorique facturum.

M. CICERO S. D. M. MARCELLO.

9

E T S I per paucis ante diebus dederam Q. Muri literas ad te pluribus verbis scriptas, quibus declarauerā, quo te animo censerem esse oportere, & quid tibi faciendum arbitraret: tamē cum Theophilus libertus tuis proficisciatur, cuius ego fidem erga te, benevolentiā: que perspexerā, sine meis literis cum ad te venire nolui. Iisdem igitur de rebus etiam atque

etiam hortor, quibus superioribus literis hortatus sum, ut in ea rep. quæ cunctæ est, quamprimum velis esse. Multa videbis fortasse quæ nolis: non plura tamen, quam audis quotidie. Non est porro tuum, uno sensu solum oculorum moueri: cum idem illud auribus percipias, quod etiam maius videri solet, minus laborare. At tibi ipsi dicendum erit aliquid, quod non sentias: aut faciendum, quod non probes. **P R I M U M T E M P O R I C E D E R E.** id est necessarii parere, semper sapientis est habitum: deinde, non haber, ut nunc quidem est, id vitu res, dicere fortasse, quæ sentias, non licet; tacere plane licet. omnia enim delata ad vnu sunt. Is virtus cōsilio, ne suorum quidem, sed suo. Quod nō multo fecus fieret, si is rem teneret, quæ fecutus fumus. An qui iu bello, cum omnium nostrū coniunctum est, periculum suo cerneret, certorum hominū minime prudentium consilio vteretur: cum magis cōmūnem censemus in victoria futurum fuisse, quām incertis in rebus fuisset: & qui nec te cōs. tuum sapientissimum consilium secutus est, nec fratre tuo consulatu ex auctoritate tua gerente, vobis authoribus vni voluerit nunc omnia tēcītē nostras sententias defuderaturum censes fuisse. **M N I A S V N T M I S E R A** in bellis ciuilibus: quæ maiores nostri ne semel quidem, nostra artas spē iam sensit. sed miseriū nihil, quām ipsa victoria: quæ etiam si ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentioresque redidit: ut etiam si natura tales non sint, necessitate esse cogantur. **M V L T A E N I M V I C T O R I A,** eorum arbitrio per quos viciit, etiam inuito, facienda sunt. An tu nō videbas mecum simul, quām crudelis illa esset futura victoria, agitur tūc quoque careres patria, ne quæ nolles, videres? Non, inquies, ego enim ipse tenerem opes & dignitatem meam. At erat tuus virtus, in minimis tuas res ponere: de rep. vchementius laborare. Deinde, qui finis istius consilii estenam adhuc & factum tuum probatur: & vt in tali re, etiam fortuna laudatur. factum, quod & initium belli necessarij locutus sis, & extrema sapienter persequi nolueris: fortuna, quod honesto otio tenueris & statum & famam dignitatis tuæ. Nunc vero nec locus tibi vllus dulcior esse debet patria: nec eam diligere minus debes, quod deformior est, sed miseri potius: nec eam multis claris viris orbatum, priuata etiam aspectu tuo. Denique si fuit magni animi, non ille supplicem victoriæ vide ne superbi sit, alpenzari eiusdem liberalitatem. & si sapientis est carere patria, duri non defuderat: & si rep. nō possit frui, stultum est nolle priuata. Caput est illud, vi si illa vita tibi commodior esse videatur, cogitandum tamen sit, ne tutor nō sit. magna gladiorum est licentia: sed in extermis locis minor etiam ad facinus verecūdia. Mihi salus tua tantæ curæ est, vt Marcello fratri tuo aut par, aut certe proximus sim. Tuū est consulere temporibus, & incolumenti, & vita, & fortunis tuis.

**C I C E R O M A R C E L L O S.**

10

**E T S I** nihil noui quod ad te scribere, magisque literas tuas iam expectare incipiebam, vel te ponus ipsum: tamen eum Theophilus proficeretur, non potui nihil ei literatum dare. Cura igitur vt quamprimum venias: venies enim, mihi erde, expectatus: neque solum nobis, id est tuis, sed prorsus omnibus. Venit enim mihi in mentem subiecti interdum, ne te delecte tanta deceffio. Quod si nullum haberes sensum, nisi oculorum, prorsus tibi ignoscere, si quosdam nolles videre. sed cum leviora non multo essent, quæ audirentur, quæ videnderint: suspicar autem multum interesse rei familiaris tuæ, te quamprimum venire, idque in omnes partes valerer: puraui ea de te esse admonēdum. Sed quoniam quod mihi placet, ostendi, reliqua tu pro tua prudentia confyderabis. Me tamen velim, quod ad tempus te expectemus, certiorē facias.

**M A R C E L L U S C I C E R O N I S.**

11

**P L V R I M V M** valuisse apud me tuam semper auctoritatē, cum in omni re, tum in hoc maxime negotio, potes existimare: cū mihi C. Marcellus frater amantissimus mei, nō solum consilium daret, sed precibus quoque me obsecraret: non prius mihi persuadere posuit, quām ruis est effectum literis vt veter vestro potissimum consilio. res quemadmodū sit acta, vestre litera mihi declarat. Gratulatio tua etiū est mihi probatissima, quod ab optimo sit animo: tamen hoc mihi multo iucundius est & gratius, quod in summa paucitate amicorū, propinquorum, ac necessariorū qui vere met saluti fauerent, te cupidissimum

C.iii.

## 40 Ad Ser. Sulpitium, & cæteros.

mei singularēmque mihi benevolentiam præstisſe cognoui. Reliqua sunt eiusmodi, quibus ego (quoniam hac erant tempora) facile & æquo animo carbare. Hoc vero eiusmodi esse statuo, ut sine talium virorum, & amicorum benevolentia, neque in aduersa, neque in seunda fortuna quicquā vivere possit. Itaque in hoc ego mihi gratulor. Tu vero ut intelligas, homini amicillimo te tribuisse officium, re tibi præstabo. Vale.

S E R V I V S C I C E R O N I S.

11

E T S I scio non iucundissimum me nuntium vobis allatūrū, tamen quoniam casus & natura in nobis dominatur, vīsum est faciendi, quoquo modo res se haberet, vos certiores facte. Ad x. Cal. Iun. cum ab Epidauro Piraeum naui adiectus essem, ibi Marcellum collegam nostrū conueni, cumque diem ibi consumpsi, ut cū eo essem. Postero die cum ab eo digressus essem co cōfilio ut ab Athenis in Boeotiam irem, reliquāmque iurisdictionē absoluere: ille, vti aiebat, supra Maias in Italiam versus nauigaturus erat. Post diem tertium eius dies, cū ab Athenis proficisci in animo haberet, circiter hora decuma noctis P. Posthumius familiaris eius ad me venit, & mihi nuntiavit M. Marcellum collegam nostrū post cenā tempus à P. Magio Chilone familiaris eius, pugione percussum esse, & duo vulnera accepisse: unum in stomacho, alterum in capite secundū aurem: sperare tamen eum vivere posse. Magium scipsum interfecisse postea f. a. Marcello ad me missum esse, qui hac nuntiaret, & rogaret vti cogerem medicos. coegi, & è vestigio eo sum profectus prima luce. Cū non loge à Piraeo abesse, puer Acidini mihi obuiam venit cū codicillis, in quibus erat scriptū, paulo ante lucem Marcellum diem suum obiisse. Ita vir clarissimus ab homine de tertimo acerbissima morte cōfectus: & cui inimici propter dignitatem pepercérant, inuentus est, amicus qui ei mortem afferret. Ego tamen ad tabernaculum eius perrexī: inueni duos libertos & pauculos seruos: reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfecitus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus erat, meisque lectoriis in urbem eum referre: ibique pro ea copia, quæ Athenis erat, funus ei fati amplum faciendum curauit. Ab Atheniensibus, locum sepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, ut in quo vellemus gymnasio, cum sepeliremus, nobis permiscerunt. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academie, locum delegimus, ibique cum combussumus: posteaque curauimus ut idem Atheniensis in eodem loco monumentum ei marmoratum faciendum locarent. Ita, quæ nostra officia fuerunt, pro collegio, & pro propinquitate, & viuo, & mortuo omnia ei præstitumus. Vale. D. Pr. Cal. Jun. Athenis.

M. CICERO S. D. P. FIGVLO.

13

Q V A E R E N T I mihi iandui quid ad te postissimum scriberem, nō modo certa res nullā, sed ne genus quidem literarū vītūtū veniebat in mentem. Vnam enim pattem, & cōfuerūdinem earum epistolarū, quibus secundū rebus vti solebam, tempus eripuerat; perficeratque fortuna, nequid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Relinquebatur triste quoddā, & miserū, & his temporibus cōsentaneum genus literarū: id quoque deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxiliū alicuius, aut consolatio dolori tui. Quid polliceret, nō erat. ipse enim pari fortuna abiectus, aliorū opibus casus meos sustentabā: ipsiusque mihi veniebat in mente queri quod ita viuerem, quām gaudere quod viuerem. Quanquā, enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria: nec mihi quoquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæsar deruleret: tamen nihilominus eis conficio curis, vt iplum, quod mancam in vita, peccare me existinem. caro enim cū familiariſſimis multis, quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit fuga: cum omnibus amicis, quorum benevolentiam nobis concilarat per me quondam te loco defensa resp. versōrque in eorum naufragiis & bonorū direptionibus: nec audio solum (quod ipsum dicit miserū) sed etiam idipsum video quo nihil est acerbius, corū fortunas dissipari quibus nos olim adiutoribus illud incēdium extinximus: & in qua vrbe modo grata, autoritate, gloria florimus, in ea nunc iis quidem omnibus caretus. Obtincimus ipius Cæsaris summā erga nos

humanitatem: sed ea plus non potest, quam vis & mutatio omnium rerum, atque temporum. Itaque orbis iis rebus omniis quibus & natura me, & voluntas & consuetudo afficerat: cum ceteris, ut quidem videor, tum mihi ipse displaceo. Natus enim ad agendum semper aliquid dignum viro, nunc non modo agendi rationem nullam habeo, sed ne cogitandi quidem. & qui antea aut obscuris hominibus, aut etiam fontibus optulani poteram, nunc P. Nigidio vni omnium doctissimo & sanctissimo, & maxima quondam gratia, & mihi certe amicissimo, ne benigne quidem pollicri possum. Ergo hoc creptum est literarum genus. Reliquum est ut consoler, & afteram rationes, quibus te à molestia coner abducere. At ea quidem facultas vel tui, vel alterius confundandi, in te summa est, si vsquam in vi-  
lo fuit. Itaque eam partem, quæ ab exquisita quadam ratione & doctrina proficieatur, non attingam, tibi totam relinquam. Quid si forti, & sapienti homine dignum, quid grauitas, quid altitudo animi, quid acta tua vita, quid studia, quid artes, quibus à pueritia florueristi, à te flagitent, tu videbis. Ego quod intelligere & sentire, quia sum Romæ, & quia curio atten-  
dóque possum: id tibi affirmo, te in ipsis molestiis, in quibus es hoc tempore, non diutius fu-  
turum: in iis autem, in quibus etiam nos sumus, fortissemper fort. Videor mihi perspicere primum ipsius animum, qui plurimum potest, propensum ad salutem tuam. Non scribo hoc temere: quo minus familiaris sum, hoc sum ad inuestigandum curiosior. Quo facilius, quibus est irator, respödere tristius possit, hoc est adhuc tardior ad te molestia liberandum.  
Familiares vero eius, & ii quidem qui illi iucundissimi sunt, mirabiliter de te & loquuntur,  
& sentiunt, accedit eodem vulgi voluntas, vel potius consensus omnium: etiam illa, quæ  
minimum nunc quidem potest, sed possit needle est, resp. quæcunque vires habebit, ab iis  
ipsiis quibus tenetur, de te propediem (mihi credo) impetrabit. Redco igitur ad id, ut iam ei-  
bi etiam pollicear aliquid, quod primo omissem. Nam & cōplectar cius familiarissimos,  
qui me admodum diligunt, multumque mecum sunt: & in iplius consuetudine, quam ad-  
huc meus pudor mihi clausit, insinuabo: & certe omnis via persequar, quibus putabo ad  
id, quod volumus, peruenient posse. In hoc toto genere plura faciam, quam scribere audeo.  
Ceteraque, quæ ribi à malis præcepta esse certò scio, à me sunt paratissima. nihil in re familiari  
mea est quod ego meum malum esse, quam tuum. Hac de te, & de hoc genere toto hoc  
scribo parcius, quod te (id quod ipse confidit) sperare nalo te esse virum tuus. Extremum  
illud est, ut te orem & oblectem, animo ut maximo sis: nec ea solum memineris, quæ ab  
alii magnis viris acceptisti sed illa etiam, quæ ipse ingenio, studiisque peperisti. quæ si col-  
liges, & sperabis omnia optimè: & quæ accident, qualiacunque erunt, lapienter seres. Sed  
hæc tu melius, vel optime omnium. Ego quæ pertinere ad te intelligam, studiosissime om-  
nia, diligentissimèque curabo: tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me me-  
moriam conservabo.

## M. CICERO S. D. C N. PLANCIO.

14

BINAS à te accepi literas Corcyra datas, quarum alteris mihi gratulabare, quod au-  
disse meam me pristinam dignitatem obtinere: alteris dicebas te velle, quæ egism, bene  
& feliciter cuenire. Ego autem, si dignitas est bene de rep. sentire, & bonis viris probare quod  
sentiās, obtinco dignitatem meam. finautem in eo dignitas est, quod sentias aut re efficere,  
si possis, aut denique libera oratione defendere: ne vicitur quidem ullum est reliquum no-  
bis dignitatis: agiturque præclare, si nos metropolis regere possumus, ut ea quæ partim iam ad-  
funt, partim impendent, moderate feramus: quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus  
ex altera parte cedem ostentat, ex altera seruitutem. Quo in periculo nonnihil me conso-  
latur, cum recordor hæc me tum vidisse, cum secundas etiam nostras, non modo aduersas  
pertimescebam, videbāmque quanto periculo de iure publico disceparetur armis. Quibus,  
si viciissent, ad quos ego pacis spe, non belli cupiditate adductus accesseram: tamen intelli-  
gebam & iratorum hominum, & cupidorum, & iniolentum quām crudelis esset futura victo-  
ria. finautē vici essent, quantus interitus esset futurus cuiusdam partium amplissimorum, partim  
etiam optimorum, qui me hæc prædicentem, arque optime confulcentem saluti fuerit, male-  
bant nimium timidum, quām fatis prudētem existimari. Quod autem mihi de eo quod

## 42 Ad Q. Metellum, & cæteros.

egerim, gratularis: te ita velle, certò sciosed ego tam misero tempore nihil noui consilii ce-  
pissem, nisi in reditu meo nihilo meliores res domesticas, quām temp. offendissem. Quibus  
enim pro meis immortalibus beneficiis charissima mea salus, & mea fortunæ esse debent,  
cum proper corum seculi nihil mihi intra meos parices tutum, nihil insidiis vacuum vi-  
derem: nouarum me nec esset studium fidelitate, contra veterum perfidiam municiendū puta-  
ui. Sed de nostris rebus satis, vel etiam nimium multa. De tuis velim vt eo sis animo, quo  
debes esse, id est vt nequid tibi præcipue timendum putes. Si enim status erit aliquis ciuita-  
tis, quicunque erit, te omnium periculorum video experto fore. Nam alteros tibi iam pla-  
catos esse intelligo, alteros nunquam iratos fuisse. De mea autem in te voluntate sic velim  
iudicem, me, quibuscumque rebus opus esse intelligam, quanquam videam qui sim hoc tem-  
pore, & quid possim: opera tamen, & consilio, studio quidem certe, rei, famz, salutis tuæ pra-  
dictæ futurum. Tu velim & quid agas, & quid acturum te putes, facias me quam diligenter illi  
certiorem. Vale.

M. CICERO S.D. CN. PLANCIO.

15

A C C E P I perbrevis tuas literas, quibus id quod scire cupiebam, cognoscere non po-  
tui: cognoui autem id quod mihi dubium non fuit, nam quām fortiter terres communice-  
misferias, non intellexi: quām me amares, facile perspexi: sed hoc scieram. Illud si scisssem, ad  
id meas literas accommodauisssem. Sed tamen etiæ antea scripti quæ existimauit scribi oportete,  
tamen hoc tempore breuiter ecommonendum putauit, nequo periculo te proprio existi-  
mares esse. in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut propriâ  
fortunam, aut præcipuum postulare, aut communem recusat. Quapropter eo animo sumus +  
inter nos, quo lēper suimus. Quod de te sperare, de me praestare possum.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIB. V.

Q. METELLVS Q. F. CELE R, S.D. M. T. CICERONI.

1

S I V A L E S, bene est. Existimara pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gra-  
tia, nec absentem ludibrio Iesum iri, nec Metellū fratrem ob dictum, capite ac fortunis per  
te oppugnatum iri: quem si parum pudor ipsius defendebat, debebat vel familiz nostræ di-  
gitas, vel meum studium erga vos, remque publicam, satis subleuare. Nunc video illum  
circunuentum, me desertū, à quibus minime conueniebat. Itaque in luctu & squalore sum,  
qui prouinez, qui exercite præsum, qui bellum gerō: quæ quoniam nec ratione, nec maio-  
rum nostrorum clemētia administratis, non erit mirandum si vos potuissebit. Te tam mo-  
bili in me, mōsque esse animo non sperabam. Me interea nec domesticus dolor, nec cuius  
quam iniuria à rep. abducet.

M. TULLIVS M. F. CICERO, Q. METELLO, Q. CELE-  
RI PROCO S. D.

2

S I T V exercituisse valetis, bene est. Scribis ad me, te existimasse pro mutuo inter nos :  
animo, & pro reconciliata gratia, nunquam te à me ludibrio Iesum iri. Quod cuiusmodi  
sit, facte intelligere non possum: sed tamen suspicor ad te esse allatū, me, in senatu cum dis-  
putarem, permultos esse qui temp. à me conferuatam dolerē, dixisse: à te propinquos tuos,  
quibus negare non potuissest, impetrasse, vt ea quæ statuisses tibi in senatu de mea laude es-  
se dicēda, reticeres. Quod cum dicere, illud adiunxi, mihi tecum ita dispergitum officium  
fuisse in reip. salute retinenda, vt ego vrbem à domesticis insidiis, & ab intestino scelere: tu  
Italiam & ab armatis hostibus, & ab occulta coniuratione defenderes: atque hanc nostram  
tanti, & tam præclarri muneri societatem à tuis propinquis labefactatam: qui cum tu à me  
rebus ampliissimis, atque honorificentissimis ornatus es, timuissent nequaz mihi pars abs  
te voluntatis mutus tribueretur. Hoc in sermone cum à me exponeretur quæ mea expe-  
ctatio fuisset orationis tuæ, quæbque in errore versans essem: vīsa et oratio non iniucin-  
da, & mediocris quidam est risus consecutus, non in te, sed magis in errore meum, & quod

me abs te cupisse laudari, aperte atque ingenue cōfitebar. Iam hoc non potest in te non ho-  
noriūsc esse dictum, me in clarissimis meis, atque amplissimis rebus, tamen aliquod testimoniū  
num tuae vocis habere voluisse. Quod autē ita scribis. Pro mutuo inter nos animo: quid  
tu existimes esse in amicitia munuum, nescio: equidem hoc arbitror, cum par voluntas ac-  
cipitur & redditur. Ego si hoc dicam, me tua causa pratermississe prouinciam, tibi ipse le-  
uior videar esse. mea enim rationes ita tulerunt, atque eius mīci confilii maiorem in dies  
singulos fructum, voluptatemque capio. Illud dico, me, vt primum in concione prouin-  
ciam depositur, statim quemadmodum eam tibi tradarem, cogitare cœpisse. Nihil dico  
de fortitione veltra: tantum te suspicari volo, nihil in ea re per collegam meum me inscien-  
te esse factum. Recordare cetera: quām citu senatum illo die facta fortitione coegerim:  
quām multa de te verba fecerim, cum tu ipse mihi dixisti orationem meam non solum in  
te honorificam, sed etiam in collegas tuos contumeliosam fuisse. Iam illud s. c. quod eo  
die factum est, ea prescritione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurum esse  
non possit. Postea verb quām profec̄tus es, velim recordere quāz ego de te in senatu egerim,  
quāz in concionibus dixerim, quas ad te literas miseric̄. Quāz quām omnia collegeris,  
tu ipse velim iudices, satiſne videatur his omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime Ro-  
manam venisti, mutuē respondisse. Quod scribis de reconciliata nostra gratia: non intelligi-  
go cur reconciliatam esse dicas, quām nunquam imminuta est. Quod scribis, non oportuit  
Metellum fratrem tuum ob dictum à me oppugnari: primum hoc velim existimes, ani-  
mum mihi istum tuum vehementer probari: & fraternalē plenam humanitatis, ac pietati  
voluntatem. Deinde si qua ego in te fratri tuo rep̄. caula restiterim, vt mihi ignoscas.  
tam enim sum amicus rep̄. quām qui maxime. Si verò meam salutem contra illius impe-  
tum in me crudelissimum defendenter: satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratribus in-  
iuria conqueri. Quem ego cum comperisse, omnem sui Tribunatus conatus in meam  
pernicientē parare, atque meditari: eḡi cum Claudia vxore tua, & cum veltra forore Mutia;  
cuius erga me studium pro Cn. Pompeii necessitudine, multis in rebus perspiceram, vt cum  
ab illa iniuria deterretur. Atque ille, quod te audisse credo, prid. Cal. Ian. qua iniuria ne-  
mo vñquā in annuo magistratu improbissimus cuius affectus est, ea me cōsiderat, cum  
remp. conferuasset: atque abeūtem magistratu concionis habenda potestate priuauit: cu  
ius iniuria mihi tamē honori summo fuit. Nam cum ille mihi nihil, nisi vt iurarem, per-  
mitteret: magna voce iurauit verissimum pulcherrimumque iurandum, quod populus i-  
dem, magna voce me verē iurasse, iurauit. Hae accepta tam insigni iniuria, tamen illo ip-  
so die misi ad Metellum communicis amicos, qui agerent cum eo vt de illa mente desiste-  
ret, quibus ille respondit, sibi non esse integrum. etenim paulo antē in concione dixerat: ei  
qui in aliis animaduertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere. Homi-  
nem grauenit, & ciuem egregium, qui qua poena senatus consensu bonorum omnium eos  
affecerat qui urbem incendere, & magistratus ac senatum trucidare, bellum maximum cōfla-  
re voluisserint, eadem dignum iudicaret cum qui curiam excede, urbem incendiū, Italiam bel-  
lo liberasset. Itaque ego Metello fratri tuo praesenti refut̄. Nam in senatu Cal. Ian. sic cum  
eo de rep̄. disputauit, vt sentiret sibi cum viro forti, & constanti esse pugnandum. Ad 11 r.  
Non. Ian. cū agere cœpisset, tertio quoque verbo oratione suę me appellabat, mihi mina-  
batur: neque illi quicquā deliberatus fuit, quām me, quacunque ratione posset, non iudicio,  
neque dilectione, sed vi, atque impulsione cuertere. Huius ego temeritati si virtute, atque  
animo nō restituisse: quis esset qui me in cōsulatu non casu potius existimaret, quām con-  
silio fortē fuisse: Hęc si tu Metellū cogitare de me nescisti, debes existimare te maximis de  
rebus à fratre esse celatum. finautē aliquid impertiuist tibi sui cōsilia: lenis à te, & facilis exi-  
stimari debeo, qui nihil tecū de his ipsis rebus expostulē. Et si intelligis non me dicto Me-  
telli, vt scribis, sed cōsilio eius, animo: que in me inimicissime esse cōmotum: cognosce nunc  
humanitatem meam, si humanitas appellanda est in acerbissima iniuria remissio animi ac  
dissolutio. Nulla est à me vñquam sententia dicta in fratrem tuum: quotiescumque aliquid  
est actum, sedens iis assertus qui mihi lenissimē sentire visi sunt. Addam illud etiam, quod

## 44 Ad Q. Metellum, & cæteros.

iam ego curare non debui, sed tamen fieri non molesta tuli: atque etiā, vt ita fieret, pro mea parte adiui, vt senaticonfuso meus inimicus, quia tuus frater erat, subleuaretur. Quare nō ego oppugnauit fratrem tuum, sed fratri tuo repugnauit: nec in te, vt scribis, animo sui mobili, sed ita itabili, vt in mea erga te volūtate etiam desertus ab officiis suis permanerem. Atque hoc ipso tēpore tibi pene minitati nobis per literas, hoc rescribo, atque respōdeo: ego dolori non solum ignosco, sed summam etiam laudem tribuo. meus enim me sensus, quanta vis tuo fratrem sit amoris, admonet. A te però, vt tu quoque aquum te iudicē dolori meo praebas: si acerbè, si crudeliter, si sine causa sum à tuis oppugnatus, vt status mihi non modo non codendum, sed etiam tuo, atque exercitus tui auxilio in eiusmodi causa vtendum fuisse. Ego te mihi semper amicū esse volui. me vt tibi amicissimum esse intelligeres, laboravi. maneo in volumeate, & quoad voles tu, permanebo: citiusque amore tui fratrem tuum odisse desinam, quām illius odio quicquam de nostra benevolentia detraham.

Q. METELLVS NEPOS S.D. M. CICERO NI.

HOMINIS importunitissimi contumeliz, quibus crebris concessionibus me onerat, tuis erga me officiis leniuntur: & vt sunt leuis ab eiusmodi homine, à me despiciuntur: libenterque cōmutata persona, te mihi fratris loco esse duco. De illo ne meminisse quidē volo, tamētī bis eum iniutum seruavi. De meis rebus ne vobis multitudine literarum molestior essem, ad Lollium perscripsi: de rationibus prouinciis quid vellem fieri, vt is vos doceret, & communificaret. Si poteris, velim pristinam tuam erga me voluntatem conserues.

M. CICERO S.D. Q. METELLO COS.

LITERAE Q. fratis, & T. Pomponii necessarii mei tantum spei dederant, vt in te: non minus auxili, quām in tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaque literas ad te statim misi, per quas, vt fortuna postulabat, & gratias tibi egi, & de reliquo tempore auxilium petui. Postea mihi non tam meorum literarum, quām sermones corum, qui hāc iter faciebant, animum tuum immutatum significabant. quæ res fecit vt tibi literis obstrepere non audebam. Nune mihi Q. frater meus mitissimam tuam orationem quam in senatu habuisses, perscripsi, qua inductus, ad te scribere sum conatus: & abs te, quantum tua fert voluntas, peto, quæsioque vt tuos mecum seruas potius, quām propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu tuas inimicities vt resp. donares, te viciisti: alienas vt contra temp. confirimes, adduceris: Quod si mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo. Sin mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quæ me cum rep. vicit, licuerit: vide, ne eum velis retinare tempus omnium referuandorum, quum qui seruerat, non erit, non possit. Vale.

M. CICERO S.D. G. ANTONIO M. FILIO IMP.

ET SI statueram nullas ad te literas mittere nisi commendatirias (non quod eas intelligerem satis apud te valere, sed ne iis, qui me rogarent, aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem) tamen cum T. Pomponius homo omnium meorum in te studiorum, & officiorum maxime conscius, mihi cupidus, nostri amantissimus, ad te proficisciatur, aliquid mihi scribendum putavi, prefactum cum alter ipsi Pomponio satifacere non possem. Ego si abs te summa officia defyderem, mirum nemini videri debet. omnia enim à me in te profecta sunt quæ ad tuum commodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinent. Pro iis rebus nullam mihi abs te relatā esse gratiam, tu es optimus teltis. Contrà etiam esse aliquid abs te profectum, ex multis audiui. nam compreheſe me non audio dicere: ne forte idipsum verbum ponam, quod abs te aiunte falsò in me solere conferri. Sed ea, quæ ad me delata sunt, malo te ex Pomponio, cui non minus molesta fuerunt, quām ex meis literis cognoscere. Meus in te animus quām singulari officio fuerit, & senatus, & Pop. Rom. testis est. Tu quām gratus erga me fueris, ipse existimare potes. quantum mihi debebas, ceteri existimant. ego quæ tua causa antea feci, voluntate sum adductus, posteaque constantia. Sed reliqua, mihi credo, multo maius meum studium, maioremque grauitatem & labores defyderant. Quæ ego si non profundere, ac perdere videbot, omnibus meis viribus sustinebo. finitaque ingrata esse sentiam, non committā, vt tibi ipse insinare videat. Ea quæ

sunt, & cuiusmodi, poteris ex Pôponio cognoscere: atque ipsum tibi Pomponium ita commendô, ut quanquam ipsius causa confido te facturum esse omnia, tam abs te hoc petam; ut siquid in te residet amoris erga me, id omne in Pomponii negotio ostendas. Hoc mihi nihil gratius facere potes.

M. CICERO S. D. P. SESTIO L.F. PRO QVAES. 6

CVM ad me Decius librarius venisset, egissetque mecum ut operam darem ne tibi hoc tempore succederetur: quanquam illum hominem frugi, & tibi amicum existimabam, tamen quod memoria tenebam cuiusmodi ad me literas antea misisses, non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam. Sed postea quam & Cornelius tua Terentiam conuenit, & ego cum Q. Cornelio locutus sum, adhibui diligentiam, quicunque senatus fuit, ut adesem: plurimumque in eo negotii habui, ut Q. Fusium Trib. pleb. & ceteros, ad quos tu scriperas, cogorem mihi potius credere, quam tuis literis. Omnia res tota in memorem Ian. reiecta erat, sed facile obtinebatur. Ego tua gratulatione comotus, quod ad me pridem scriperas velle te bene cuenire quod de Crassio domum emissem: emi eam ipsam domum x x v, aliquanto post tuam gratulationem. Itaque nunc me scito tantum habere aetis alieni, ut cupiam coniurare, si quisquam recipiat. sed partim odio induxit me excludunt, & aperte vindicem coniurationis oderunt: partim non credunt, & a me infidias metunt: nec putant ei numeros deesse posse, qui ex obfitione sceneratores exemerit. Ominino semiisibus magna copia est. Ego autem meis rebus gestis hoc affecturus sum, ut bonum nomen existimer. Domum tuam, atque xzificationem omnem perspexi, & vehementer probau. Antonium, eti eius in me officia omnes defuderant, tamen in senatu grauiissime, ac diligissime defendi: senatuumque vehementer oratione mea, atque auctoritate commou. Tu ad me velim literas crebitus mittas.

M. T. M. F. CICERO S. D. C. N. POMPEIO C. N. F. MAGNO IMP. 7

S I T. F. Q. V. B. E. Ex literis tuis, quas publice misisti, cepi vna cum omnibus incredibilem voluptatem: tantam enim spem otii ostendisti, quam ego semper omnibus te uno fretus pollicebar. Sed hoc sciro, tuos veteres hosteis, nouos amicos vehementer literis perculfos, atque ex magna spe deturbatos facere. Ad me autem literas quas misisti, quanquam exiguae significacione tuae erga me voluntatis habebant, tamen mihi scito iucundas fuisse. nulla enim te tam latari folco, quam meorum officiorum conscientias quibus siquando non mutue respondet, apud me plus offici residere facilime patior. Illud non dubito, quin, si te mea iumma erga te studia parum mihi adiunxerint, et p. nos inter nos conciliatura, coniunctura que sit. Ac ne ignores quid ego in tuis literis defuderam: scribam aperte sicut & mea natura, & nostra amicitia postulat. Res eas gesti, quarum aliquam in tuis literis & nostris necessitudinis, & reip. causa gratulationem expectavi. quam ego abs te praeterrmissam esse arbitror, quod vertere ne cuius animu offenderes. Sed sciro ea, quae nos pro salute patris gestimus, orbis terra iudicio, ac testimonio comprobari. Quae cum venies, tanto confilio, tantaque animi magnitudine a me gesta esse cognosces, ut tibi multo maiori, quam Africanus fuit, tamen non multo minorem quam Lelium, facile & in rep. & in amicitia adiunctum esse patiare.

M. CICERO M. LICINIO P. F. CRASSO. 8

Q. V A N T V M meum studium extiterit dignitatis tuae vel tuenda, vel etiam angenda, non dubito quin ad te omnes tui scriplerint. Non enim fuit aut mediocre, aut obscurum, aut eiusmodi, quod silentio posset praeteriti. Nam & cum coss. & cum mulris consularibus tanta contentione decertavi, quanta nunquam ante illa in causa: suscepique mihi perpetuam propagnationem pro omnibus ornamentiis tuis, veterisque nostrae necessitudini iandui debitum, sed multa varietate temporum interrupsum officium cumulate reddidi. Neque me hercule unquam mihi tui aut colendi, aut ornandi voluntas defuit: sed quazdam penses hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutaran tibi. Sed extitit tempus optatum mihi magis, quam speratum, ut florentis simus tuis rebus mea perspecti posset & memoria nostrae voluntatis, & amicitiae fides. Sum

## 46 Ad Q. Metellum, & cæteros.

enim cōscutus non modo vt domus tua tota, sed vt cūta ciuitas me tibi amicissimum esse cognoscet. Itaque & præstantissima omnium sommitatū vxor tua, & eximia pietate, virtute, gratia tui Crassii meis consiliis, monitis, studiis, actionibusque nituntur. & S.P.Q.R.intelligi nbi absenti nihil esse tam promptum, aut tam paratum, quām in omniis rebus quæ ad te pertineant, operam, curam, diligentiam, autoritatem meam. Quæ sint acta, quæque agitur, domesticorum tibi literis declarari puto. De me sic existimes, ac tibi persuades vehementer velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse: sed vt primum forum attigerim, spectaclo semper ut tibi possem quammaxime esse coniunctus. quo quidem ex tempore, memoria teneo, neque meam tibi obseruantiam, neque mihi tuam summam benevolentiam ac liberalitatem defuisse. Sizus intercederunt non tam re, quām suspicione violata: ea, cum fuctint & falsa & inania, sint euulsa ex omni memoria, vitæque nostra. Is enim tu vir es, & cum me esse cūpio, vt quoniam in eadem reip. tempora incidimus, coniunctionem, amicitiamque nostram vtrique nostrum laudi sperem fore. Quiaobrem tu quām tuo iudicio tribendum esse nobis putes, statuus ipse, & vt spero, statuus ex nostra dignitate. Ego vero tibi profiteor, atque pollicor eximium & singulare meum studium in omni genere officii, quod ad honestatem & gloriam tuam spectet. In quo etiam si multi mecum contendent, tamen cum reliquis omnibus, num Crassis tuis iudicibus, omnes facile superabo. quos quidem ego ambo vnicè diligo, sed in Marco benevolentia impari. hoc magis sum Publico deditus, quod me quamquam à pueritia sua semper, tamen hoc tempore maxime, sicut alterum parentem & obseruat & diligit. Has literas velim existimes scederis habituras ecce vim, non epistolæ: meoque ea quæ tibi promitto, ac recipio, sanctissime esse observaturū, diligenterissimeque esse facturū. Quæ à me suscepta defensio est te absente dignitatis tua, in ea iam ego non solū amicizie nostræ, sed etiam constantiæ meæ causa permaneo. Quiaobrem satis esse hoc tempore arbitratus sum, hoc ad te scribere: me, liquid ipse intelligerem aut ad voluntatem, aut ad communum, aut ad amplitudinem tuam pertinere, mea sponte id esse facturum: sicut autem quippi aut à te eccliam admonitus, aut à tuis, effecturū vt intelligeres nihil neque te scripsisse, neque quæcum tuorum frustra ad me detulisse. Quiaobrem velim ita & ipse ad me scribas de omnibus minimis, maximis, mediocribus rebus, vt ad hominem amicissimum: & tuis præcicias, vt opera, confilio, autoritate, gratia mea sic vturant in omnibus publicis, priuatis, forensibus, domesticis, tuis, amicorum, hospitum, clericum tuorum negotiis, vt quoad eius fieri possit, præsentia tua defuderum meo labore minuatur. Vale.

VATINIVS IMP. CICERONI SVO S.

S I V.B.E.E.V. Si tuam consuetudinem in patrocinis tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit, qui pro se causam dicier vult. Non puto repudiabis in honore, quem in periculo receperisti. Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quām illum, quo defendente vincere didici. An verear, nequi potentissimorum hominum conspirationem neglexerit pro mea salute, is pro honore meo, pufillorum ac malevolorum obrectationes & iniurias non prosterat atque obterat? Quare si me, sicut soles, amas, suscipe me totum, atque hoc quicquid est oneris ac muneris pro mea dignitate, tibi tuendum ac sustinendum puta. Scis meam fortunam nefario quo modo facile obrectatores inuenire, nō meo quidem mehercules merito: sed quanti id refert, si tamen fato neficio quo accidit? Si qui forte fuerit, qui nostrar dignitati obesse velit, peto à te vt tuam consuetudinem, & liberalitatem in me absente defendendo mihi prætes. Literas ad senatum de rebus nostris gestis, quo exemplo miseram, infra tibi perscripsi. Dicitur mihi tuus seruus anagnostes fugitus cum Vardæis esse, de quo tu mihi nihil mandasti. ego tamen terra, marique vt conquireretur, præmandauis: & profecto tibi illum reperiām, nisi si in Dalmatiam aufugient: & inde tamen aliquando eruam. Tu nos fac ames. Vale. Ad v. Id. Quintil. ex castris, Narona.

VATINIVS CICERONI SVO S.

S I V.B.E.E.Q. v. De Dionysio tuo adhuc nihil extricor: & cō minus, quod me frigus, Dalmaticum, quod illinc cœcit, etiam huc refrigerauit. Sed tamen non desistam quin illum.

aliquando eruam. Sed tamen omnia mihi dura imperas. De Catilio neficio quid ad me scripti deprecationis diligentissimis. Apage te cum nostro Sex. Serulio. nam mehercule ego quoque illum amo. sed huiuscemodi vos clientes, huiuscmodi causas recipitis: hominem vnum omnium crudelissimum, qui tot ingenuos, matresfamilias, ciues Rom. occidit, arripuit, disperdidit, regiones vastauit: Simius, non semissis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Sed tamen mihi Cicero quid facere possum? Omnia mehercule cupio quae tu mihi imperas. Meam animaduersiōnē, & supplicium, quo visurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. quid illis respondere possum, qui sua bona direpta, naues expugnat, fratres, liberos, parentes occidit, actiones expostulantur si mehercules Appii os habet, in cuius locum suffocatus sum, tamen hoc sustinere non possem. Quid ergo est? Faciam omnia sedulo, quae te sciam velle. Defenditur a Q. Volusio tuo discipulo. si forte ea res poterit aduersarios fugare, in eo maxime spes est. Nos siquid erit istuc opus, defendes. Cetera adhuc mihi iniuriarum facit. de meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refertur: qualis verò non justissimi triumphi in Dalmatia res gererim. Nam si hoc expectandū est, dum tonum bellum conficiam, viginti oppida sunt Dalmatiz antiquaque ipsi libi alicuius amplius sexaginta. haec nisi omnia expugno, si mihi supplications non decernuntur, longe alia conditione ego sum, ac ceteri Imperatores.

Ego post supplications mihi decretas in Dalmatiam profectus sum: sex oppida vi oppugnando cepi: vnum hoc, quod erat maximum, quater à me iam captum: quatuor enim turreis, & quatuor muros cepi, & arcem corum totam, ex qua me naues, frigora, imbre detulerunt: indignaque mihi Cicero oppidum captum, & bellum consecutum relinquere sum coactus. Quare te rogo, si opus erit, ad Cetarenī meam cauam agas, neque tibi in omniis parteis defendantum putes: hoc existimans, neminem te tui amantiorum habere. Vale. Data Non. Dec. Narona.

M. CICERO VATICINIO IMP. S.

II

GRATA tibi mea esse officia non miror: cognoui enim te gratissimum omnium, idque nunquam delitti prædicare, nec enim tu mihi habuisti modo gratia, verum etiam cumulatissime retulisti. Quoniam reliquis tuis rebus omnibus pari me studio erga te, & eadem voluntate cognosces. Quod mihi foemina primariam Pompeiani vxorem tuam commendas: cum Sumus nostro statim nisus literis lectis locutus sum, ut ei meis verbis dicere, vt quicquid opus esset, mihi denuntiaret: me omnia, que ex vellet, summo studio curaque facturum: itaque faciam, eamque si opus esse videbitur, ipse conueniam. Tu tamē ei velam scribas, vt nullam rem neque tam magnam, neque tam parvam putet, que mihi aut difficilis, aut parvum me digna videatur. Omnia que in tuis rebus agam, & non laboriosa mihi, & honesta videbuntur. De Dionysio, si me amas, confice, quancunque ei fidem deris, præstabo. Si vero improbus fuerit, vt est, duces cum captiūsum in triumpho. Dalmatis Dui male faciant, qui tibi molesti sunt. Sed vt scribis, breui capientur, & illustrabunt res tuas gestas. Semper enim habebit sunt belliscofi.

M. CICERO: S. D. L. LVCEIO Q. F.

12

CORAM me tecum eadem haec agere sepe conantem deterruit pudor quidā pene subruficis: que nunc expromptum absens audacius epistola enim non erubescit. Ardeo cupiditate incredibili, neque vt ego arbitror, reprehendens, nomen vt nostrum scriptis illustretur, & celebretur tuis, quod etiā mihi sepe ostendit te esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi: noce. Genius enim scriptorum tuorum etiā erat semper à me vehementer expectatus, tamen vicit opinione meam: neque ita vel cepit, vel incendit, vt cupere quan- celerimē res nostras monumenta commendari tuis. Neque enim me solum cōmemoratio posteritatis ad spem quantitatis immortalitatis rapit: sed etiam illa cupiditas, vel vt authoritate testimonii nisi, vel indicio benevolentie, vel lauauitate ingenii, vita perficiamur. Neque tamen haec cum scriberem, crām nescius quātis oneribus preuertere suscepitū seruum, & iam institutarum. sed quia videbam Italici belli, & ciuilis historiam iam à te pene esse perfectam (dixeras autem mihi te reliquas res ordiri) desce mihi nolui, quin te admoneret, vt cogita-

res, coniuncte niales cum reliquis rebus nostra contexere: an, ut multi Græci fecerunt, Cal-  
lithenes Troicum bellum, Timæus Pyrthi, Polybius Numantinum (qui omnes à perpe-  
tuis suis historiis ea quæ dixi, bella separauerunt) tu quoque item ciuilem coniurationem, ab hostilibus, externique bellis sciungens. Evidet ad nostram laudem non multum vi-  
deo intresset sed ad properationem meam quiddam intereat, non te expectare dum ad locum venias, ac statim causam illam totam, & tempus attingere. Et simul si vno in argumen-  
to, vnaque in persona mens tua tota versabitur: cerno iam animo, quanto omnia vberio-  
ra, atque ornationa futura sint. Neque tamen ignoro quæ impudenter faciam qui primum  
tibi tantum oneris imponam: potest enim mihi denegare occupatio tua. deinde etiam vt  
ornes me, postulem, quid si illa tibi non tantopere videntur ornanda? Sed tamen, qui semel  
vetericundia fineis transferit, cum bene, & nauiter oportet esse impudentem. Itaque te plane  
etiam aque etiam rogo, vt & ornes ea vehementius etiam, quæm fortasse sentis: & in co-  
leges historiæ negligas: gratiamque illam de qua suauissime quoddam in processio scripsi, à  
qua te electi non magis potuisse demonstras, quæm Hereulem Xenophontium illum à vo  
luptate. ea si me tibi vehementius commendabitis, ne aspernemur: amorisque nostro plusculum e-  
tiam, quæm concedet veritas, largiare. Quod si te adducemus vt hoc suscipientis, erit (vt mihi  
persuadeo) materies digna facultate, & copia tua. à principio enim coniurationis usque ad  
reditū nostrum, videtur mihi modicu[m] quoddam corpus confici posse. in quo & illa poteris  
vti ciuilium commutationum scientia, vel in explicatis casuis rerum nouarū, vel in reme-  
diis incommodorum, cum & reprehendes ea quæ vituperanda duces: & quæ placebunt, ex-  
ponendis rationibus comprobabis: & si liberius, vt conflicti, agendum putabis, multorum  
in nos perfidiam, infidias, prodictionem notabis. Multam etiam casus nostri varietatem ti-  
bi in scribendo suppeditabunt, plenam cuiusdam voluntatis, quæ vehementer animos ho-  
minum in legendu[m] scripto retinere possit. Nihil est enim aptius ad delectationem lectoris;  
quæm temporum varietates, fortunæque vicissitudines, quæ eti[us] nobis optabiles in experien-  
do non fuerunt, in legendu[m] tamen erunt iucundæ. H A B E T E N I M P R A E T E R I-  
TATE doloris secura recordatio delectationē. Ceteris vero nulla perfundis propria moleftia,  
casus autem alienos sine vilo dolore intuentibus, etiam ipsa misericordia est iucunda. Quem  
enim nostrum ille moriens apud Martineam Epaminondas non cum quadam miseratione  
delectat: qui tum denique sibi auelli iubet spiculum, posteaquam ei percōtant dictu[m] est,  
clypeum esse saluum: vt etiam in vulneris dolore æquo animo cum laude moretur. Cuius  
studium in legendu[m] non eretur. Themistoclis fuga, reditumque retinetur. Et tenor ordo ipse  
Annalium mediocriter nos retinet quasi enumeratione factorum. At viri sepe excellentes,  
ancipites, varique casus habent admirationem, expectationem, lætitiam, moleftiam, spem,  
timorem. Si vero exitu notabiliter concluduntur, expletut animus iucundissima lectio[n]is vo-  
luptate. Quo mihi acciderit optatus, si in hac sententia fuerit: vt à continentibus suis seri-  
ptis, in quibus perpetuam rerum gestarum historiam complectaris, seceras hanc quasi fa-  
bulam rerum, cu[m]torumque nostrorum. Habet enim varios actus, multaque actiones & con-  
sistorum & temporum. Et non vereor ne assententiacula quadam aucupari tuam gratiam  
videar, cum hoc demonstrem, me à te potissimum ornari, celebrarique velle. Neque enim  
tu is es, qui, quid sis, necfias: & qui non eos magis qui te non admiretur, inuidos, quæm cos  
qui laudent, assentatores arbitre. Neque autem ego sum ita demens, vt me sempiternè glo-  
riæ per eum commendari velim, qui non ipse quoque in me commendando propriam in-  
genii gloriam consequatur. Neque enim Alexander ille gratia causa ab Apelle potissimum  
pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi glo-  
riæ fore putabat. Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant, quæ v[e]rū nul-  
la sint, nihil sint tamen obsceniores clari viri. Nec minus est Spartiates Agelanus ille per-  
hibet, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quæm qui in eo ge-  
nere laborarunt. Vnus enim Xenophontis libellus in eo regale laudando facile omnis ima-  
gines omnium, statuque supereravit. Atque hoc p[ro]stantissimi militi fuerit & ad lætitiam a-  
numi, & ad memoriz dignitatem, si in tua scripta peruennero, quæm si in ceterorum: quod

non ingenium mihi solū suppeditatū fuerit tuum, sicut Timothei à Timotheo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam auctoritas clarissimi & spectatissimi viri, & in reip. maximis grauiissimisque causis cogniti, atque in primis probati: mihi non solū praecolum, quod cum in Sigaeum venisset Alexander, ab Homero Achilli tributū esse dixit, sed etiam graue testimoniorum impetratum clari hominis, magnisque videatur. Placet enim Hector ille mihi Nazianus, qui non tantum laudari se letatur: sed addit etiam à laudato viro. Quod si à te non impetro, hoc est, siquic te res impedierit (neque enim fas est arbitror quicquam me rogantem abs te non impetrare) cogar fortasse facere quod nonnulli saepe reprehendunt: scribam ipse de me, multorum tamen exemplo & clarorum virorum. Sed quod te non fugit, hæc sunt in hoc genere virtus, & vt verecundius ipsi de se scribat necesse est, siquid est laudandum: & præterea, siquid reprehendendum est, accedit etiam ut minor sit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant, & dicant verecundiores esse praecores ludorum gymnorum, qui cum extensis coronas imposuerint victoribus, conunque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donetur, alium praecorem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores esse prædicent. Hæc nos vitare cupimus: & si recipis causam nostram, vitabimus: idque ut facias, rogamus. Ac ne forte misere cur, cum mihi se pe ostenderis te accuratissime nostrorum temporum consilia, atque euentus literis mandatur, & te id nunc tanto opere, & tam multis verbis petamus: illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripti, festinationis, quod alacres animo sumus, vt & ceteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nostris scriptis viui gloriola nostra perficiamur. His de rebus quid acturus sis, si tibi noui est molestus, retribuas mihi velim. Si enim suscepis causam, conficiam commenstrarios rerum omnium. Sinautem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar: tu interea non cessabis, & ea quæ habes instituta, perpolices, nosque diliges.

M. CICERO S. D. L. LVCFIO Q. F.

13

Q. V A N Q. V A M ipsa consolatio literarum tuarum mihi gratissima est, declarat enim summam benevolentiam coniunctam pari prudentia: tamen illum fructum ex his literis vel maximum cepi, quod te præclaræ res humanas contemnentem, & optimè contra fortunam paratum armatumque cognoui. Quam quidem laudè sapientia statu esse maximam, non aliunde pendere, nec extrinsecus aut bene, aut male viuendi suspensas habere rationes. Quæ cogitatio, cum mihi non omnino excidisset (et enim penitus infederat) vi tamen tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata, atque consulta: cui te optulari & video, & id fecisti etiam proximis literis, multumque protulisti sentio. Itaque hoc sapius dicendum, tibique non significandum solum, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratiu. Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter copiosaque collegisti: tum nihil plus, quam quod firmitudinem, grauitatemque animi tui perfeci: quam non imitari turpissimum existimo. itaque hoc etiam fortiorum me puto, quam te ipsum praeceptorem fortitudinis, quod tu mihi videlicet spem nonnullam habere, hæc aliquando futura meliora. Causa enim gladiatoriis similitudinesque eorum rationes in ea dilputatione à te collectæ, vatabat me reipublicæ penitus diffidere. Itaque alterum minus mirum, fortiorum te esse, cum aliquid speres: alterum mirum, spc vlaſa teneri. Quid est enim non ita affectum, ut id non delectum, extinctumque esse fatcare? Cir cunspice omnia membra reip. quæ notissima sunt tibi: nullum reperies profecto, quod non fractum, debilitatumve sit, quæ persequenter, si aut melius ea viderem, quam tu vides, aut commemorare possem sine dolore, quanquam tuis monitis, praecipiisque omnis est abiiciendus dolor. Ergo & domesticæ feremus, ut censes: & publica paulò etiam fortius fortasse quam tu ipse qui præcipis. Te enim spes aliqua consolatur, ut scribis: nos erimus etiam in omni desperatione fortis, vt tu tamen idem & hortaris & præcipis. das enim mihi iucundas recordationes conscientie nostræ, terumque earum quas te in primis auctore gessimus. Praefitissimus enim patria non minus certe quam debuimus: plus profecto, quam est ab animo cuiusquam, aut consilio hominis postulatum. Ignoscet mihi de meipso ali-

D.I.

# 50 Ad Q. Metellum, & cæteros.

quid prædicanti. quarum enim tu rerum cogitatione nos leuare. ægritudine voluisti, carum etiam commemoratione lenimur. Itaque vt mones, quātum potero, me ab omnibus molestiis & angoribus abducam, transferāmque animum ad ea, quibus secundæ res ornantur, aducere adiuuantur: tecumque & ero tantum, quātum patietur vtriusque ætas & valetudo. & si eis vna minus poterimus, quām volemus, amitorum tamen coniunctione iūdēmque studiis ita fructuari, vt nunquam non vna eis videamur.

L. LVCEIVS Q. F. S. D. M. TULLIO M. F. 14

S I vales, bene est: valeo sicut soleo: paululo tamen etiam deterius quām folco. Te requiri sui sepius, vt videā. Romæ quia postea nō fuisti, quām discollerat, miratus sum: quod item nunc miror. Non habeo certum quic te res hinc maxime retrahat. si solitudine delectare, cum scribas, & aliquid agas corū, quorum consuesti, gaudeo: neque reprehendo consilium tuum. nam nihil isto poteſt esse iuscundius non modo miseriis his temporibus & luctuosis, sed etiam tranquillis & optatis: præsertim vel animo defatigato tuo, qui nunc quietem querat ex magnis occupationibus: vel eruditio, qui semper aliquid ex te promat quod alios delectet, ipsum laudibus illustret. finaut, sicut hūc dum eras, lachrymis ac tristitiae te tradidisti, dolco, quia dole & angere. nec possum te non (si cōcedis, quod sentimus, ut liberius dicamus) acculare. quid enim tu solus aperta non vidabis, qui propter acumen occultissima perspicisti nos intelligere te querelis quotidiani nihil proficeret: nō intelliges duplicitati solicitudines, quas elecī tua te prudentia postulat? Quod si non possumus aliquid proficeret, suadendo, gratia contēdimus, & rogando, siquid nostra causa vis, ut istis te moleftiis laxes, & ad coniunctionem nostrum redcas, & ad cōsuetudinem, vel nostram communem, vel tuam solius, ac propriam. Cupio non obtūdere te, si non delectare nostro studio. cupio deterrere, ne permaneas in incepto, cum dñe res ista contraria me conturbent, ex quibus, aut in altera mihi velim, si potes, obtemperes, aut in altera non offendas. Vale.

M. CICERO S.D. L. LVCEIO Q.F. 15

O M N I S amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas à te proximè accepi, non ille q. idem mihi ignotus, sed tamen gratus & optatus: dicitem iucūdus, nū id verbum in omne tempus perdidissem. Neque ocam vnam causam, quam tu suspicaris, & in qua me lenissimis, & amantissimis verbis vicens, te grauerit accusas: sed quod illius tanti vulneris, que remedia esse debebant, ea nulla sunt. Quid enim ad amicosne confugiā: quām multi sunt habuimus enim serè communes: quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. Tecum vivere possem, equidem & maxime vellem: vetustas, amor, consuetudo, studia paria, quod vinculum, quās deest nostræ coniunctioni. Possumusne igitur eis vna nec in helcile intelligo quid impedit: sed certe adhuc non suimus cum eissemus vici ni in Tusculano, in Puteolano. Nam quid dicam in Vrbe: in qua, cum forum commune sit, vicinitas non requiritur. Sed eas nescio quo in ea tempora nostra ætas incidit, vt cum maxime florere nos oportere, tū vivere etiam puderet. Quod enim esse poterat mihi perfugium spoliato & forensibus, & domesticis ornamentis, atque solatiis: literat credo, quibus vto assidue. quid enim aliud facere possum: sed nescio quo modo ipse illæ excludere me à portu & perfugio videntur: & quasi exprobare quod in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominū, fori, curie: Itaque sic literis vtor, in quibus consummo omne tempus, non vt ab his medicinam perpetuā, sed vt exiguum obliuionem doloris peram. Quod si id egismus ego atque tu (quod ne in mentem quidem nobis veniebat propter quotidianos metus) omne tempus vna fuissemus: neque me valetudo tua offendere, neque te maior meus: quod quantum fieri poterit, consequamur. Quid enim est vtrique nostrum aptius: Propediem te igitur video.

M. CICERO S. D. TITIO. 16

E T S I vnuſ ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus, quod tantum ex tuis moleftiis cepi doloris, vt cōsolatione ipse egerem: tamen cum longius à sum-

mi luctus acerbitate meus abesser dolor, quām tuus, statui nostrae necessitudinis esse, mēque  
in te benevolentie non tacere tanto in tuo morore tardiū : sed adhibere aliquam modi-  
cam consolationem quā leuare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem  
consolatio peruvulata quidem illa maxime, quam semper in ore, atque in animo habere  
debemus, H O M I N E S nos vt esse meminimus: ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ  
proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quo minus ea, qua nati sumus, conditione  
viuamus: néte tam grauiter eos calus seramus, quos nullo consilio vitare possimus: euen-  
tisque aliorum memoria repetendis, nihil accidisse noui nobis cogitemus. Neque h̄z,  
neque cetera consolationes, quæ sunt à sapientissimis viris usurpatæ, memorique liter-  
aris proditæ, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostræ ciuitatis, & hæc  
perturbatio temporum peditorum: cum beatissimi sint qui liberos non suscepunt: mi-  
nus autem miseri qui his temporibus amiserunt, quām si eosdem, bona, aut denique ali-  
qua rep̄ perdidissent. Quod si tuum defuderum mouet, aut si tuarum rerum cogitatio-  
ne moeres: non facile exahauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto. Sin illa te res  
cruciat, quæ magis amoris est, vt corum qui occiderunt, miseras lugas: vt ea non dicam,  
quæ sapissime & legi, & audiui, nihil malis in morte: in qua si retideat sensus, immorta-  
litas illa potius, quām mors ducenda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat quæ non  
sentiatur: hoc tamen non dubitans confirmare possum, ea miseri, parati, impendere reip.  
quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur. Quid est enim iam  
non modo pudori, probitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, & fa-  
luti locionis mehercula quenquam audiuī hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adoles-  
centulum, aut puerum mortuum, qui mihi non à diis immortalibus exceptus ex his mi-  
seris, atque ex iniquissima conditione vite videtur. Quare si tibi vñ h̄c detrahi potest,  
nequid iis, quos amasti, mali putes contigisse permultum eis ex morore tuo diminutum.  
Relinquit enim simplex illa iam cura doloris tui, quæ non cum illis communicabitur,  
sed ad eis proprie referetur. in qua non est iam grauitas & sapientia tua, quam tu  
à puerō præstitisti, tere immoderatus casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorum,  
quos dilexeris, miseria, maloque sciuens. Etenim eum semper te, & priuatis in rebus, & pu-  
blicis præstitib, tuenda tibi vt sit grauitas, & constantie seruendum. Nam quod allatura  
est ipsa diurnitas quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præcipere consilio, pruden-  
tiāque debemus. Etenim si nulla fuit vñquam liberis amissis tam imbecillo mulier animo  
quæ non aliquando lugendi modum fecerit: certe nos, quod est dies allatura, id consilio ante-  
ferente debemus: neque expectare temporis medicinam, quam reprezentare ratione possi-  
mus. His ego literis suiquid profecebam, existimabam optandum quiddam me esse aſſecu-  
tum. sin manus forte valuerint, officio tamen esse functum benevolentissimi, atque ami-  
cissimi: quem me tibi & fuisse semper exultimes velim, & futurum esse cōfidas.

M. CICERO S. D. P. SESTIO P. FILIO.

17

N O N obliuione amicitie nostræ, neque intermissione consuetudinis meæ, superioribus  
temporibus ad te nullas literas misi: sed quodd priora tempora in ruinis reip. nostris que ia-  
cuerunt, posteriora autem me à scribendo tuis iniustissimis, atque acerbissimis, ineommodis  
retardarunt. Cum verò & interullum iam satis longum hulset, & tuam virtutem, ani-  
mique magnitudinem diligenter eſsem mecum recordatus: non putau es alienum insti-  
tute meis hac ad te scribere. Ego te P. Sestio, & primis temporibus illis, quibus in iniuriam  
absens, & in crimine vocabare, detendi: & cum in tui familiarissimi iudicio, ac periculo tuum  
crimen coniungeretur, vt pottii accuratissimè te, tuāque causam tutatus sum: & proxime  
recenti aduentu meo cum rem aliter institutam offendissem, ac mihi placuisset si affuiſ-  
sem, tamen nulla te salutis tua defui. cūmque eo tempore iniuria annonæ, inimici non fo-  
lum tui, verum etiam amicoru tuoru, iniurias totius iudicii, multaque alia reip. via plus,  
quām causa ipsa, veritāque valuerint: Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labo-  
re, neque gratia, neque testimonio defui. Quamobr̄ omnibus officiis amicitie diligenter à  
me, sancteque seruatis, ne hoc quidē prætermittendū es deduxi, te vt hortarer, rogare cūque vt

D. II.

## 52 Ad Q. Metellum, & cæteros.

& hominem te, & virum esse meminisse: id est ut & cōmūnem, incertūmque casum, quicunq; neque vitare quisquam nostrum, nec præstare villo pœtēt, sapienter ferre: & dolori fortiter, ac fortunæ resistere: cogitare: & in nostra ciuitate, & in cæteris que rerum potest sunt, multis fortissimis atque optimis viris iniustis iudiciis tales casus incidisse. Illud utinam ne verè scriberem, ea te rep. carere, in qua neminem prudentem hominem res vlla delectet. De tuo autem filio vereor, ne si nihil ad te scripscrim, debitum eius virtuti videar tali monitione non cepisse. Finautem omnia que sentio, prescriperim, ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies, si illius pietate, virtutem, industriam, ubique eris, tuam esse, tecum esse duces. Nec enim minus nostra sunt que animo complectimur, quam que oculis intuemur. Quamobrem & illius eximia virtus, summisque in te amor, magnæ tibi consolatiō debet esse: & nos, cæterique qui te non ex fortuna, sed ex virtute tua pendimus, semp̄rē pendemus: & maxime animi cui cōscientia, cum tibi nihil merito accidisse reputabis, & illud adiuges, H O M I N E S sapientis turpitudine, non casu: & delicto suo, non aliorum iniuria commoueri. Ego & memoria nostra veteris amicitie, & virtute, atque obseruantia filii tui monitus, nullo loco deero neque ad cōsolandum, neque ad leuandum fortunam tuam. Tu siquid ad me forte scriperis, perficiam ne te frustra scripsiſte arbitriū.

C I C E R O S. D. T. F A D I O.

18

E T S I egomet, qui te consolari cupio, cōsolandum ipse sum, propterea quod nullā rem grauius tuli iandiu, quam in cōmodum tuum: tamen te magnopere non horror solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, te colligas, virumque præbeas: & qua conditione omnes homines, & quibus tēporibus nati sumus, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit, propterea quod adeptus es quod non multi homines noui: amissisti, que plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impendere legum, iudiciorum, temporum, ut optime actum cum co videatur esse, qui quamleuissima poena ab hac rep. discesserit. Tu vero qui & fortunas, & liberos habcas, & nos, cæterosque necessitudine & be-nevolētia tecū cōiunctissimos: quāmque magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis viuendi: & cum unum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod vna sententia eaque dubia, potentius alicuius condonatū exūlmetur omnibus his de causis debes istam molestatiam quamlenissime ferre. Meus animus erit in te, liberosque tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet.

C I C E R O R VFO.

19

E T S I mihi nunquam dubium fuit quin tibi esset charissimus, tamen quotidie magis id perfipio, extatque id quod mihi ostenderas quibusdam literis, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam in prouincia suis (et si meo iudicio, nihil ad tuum prouinciale officium addi potest) quo liberius iudicium esse posset tuum. Itaque me & superiores literas admodum delectauerunt, quibus & expectatum meum adiuctum abs te amanter videbam, & cum alter res ecclisidet, ac putasse, te meo consilio magnopere esse latatum: & his proximis literis magnum cepi fructum & iudicii, & officii tui. iudicium, quod intelligo te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare vtile esse, nisi quod rectum honestumque sit. officii, quod te mecum quodcumque cepissem consiliis, polliceris fore: quo neque mihi gratius, neque, ut ego arbitror, tibi honestius esse quicquam potest. Mihi consilium captum iandiu est: de quo ad te, non quo celandus es, nihil scripti antea: sed quia communicatio consiliis tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse offici, vel potius efflagitatio ad cocundam societatem vel periculis, vel laboris. Cum vero ea tua sit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector talē animum: sed ita (non enim dimittam pudorem in rogando meum) si feceris id quod ostendis, magnam habebos gratiam. si non feceris, ignoscam: & alterum timori, alterum mihi te negare non possim, arbitror. Est enim res profectio maxima, quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est. ita tamen, ut si nos ii sumus, qui esse debemus, id est studio digni, ac literis nostris, dubitare non possimus quin ea maxime conducent que sunt rectissima. Quare tu, si simul

placebit, statim ad me venies. si idem placebit, atque eodem, nec continuo poterit: omnia tibi ut nota sint, faciam. Quicquid statueris, te mihi amicum: si id, quod opto, etiam amissimum iudicabo.

## CICERO R VF O.

20

Q u o modo potuisse, te conuenientem, si eò quò constitueras, venire voluisses. Quare eti mei commodi caufa commouere me noluisti: tamen ira exigitimes velim, me antelatum fuisse, si ad me misisses, voluntatem tuam cōmodo meo. Ad ea quæ scriptisti, commodius equidem possent de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesse: à quo mihi exploratum est, in rationibus duxerat referendis (de ceteris rebus affirmare non possum) nihil eum fecisse scientem, quod esset contra aut rem, aut existimationem tuam. dein si rationum referendarum ius vetus, & mos antiqui maneret, me relaturum rationes, nisi tecum pro coniunctione nostræ necessitudinis contulisset, confecissetque, non fuisse. Quod igitur fecisset ad urbem, si confuetudo pristina maneret: id (quum lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat, caldēmque totidem verbis refere ad aerarium) feci in provincia. neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem: sed tribui tibi tantum, quantū me tribuisse nunquam me peccitebit. Totum enim scribam tecum quem tibi video nunc esse suspectum, tibi tradidi: tu ei M. Mindium fratrem tuum adiunxit. rationes confecit me abiente sunt tecum: ad quas ego nihil adhibui prater lectionem. Ita accepi librum à me scru scriba, vt eundem accepimus à fratre tuo. Si honos es fuit, mātorem tibi habere non potuisse fides, maiorem tibi habui quām pene ipsū mihi. si prouidentum fuit nequid aliter, ac tibi & honestum & vtile esset, referetur: non habui cui potius id negotii dare, quam dare. Illud quidem certe factum est, quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates, Laodicensem & Apamensem, quæ nobis maximæ videbantur: quum ita necesse erat, rationes confecitas, & consolitas deponeremus. Itaque huic loco primum respondeo, me, quanquam iustis de causis rationes deferre properarim, tamen te expectavimus fuisse, nisi in provincia relicta rationes pro latis haberem. Quamobrem de Volusio quod scribis, non est id rationum docuerūt enim me penitus homines, in his cum omnium peritissimum, tum mihi amissimum C. Camillus, ad Volusium transferri nomen à Valerio non potuisse: peades Valerianos teneri. neque id crat  $\text{MS X X X}$ , vt scribis, sed  $\text{MS X I X}$ . erat enim nobis curata pecunia Valerii mancipis nomine: ex qua reliquum quod erat, in rationibus remuli. Sed sic me & liberalitatis fructu prius, & diligenter, & (quod minime tamē labore) mediocritate etiam praeferitur. liberalitatis, quod manus scribe mei beneficio, quām meo, legatum meum, praefectumque Q. Leptam maxima calamitate levatos: cum præstissim non deberent esse obligati: diligenter, quod exigitas de tanto officio meo, rāto etiam periculo nec scisse me quicquā, nec cogitauisse: scribam, quicquid voluisset, cum id mihi ne recieauisset quidem, penitile, prudentia, cum rem à me non impingeret actam, ne cogitatam quidem putes. Nam & Volusii liberandi meum fuit cōsilium: & vt multa tam gravis Valerianis prædibus, ipsique T. Mario depelleretur, à me inita ratio est: quam quidem omnes non solum probat, sed etiam laudent. & si verū scire vis, hoc vni scribe meo intellexi: non nimis placere. sed ego putauisse viri boni, cum populus suum seruaret, consulete fortunis tot vel amicorum, vel ciuium. Nam de Luccio est ita actum, vt authore Cn. Pöpicio, ista pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iussu esse factum. quia pecunia Pompeius est versus ut tua, quam tum depositueras ex suis. Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere. Illud me non animaduertisse, molestè ferrem, vt adscriberem, te in fano pecunia iussi: meo depositisse, nisi ista pecunia grauissimis esset, certissimisque monimentis testata: cui data, quo s. C. quibus suis, quibus meis literis P. Sestio tradita esset. Quæ cum vidarem tot vestigiis impressa, vt in his errari non posset, non adscripti id quod tua nihil referebat. ego tamen adscriptisse mallem, quum id te video desiderare. Sicut scribis, tibi id esse referendum, idem ipse sentio: neque in eo quicquam à meis rationibus discrepabunt tuz. Addes enim tu, meo iussu, quod ego quidē non addidi: nec causa est cur negem: nec si causa esset, & tu nolles, negare. Nam de  $\text{MS}$  nongentis millibus, certe ita relatum est, vt tu, siue frater tuus referri voluist. Sed fi-

D.iii.

quid est, quum de logio parū gratiosum est, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere possim, de eo mihi, cum s.c. non sum vsus, quod per leges licet, considerandum est. Tc certe in pecunia exacta ita afferre ex meis rationibus relatis non oportuit, nisi quid me fallit. sunt enim alii periores. Illud caue dubites quin ego omnia faciam quæ interesse tua, aut etiam velle te existimem, si illo modo facere possum. Quod scribis de beneficiis, scito à me & Tribb. milit. & praefectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse. In quo quidem me ratio fecellit. liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. postea certior sum factus, tringita diebus deferri necesse esse quibus rationes retulissent. Sanè molestè tuli, non illa beneficia tua potius ambitioni referuata esse, quam mea, qui ambitione nihil vicerer. De cœnionibus tamen, & de Tribb. milit. contubernialibus res est in integro. genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat. Reliquum est de his ceterum millibus, de quibus memini mihi à te Myrina literas esse allatas, nō mei errati, sed tui: in quo peccatum videbatur esse, si modo erat fratri tui & Tullii. Sed cum id corrigi non posset, quod iam depositis rationibus ex prouincia decepsimus: credo me quidē tibi pro anni mi mei voluntate, pròque ea spe facultu, quam tum habebamus, quam humanissime potuerim rescripsi. Sed neque tum me humanitate literarum mearum obligatum puto, neque me tuam hodie epistola de his ceterum sic accepisse ut ii accipiunt quibus epistole per hac tempora molestia sunt. Simul illud cogitare debes, me omnem pecuniam, quæ ad me saluis legibus peruenisse, Epheci apud publicanos deposuisse: id fuisse nō x i i. eam omnem pecuniam Pompeium abstulisse. quod ego sive aequo animo, sive iniquo fero, tu de his ceterum aequo animo ferre debes, & existimare eo minus ad te, vel de tuis cibariis, vel de mea liberalitate peruenisse. Quod si mihi expensa ista his ceterum tulisses, tamen quæ tua est suauitas, quæque in me amor, nolles à me hoc tempore estimationem accipere: nam nume ratum si cuperem, non erat. Sed hoc iocatum me putato, vt ego te existimo. Ego tamen, cum Tullius rure redierit, mittam eum ad te, siquid ad rem putabis pertinere. Hanc epistolam cur non scindi velim, causa nulla est. Vale.

M. C I C E R O S. D. L. M E S C I N O.

21

G R A T I A E mihi tua fuerunt literæ: ex quibus intellexi, quod etiam sine literis arbitrari, te summa cupiditate affectum esse videndi mei. quod ego ita libenter accipo, vt tamen tibi non concedam, nam tecum esse, ita mihi omnia quæ opto, contingant, vt vehementer velim. Ut enim cum esset maior & viororum, & ciuium bonorum, & iueundorum hominū, & amantium mei copia, tamen erat nemo quicum esset libentius, quam tecum, & pauci quibuscum esset aequi libenter: hoc vero tepon, cum aliū interierint, aliū absint, aliū mutati voluntate sint, vnum mediostolidius tecum diem libetius posuerim, quam hoc omne tempus cum plerisque eoru, quibuscum viuo necessario. Noli enim existimare, mihi solitudinem non iucundiorum esse, qua tamen ipsa vti non licet, quam sermones eorum, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut summū altero. Itaque vto codem perfugio quo tibi vrendum cœlio, literulis nostris præterea conscientia etiam consiliorum meorum. Ego enim is sum, quemadmodum tu faciliter potes existimare, qui nihil vnuquam mea potius, quam meorum ciuium causa fecerim: cui nisi inuidisset is, quem tu nunquam amasti (me enim amabas) & ipse beatus esset, & omnes boni. Ego sum qui nullius vim plus valere volui, quam honestum otium. idemque cum illa ipsa arma, qua semper timuera, plus posse sensi, quam illum consensus bonorum, quem ego idem efficeram: quavis tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare. Sed & haec, & multa alia coram breui tempore licebit. Neque me tamen vlla res alia Romæ tenet, nisi expectatio rerum Africaniarum, videtur enim mihi res in propinquū adducta differens. puto autem mea nonnihil interesse: quanquam idipsum quid interit, non sane intelligo. veruntamen quicquid illinc nütziatum sit, non longe abesse à consiliis amicorum. Est enim res iam in eum locum adducta, vt quanquam multum interit inter eorum causas qui dimicant, tamen inter victorias non multum interfuturū putem. Sed planè animus, qui dubius rebus forsitan fuerit infirmior, desperatis confirmatus est multum: quem etiam tua superiores litteræ confirmā-

runt, quibus intellexi quām fortiter iniuriam ferre: ita utique me, tibi cum summa humanitatem, tum etiam tuas literas profuisse. Venum enim scribam, teneriore mihi animo videbare, sicut omnis fere, qui vita ingenua, in beata ciuitate & in libera viximus. SED V T I L L A secunda moderatè tulimus: sic hanc non solum aduersam, sed funditus cœsum fortunam fortiter ferre debemus: vt hoc saltem in maximis malis boni sequamur, " V T M O R T E M , Q V A M E T I A M beati contempnere debeamus, propterea quod nullum sensum esset habita: tunc sic affecti non modo cōtemnere debeamus, sed etiam optare. Tu si me diligis, fruere isto otio, tibique persuade, P R A E T E R C V L P A M A C P E C C A T V M qua semper canuisi, & carebis, homini accidere nihil posse quod sit horribile aut pertimedendum. Ego, si videbitur recte fieri posse, ad te veniam breui. siquid acciderit, vt mutandum consilium sit, te certiore faciam statim. Tu ita fac cupidus mei videndi sis, vt isticne te ne moueas tam infirma valetudine, nisi ex me prius quiesceris per literas quid te velim facere. Me velim, vt facis, diligas, valetudinique tuæ & tranquillitati animi seruas.

## M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIB. VI.

## M. CICERO S. D. AVLO TORQVATO. I

**E**T S I EA perturbatio est omnium rerum, vt suz quenque fortunaz maxime peniteat, Enemōque sit quin vbius, quām ibi vbi est, esse malit: tamen mihi dubium non est quin hoc tempore, bono viro Romz esse miserrimum sit. Nam eti quocūque in loco quisquis est, idem est ei sensus, & eadem acerbitas ex interitu rerum & publicarum & suarum: tamen oculi augent dolorem, qui ea quæ exteri audiunt, intueri coguntur, nec auertere à miseria cogitationem sinunt. Quare eti multitatum rerum desyderio te angri necesse est, tamē illo dolore, quo maxime te confici audio, quod Romz non sis, animum tuum libera. Et si enim cum magna molefia tuos nūquæ desyderas, tamen illa quidem quæ requiris, suum statum tenentes nec melius si tu adfes, teneret, nec sunt villo in proprio periculo. Nee debes tu, cum de tuis cogitas, aut pricipuam aliquam fortunam postulare, aut communem recusare. De te autē ipso Torquate est tuum sic agitare animo, vt non adhibcas in consilium cogitationum tuarum desperacionem, aut timorem. nec enim is qui in te adhuc iniustior, quām tua dignitas postulabat, fuit, non magna signa dedit animi erga te mitigati. nec tamen is ipse à quo salus petitur, habet explicata aut explotata rationem salutis suz. C V M Q V E O M , N I V M bellorum exitus incerti sint, ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidem sciūtum sit ab omnium interitu: ab altera teipsum nunquam timuisse certo scio. Reliquum est, vt te idipsum quod ego quasi consolationis loco pono, maxime excruciat, commune periculum rep. cuius tanti mali, quanvis docti viri multa dicant: tamē vereor ne consolatio nulla possit vera reperi, prater illam quæ tanta est, quantum in cuiusque animo roboris est, atque incurorum. S I E N I M B E N E sentire, reque facere, latis est ad bene, beatęque viuendum: non vereor, ne cum qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit, miserum esse nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror, victoriz præmis ductos, patriam olim, & liberos, & fortunas reliquiss: sed quodam nobis officium iustum & pium & debitum rep. nostręque dignitati videbamur esse: nec cum id faciebamus, tam eramus amentes, vt explorata nobis esset victoria. Quare si id evenit quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse, non debemus ita cadere animis, quasi aliquid cuenerit quod fieri posse nūquam putarimus. Simus igitur ea mente quā rato & veritas prescribit, vt nihil in vita nobis præstidum præter culpam putemus: eaque cum caretamus, omnia humana placatè & moderate feramus. Atque hæc ed pertinet oratio, vt perditis rebus omnibus, tamē ipsa virtus se sustentare posse videatur. Sed si est spes aliqua rebus communibus, ea tu, quicunque status est futurus, carere non debes. Arque hæc mihi scribenti veniebat in mentem, me cœs cum, eius tu desperatio-

# 56 Ad A. Torquatum, & cæteros.

nem accusare solitus essem, quæcumque auctoritate tua cunctantem & dissidentem excitat. Quo quidem tempore non ego causam nostram, sed consilium improbabili. Scro enim nos iis armis aduersari videbam, que multò ante confirmata per nosmctipos erant. dolobam- que pilis & gladiis, non consilii, neque auctoritatibus nostris de iure publico disceptari. Neque ego ea, que facta sunt, fore cum dicebam, diuinabam futura: sed quod & fieri posse, & exitiolum fore, si cueniserit, videbam, id ne accideret, timebam: præsentim cum si mihi al- terum utrum de eueni, atque exitu rerum promittendum esset, id futuri quod cuenit, ex- plorarius possem promittere. His enim rebus præstabamus, que non prodeunt in aciem: visu autem armorum & militum robore inferiores eramus. Sed tu illum animum nunc adhibe quæsto, quo me tum sic oportere censemus. Hæc eò scripsi, quod mihi Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo (vt mihi quidem viuis es) narravit, te inter- dum sollicitum esse solere vehementius. quod facere non debes, nec dubitare quin au- aliqua rep. sis futurus qui esse debesset aut perdita, non affictio conditione, quædam cæteri. Hoc vero tempus, quo examinari omnes & suspensi sumus, hoc moderatione animo ferre debes, quod & in vrbe ea es, vbi nata & alta est ratio ac moderatio vite: & habes Seruum Sul- piacum quem semper vincere dilexisti, qui te profecto & bencoualentia & sapientia consola- tur. cuius si clementia & auctoratatem & consilium securi, togati potius potentiam, quam armati victoriam subficiemus. Sed hæc longiora sortasse fuerint, quam necesse fuit. illa que maiora sunt, breuius exponam. Ego habeo, cui plus quam tibi debeam, neminem: quibus tamquam debebam, quantum tu intelligis, eos huius mihi bellum casus eripuit, qui sum autem hoc tempore, intelligo. sed quia NEMO EST tam afflicatus, quin si nihil aliud studeat, nisi id quod agit, possit nauare aliquid & efficeret: omne meum consilium, operam, studium, certe velim exultumes tibi, tuisque hberis esse debitum.

## M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

PE T O à te, ne me putas obliuione tui rariis ad te scribere, quam solbam: sed aut gra- uitate valentinius, qua tamen iam paulum video levaris: aut quod absit ab Urbe, vt qui ad te proficiscatur, scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam cum iunima bencoualentia tenere, tuisque omnis res non minori mihi cura, quam meas esse. Quod maiore in varicata versata est adhuc tua causa, quam homines aut volbant, aut opinabantur: mihi crede, non est pro malis temporum, quod moleste seras. Necesse est enim aut armis virgiti remp. sempiternis, aut his politis recerari aliquando, aut funditus inten- terit. Si arma valebunt, nec eos à quibus recolleris, veteri debes, nec eos quos adiuuisti. Si autem armis aut conditione positis, aut defatigatione abicitis, aut victoria detractis, civitas respi- rauerit & dignitate tua frui tibi, & fortunis licet. Sin omnino interierint omnia, fucrit- que si exitus, quem vir prudenterissimus M. Antonius iam tum timebat, cum tantum insta- te malorum suspicabatur: miseri est illa quidem consolatio tali præsternim ciui & viro, sed tamen necessaria, NIHIL ESSERE præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat vi- uenteris. Que vis insit in his paucis verbis (piura enim committenda epistole non erant) si attendes, quod facis: profecto etiam sine meis literis intelliges, te aliquid habere quod spe- res: nihil quod aut hoc, aut aliquo recipiat: statu tuncas: omnia, si interierint, cum superflitem te esse recipere si licet quidem, velis, ferendam esse fortunam, præsternim que ab sit à culpa. Sed hæc haec tenus. Tu velim scribas ad me quid agas, & vbi futurus sis: vt aut quod scribam, aut quod veniam, scire possim.

## M. CICERO S. D. A. TORQVATO.

SUPERIORIBVS literis bencoualentia magis adductus, quam quod res ita postu- laret, fui longior. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tuas nequerat ea mea causa, atque formata, vt cui ipsi omnia desent, alterum confirmarem. Hoc item tempo- re brevior esse debeo, sive enim nihil tum opus fuit tam multis verbis, nihil magis nunc opus est: sive tum opus fuit, illud satis est, præsternim cui accessit nihil noui. Nam etiæ quo- quotidie aliquid audimus earum rerum quas ad te perfecti existimo: summa tamen eadem est, & idem exitus, quæ ego tam video anuno, quam ea que oculis cœminimus, nec vero quicquæ

video, quod non idem te videre certo scio. Nam es quem exitum acies habitura sit, diuinare nemo potest, tamen & belli exitum video: & si id minus, hoc quidcm certe, cum sit neccesse alterius trum vincere, qualis futura sit vel hac, vel illa victoria. Idque cum optime perspexi, tale video, nihil vt mali videatur futurum, si id vel ante acciderit quod vel maximum ad timore proponitur. **I T A E N I M V I V E R E**, vt non sit viuendum, misertimum est. mori autem nemo sapiens miserū dixit, ne bearo quidem. Sed in ea es vrbe, in qua hac, vel plura, & ornatiōria paries ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, **E T S I L E V I S E S T C O N S O L A T I O** ex miseriis aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse, quām quenuis aut corum qui discesserint, aut corum qui remanserint. alteri dimicant, alteri victorem timent. Sed hac consolatio leuis est: illa grauior, quae te vt spero: ego certe vitor. nec enim dum ero, angar villa re, cū omni vacem culpa: & si non ero, sensu omnino carabo. Sed rursus ~~pro~~ <sup>ad</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> hanc, qui ad te hac. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curæ sunt, & dum viuam erunt. Vale.

**M. CICERO S. D. A. TORQVATO.**

4

**N O V I,** quod ad te scriberem, nihil erat: & tamen siquid esset, scibā te à tuis certiori fieri solere. De futuris autem rebus eti semper difficile est dicere, tamen interdum coiectura possis accedere, cū est res eiusmodi, cuius exitus prouideri possit. Nunc tantum videatur intelligere, non diuturnum bellum: eti idipsum nonnullis videatur fecus. Equidem cum haec scribam, aliquid iam actum putabam, non quō ego certe sciam, sed quōd haud difficilis erat coniectura. **N A M C V M** omnis belli Mars communis, & cum semper incerti exitus præliorum sunt: tum hoc tempore ita magnæ vtrinque copia, ita parata ad depugnandū esse dicuntur, vt vtercunque vicet, non sū mirum futurum. Illa in dies singulos magis, magisque opinio hominum confirmatur, etiam si inter causas armorum aliquantum interfit, tamen inter vitorias non multum interfuturum. alteros propemodum iam sumus experti. de altero nemo est qui cogitet, cum sit metundus iratus viator armatis. Hoc loco si video: angere dolorem tuum, quem consolando leuare debeam, factor me communium malorum consolationem nullam inuenire, præter illam, quæ tamen, si possis tam suscipere, maxima est, quāque ego quotidie magis vtor: **C O N S C I E N T I A M** **R E C T A E** voluntatis maximam esse consolationem rerum incommodarum, nec esse vilium magnum malum præter culpam. A qua quum tantum absimus, vt etiam optime sentimus: cuenterisque magis nostri consuli, quam consilium reprehendatur: & quum præfittimus quod debuimus, moderate quod cuenit, seramus. Sed hoc mihi tamen non sumo, vt te consoler de communibus miseriis quæ ad cōsolandum maioris ingenii, & ad ferendum singularis virtutis indigent. Illud cuius facile est docere, cur præcipue tu dolere nihil debas. Eius enim, qui tardior in te leuando fuit, quam fore putarem, non est mihi dubia de tua salute sententia: de aliis autem nō arbitror te expectare quid sentiam. Reliquum est vt te angas, quōd absis à tuis tardiis: res molesta, ab iis præfertim pueris, quibus nihil potest esse festinus. Sed vt ad te scripsi antea, tempus est huiusmodi, vt suam quisque conditionem miserrimam pœna: & vbi quisque sit, ibi esse minime velit. Equidem nos quōd Roma sumus, miserrimum esse duco: non solum quod in malis omnibus acerbis sit videre, quām audiare: sed etiam quōd ad omnes casus subitorum periculorum magis obiecti sumus, quām si absenssum. eti meipsum consolatorem tuum, non tantū literz, quibus semper studui, quantum longinquitas temporis mitigavit. Quato fuerim dolore, meministi. In quo prima illa consolatio est, vidisse me plus, quam ceteros, cum stupiebam, quāuis iniqua conditione, pacē. **Q uod** eti casu, non diuinatione mea factum est, tamen in hæ inani prudenter laude delector. Deinde, quod mihi ad consolationem commune tecum est, si iam vocer ad exiūm vite, nō ab ea rep. auellar, qua carendum esse doleam, præfertim cum id sine ylo sensu futurū sit. Adiuuat etiam ætas, & acta iam viasque cum cursu suo bene cōficio delectatur, tum vetat in eo viam timere, quō nos iam natura ipsa pene perduxerit. Postremo, is vir, vel etiam ii viri hoc bello occiderunt, vt impudentia videatur tandem fortunari, si res cogat, reculare. Equidem mihi omnia propono: nec viuum est tantum malum

# 58 Ad A. Torquatum, & cæteros.

quod non possem impêdere. sed c v m p l v s in metuendo mali sit, quām in ipso illo quod timeret, defuso: præfertim cum id impendat, in quo non modo dolor nullus, verum finis etiam doloris futurus sit. Sed hæc satis multa, vel plura potius, quām necesse fuit, facit autem non loquacitas mea, sed benevolentia longiores epistolas. Seruum discessisse Athenis molestis nulli. non enim dubito quin magna tibi leuatione solitus sit esse quotidians congregans, & sermo cum familiarissimi hominis, tum optimi & prudèstissimi viri. Tu velim te, vt debes & soles, tua virtute sustentes. Ego, quæ te velle, quæque ad te & ad tuos pertinere arbitabor, omnia studiose, diligentèque curabo. quæ cum faciam, benevolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

QVOTIESCVNQVE filium tuum video (video autem ferre quotidie) pollicor ei studium quidem meum, & operam sine villa exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem, atque autoritatem cum hac exceptione, quantum valeam, quācumque possim. Liber tuus & letus es, & legitur à me diligenter, & custoditur diligenter. Res & fortunæ tuae mihi maximæ curæ sunt. quæ quidem quotidie faciliores mihi & meliores videtur: multisque video magnæ esse curæ: quorum de studio & de sua spe, filium ad te perscripsi certò scio. His autem de rebus quas coniectura consequi possimus, non mihi sumo, vt plus ipse prospiciam, quām te videre, atque intelligere mihi persuaderim. Sed tamè quia fieri potest vt tu ea perturbatione animo cogites, puto esse meum quid sentiam, exponere. Ea natura rerum est, & is temporum cursus, vt non possit ista aut tibi, aut ceteris fortuna esse diurna: neque hæc in tam bona causa, & in tam bonis cibibus tam acerba iniuria. Quare ad eam spem, quā extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem, & virtutem tuam (hæc enim ornamenta sunt tibi etiam cum aliis cōmunia) accedunt tua præcipua propter extimum ingenium summāque virtutē: cui mehercules hic, cuius in potestate sumus, multū tribuit. Itaque ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisset, nisi eo ipso bono tuo, quo delectatur, se violatum putasset. quod ipsum lenitur quotidie: significaturque nobis ab iis, qui simul cum eo viuunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenii apud illum plurimū profutaram. Quapropter primum ea animo forti atque magno sis: ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, vt tibi id faciendum sit. Deinde spem quoque habcas firmissimā propter eas causas, quas scripsi. A me vero tibi liberisque suis omnia paratissima esse confidas velim. id enim & veritas nostri amoris, & mea confundit in meos, & tua multa erga me officia postulant.

M. CICERO S. D. A. CAECINAE.

VERBORUM ne desyderes officium meū, quod tibi pro nostra & meritorum multorū, & studiorum, & partium cōiunctione decessit non debet: sed tamen vereor ne literarū à me officium requiras. quas tibi etiam pridem & sape misilem, nūi quotidie melius expectas, gratulationem, quam confirmationem animi tui complecti literis maluissem. Nunc, vt spero, brevi gratulabimur. itaque in aliud tempus id argumentum epistole differo. His autem literis animum tuum, quem minime imbecillum esse & audio, & spero: etiā non sapientissimi, at amicissimi hominis autoritate confirmandū etiam atque etiam puto. nec illi quidē verbis, quibus te consoler vt afflictum, & iam omni spe salutis orbatū, sed vt cum, de eius incolumente non plus dubitem, quām te memini dubitare de mea. Nam cum me expulserint ii qui illam cadere posse, stante me non putarunt: memini me ex multis hospitiis, qui ad me ex Asia in qua tu eras, venerat, audire, te de glorioſo & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quadam Hetrufæ disciplinz, quam à patre nobilissimo, atque optimo viro acceperas, non fecellit, ne nos quidem nostra diuinatione falset: quam cum sapientis famorum virorū monumētis, atque præceptis, plurimōque, vt tu scis, doctrinæ studio, tum magno etiam visu tractandæ rēp. magnaque nostrorum temporum varietate cōsecuti sumus. Cui quidem diuinationi hoc plus confidimus, quod ei nos nihil in his tam obscuris rebus, tamque perturbatis vñquam omnino fecellit. Dicerem quæ ante futura dixissem, ni vereor ne ex euentis fingere viderer. Sed tamen plurimi sunt testes, me & initio, ne cōsum-

geret se cum Cæsare, monuisse Pompeium, & postea ne seiungeret. coniunctione frangi se-  
 natus opes, diiunctioне ciuile bellum excitari videbā. Atque vtebar familiarissime Cæ-  
 sare, Pompeium faciebam plurimi: sed erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salu-  
 tare verique. Quæ præterea prouiderim, prætereo. Nolo enim hunc de me optime meritum  
 exultimare, et me fuisisse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic quidem clarus in toga, &  
 princeps: sed tantas opes, quantas nunc habet, non haberet. Eundum in Hispaniam censui.  
 quod lū feciser, ciuile bellum nullum omnino fuiser. Rationem haberi ablectis non tam  
 pugnauit ut licet, quam vt, quum ipso cōs. pugnante populus iusslerat, haberetur.  
 Caufa orta belli est, quid ego prætermili aut monitorum, aut querelarum, cum vel iniqui-  
 simam pacem iustissimo bello anteficerem? Victa est authoritas mea non tam à Pompeio  
 (nam is mouebatur) quam ab iis, qui duce Pompeio freti peropportunam & rebus dome-  
 nis sticis, & cupiditatibus suis illius belli victoriæ fore putabant. Siuecepū bellum est, quie-  
 scēt me depulsi ex Italia, manete me quoad potui. sed valuit apud me plus pudor meus,  
 quam timor. veritus sum dectis Pompeii saluti, cum ille aliquando non defulset me. Ita-  
 que vel officio, vel fama bonorum, vel pudore vietus, vt in fabulis Amphiaraus, sic ego pru-  
 dens, & sciens ad pestem ante oculos positem sum profectus. Quo in bello nihil aduersi  
 accidit non prædicente me. Quare quam, vt augures & astrologi solent, ego quoque augur  
 publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te authoritatem augurii, &  
 diuinationis meæ: debet habere fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis iniuolatu, nec è  
 cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est: nec ex tripudis solistimis, aut soniuis tibi  
 auguror: sed habeo alia signa quæ obscuræ, quæ etiæ non sunt certiora illis, minus tamen  
 habent vel obscuritatis, vel erroris. Notantur autem mihi ad diuinandū signa duplice  
 quadam via, quarum alteram duco è Cæsare ipso: alteram è temporum ciuilium natura atque  
 ratione. In Cæsare hæc sunt: mitis, clemén̄tia natura, qualis exprimitur præclare illo li-  
 bro querelarum tuarum. accedit, quod mirificè ingenii excellētibus, quale est tuum, dele-  
 ctatur. præterea cedit multorum iustis & officio incensis, non inanibus aut ambitiosis vo-  
 luntatibus. In quo vehementer cum consentiens Erruria mouebit. Cur hæc igitur adhuc  
 parum profererunt: quia non putat se sustinere causas posse multorum, si tibi, cui iustiū  
 videtur irasci posse, concederit. Quæ est igitur, inquires, spes ab irato? Eodem fonte se haue-  
 shurum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus. Postremò, homo valde est acutus, &  
 multum prouidens. intelligit tc hominem in parte Italiz minime contempnenda facile o-  
 minium nobilissimum, & in communī rep. cuius suminorum tuz zetatis, vel ingenio, vel  
 gratia, vel fama Pop. Ro. parem, non posse prohibere rep. diutius. nollet hoc temporis po-  
 tius esse aliquando beneficium, quam tam tuum. Dixi de Cæsare: nunc dieam de tem-  
 porum, rerumque natura. Nemo est tam inimicus ei caufæ, quam Pompeius animatus melius  
 quam paratus suscepérat, qui nos malos cues dicere, aut homines improbos audiat. In  
 quo admirari soleo grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cæsaris. nunquam, nisi honori-  
 ficentissime Pompeium appellar. At in eis personam multa fecit asperius. Armorum ista  
 & victoriz sunt facta, non Cæsaris. At nos quadmodum est complexus! Cassium sibi lega-  
 uit, Brutum Galliz præfecit, Sulpitium Graciz, Marcellum, cui maxime succensibat, cum  
 summa illius dignitate restituit. Quo igitur hæc spectante Rerum hoc natura, & ciuilium  
 temporum non patietur: nec manens, nec mutata ratio feret: primū, vt non in causa pari  
 eadem sit & conditio, & fortuna omnium: deinde, vt in eam ciuitatem boni vitri, & boni ci-  
 ues nulla ignominia notati non revertantur, in quam tot nefariorum scelerum cōdemnati  
 reueterunt. Habet augurium meum: quo, siquid addubitarer, non potius vterer, quam  
 illa consolatione, quæ facile fortem virum sustentaret. Te, si explorata victoria arma lumi-  
 plissæ pro rep. (ita enim tum putabas) non nimis esse laudandum. si propter incertos exi-  
 tus, cœntūlque bellorū, posse accidere ut vincerecremus, putas: non detegre te ad secundam  
 fortunam bene paratū huisce, aduersam ferre nullo modo te posse. Disputarem etiam quan-  
 to solatio tibi conscientia tui facti, quanta delectationi in rebus aduersis literæ esse debe-  
 rent. Commemorarem non solum veterum, sed horum etiam recentium, vel ducum, vel

# 60 Ad A. Torquatum, & cæteros.

comitum tuorū grauissimos casus. Etiam externos multos claros viros nominarem. I. E. V. A. T. E. N. I. M. D. O. L. O. R. E. M. communis quasi legis, & humanæ conditionis recordatio. Exponerem etia m quemadmodum hic, & quanta in turba, quantique in confusione rerum omnium viuerentur. Necesse est enim minore desiderio perdita rep. catere, quam bona. Sed hoc genere nihil opus est: in colummam te citoſ ut ipero, vel potius ut perspicio videbimus. interea tibi absenti, & huie qui adest, imaginis animi, & corporis tui, constantissimo, atque optimo filio tuo, studium, officium, operam, laborem meum, iampridem & pollicitus sum, & detuli. Num hoc amplius, quod me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur: familiares quidem eius ficiunt neminem. apud quem quicquid valebo vel authontate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, vt cum firmitudine te animi, tum etiam spe optima sustentes.

## CAECINA CICERONI PLVR. SAL.

7

Q. V. O. D. tibi nō tam celeriter liber est redditus, ignoscet timori nostro, & miserere temporis. Filius, ut audio, pertinuit, neque iniuria, si liber exisset: quum tunc tam intereat quo animo scribatur, quām quo accipiatur, ne ea res incepit mihi nocet, cum præfertim adhuc stylī poenas dem, qua quidem in re singulari sum fato. Nam eum mendum scripture, litera tollatur, stultitia fama multetur, meus error exilio corrigitur: cuius summa criminis est, quod armatus aduersario maledixi. Nemo nostrum est, ut opinor, qui vota vicitoriz sive fecerit: nemo quidem cum de alia re immolare, tamen eo quidem ipso tempore, ut quamprimum Cæsar superaretur optaret, hoc si non cogitat, omnibus rebus felix est: si scit, & persuasus est: quid irascitur ei, qui aliquid scriptū contra suam voluntatē: cum ignorat omnibus qui multa deo venerati sint cōtra eius salutem. Sed ut eodem reuerat, causa hæc fuit timoris: scriptū de te parcer mediussidius, & timidus, nō recuocans me ipse, sed pene refugieus. Genius autem hoc scripture non modo liberum, sed incitatū, atque latum esse debere quis ignorat: Solutum existimatū est, alteri maledicere: tamen caudū est ne in perulantiam incidas. Impeditum, se ipsum laudare, ne vitium arrogatius subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahias, necesse est aut infirmitati, aut inuidiæ assiguerit. Ac nescio, an tibi gratius, opportuniusque acciderit. Nam quod præclare facere tunc poteram, primum erat nō attingere secundum beneficium, quam parcellime facere. sed tamen ego quidem me sustinui, multa minui, multa sustuli, coplura ne posui quidem. Q. V. E. M. A. D. M. O. D. V. M. igitur scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos male harentes relinquas, ruinæ periculum struas, nō ascensum pares: sic tot malis cum vincitum, tum fraetum studium scribedi, quid dignum auribus, aut probabile potest afficer? Cum vero ad ipsius Cæsaris nomen veni, toto corpore contremesco, nō poteris meū, sed illius iudicis, totū enim Cæsarem non noui. quem putas animū esse, vbi secum loquitur? hoc probabit? hoc verbū suspiciosum est, quid si hoc multo at vero ne peius sit. Age vero, laudo aliq[ue]: num offendit? cum postio offendā, quid si nō vulnarmati stylum persequitur: vieti & nondū testitati quid facies Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem focium queris. Vbi hoc omnium patronus facit, quid me veterem tuum, nunc omnium clientem sentire oportet? In hac igitur calunia timoris, & ex ea suspicionis tormento, cum plurima ad alieni sensus conjecturam, non ad sumum iudicium scribantur, quām difficile sit euadere, si minus expertus es, quod te ad omnia sumum atque excellens ingenium armavit, nos sentimus. Sed tamē ego filio dixeram, librum tibi legeret & auferret aut ea conditione dare, si reciperes te correctū, hoc est, si totum alium facetas. De Asiatico itinere, quām summa necessitas premebat, ut imperasti, feci. Te pro me quid horter? vides tempus venisse, quod necesse sit de nobis constitui. Nihil est mi Cicer, quod filium meum expectet: adolescentis est: omnia excoigitare vel studio, vel exitate, vel menti non potest. Totū negotium tu sustineas oportet: in te mihi omnis spes est, tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiantur Cæsar, tenet. à te omnia proficiantur, & per te ad exitum perducantur, necesse est: apud ipsum multum, apud eius omnis plu- sum potes: vnu tibi si persuaderis, nō hoc esse tui maneris, siquid rogatus fueris, ut facias

(quoniam id magnum & amplum est) sed totum tuum esse onus, perficies. Nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudenter tibi onus impono. Sed virtute rei excusationem, tuz vite confuetudo dat. nam quod ira consuesti pro amicis laborare, non iam sic spectant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares. Quod ad librum attinet, quem tibi filius dabit, peto a te ne exeat: aut ita corrugas ne mihi noceat.

## CICERO CAECINAE.

8

CVM esset mecum Largus homo cui studiosus locutus, Cal. Ian. tibi praefinitus esse: quod omnibus rebus perspiceram quaz Balbus & Oppius absente Cesare egissent, ea solete illi tata esse, egi vehementer cum his, ut hoc mihi darent, tibi in Sicilia, quoad vellemus, esse vti licet. Qui mihi consuerint aut libenter polliceti, liquid esset ciuiusmodi, quod corū animos non offendaret: aut etiam negare, & afferre rationem cur negarent: huic mez rogationi potius non continuo responderunt, eodem die tamen ad me reueterunt: mihi hoc dederunt, vt essem in Sicilia, quoad velles: se praſtaratos, nihil ex eo te offensionis habiturum. Quum quid tibi permittatur, cognosti: quid mihi placeat, puto te scire oportere. Actis his rebus literæ à te mihi redditz sunt, quibus à me consilium petis quid sim tibi author, in Siciliâ subſidas, an vt ad reliquias Asiaticæ negotiationis proficiſcare. Hæc tua deliberatio non mihi conuenit: viſa est cum oratione Largi. Ille enim mecum quæſi tibi non licet in Sicilia diutius cōmorari, ita locutus erat: tu autem quasi concessum sit, ita delibetas. Sed ego, siue hoc, siue illud est, in Sicilia censeo cōmorandum. Propinquitas locorum vel ad impeſrandum adiuuat crebris literis & nuntiis: vel ad redditus celeritatem, re aut impetrata (quod spero) aut aliqua ratione conſecta. Quamobrem censeo magno opere cōmorandum. T. Furfano Polthumo familiaris meo, legatisque eius, item meis familiaribus diligenterne te commēdabo, cum venerantur enim omnes Mutinæ: viri sunt optimi, & tui ſimilium ſtudioſi, & mei necellari. Quaz mihi venient in mentem, que ad te pertinere arbitabor, ea mea ſpōe faciam. Si quid ignorabο, de eo admonitus, omnium ſtudia vincam. Ego eſi corām de te cū Furfano ita loquar, vt tibi literis meis ad eum nihil opus sit: tam quum tuis placuit te habere meas literas, quas ei redderes, morem his gessi. carum literarum exemplum infra ſcriptum es.

## M. CICERO FVRFANO PROGOS. S.

9

CVM A. Cæcina tanta mihi familiaritas, coſuetudineque ſempre fuit, vt nulla maior eſſe poſſit. Nam & patre eiusclaro homine, & forti viro plurimum viſi sumus: & hunc à puro quod & ſpem mihi magnam aſſerbat ſummi probitati, ſummæque eloquentiæ, & viuebat mecum coniunctissime non ſolum officiis amicitia, ſed etiam ſtudiis communibus, ſic ſempre dilexi, vt nō villo cum homine coniunctius viuere. Nihil attinet me plura ſcribere, quām mihi neceſſe eſt eius ſalutē & fortunas, quibusunque rebus poſſim, tueri vides. Reliquum eſt, vt cum cognorim pluribus rebus, quid tu & de bonorum fortuna, & de reip. calamitatibus ſentires, nihil à te petam, niſi vt ad eam voluntatem quam tua ſponde erga Cæcina habiturus eſes, tantus cumulus accedat commēdatione mea, quanti me à te ſicuti intellico. Hoc mihi gratis facere nihil potes. Vale.

## M. CICERO TREBIANO S.

10

Ego quanti te faciam, ſemp̄eque fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, ſum mihi ipſe tellis. Nam & confilium tuum, vel caſus potius diutius in armis ciuitibus cōmorandi, ſempre mihi magno dolori fuit: & hic eventus (quod tardius quām eſt ſequum, & quām ego vellem, recuperas fortunam & dignitatem tuam) mihi non minori cura eſt, quām tibi ſempre fuerūt caſus mei. Itaque & Polthumuleno, & Scſtio, & ſapissime Attico noctro, proximæque Teudis liberto tuo totum me pateteci: & hæc hiſ ſingulis ſepe dixi, quacunque te poſſem, me tibi, & liberis tuis ſatisfacere cupere: idque tu ad tuos velim ſcribas: hæc quidem certe, quaz in potestate mea ſunt, vt operā, cōſilium, rem, fidem meam, ſibi ad omnes res paratam putent. Si autoritate & gratia tantū poſſem, quantum in ea rep. de qua ita meritus ſum, poſſe debere: tu quoque is eſes qui fuisti, cum omni gradu ampliſſimo digniſſimus, tum certe ordinis tui facile princeps. Sed quum eodē tempore, eadē cinque de cauſa noſtri

## 62 Ad A. Torquatum, & cæteros.

vterque occidit tibi & illa pollicetur quæ suprà scripsi, quæ sunt adhuc mea: & ea quæ præterea videor mihi ex aliqua parte retinere tanquam ex reliquis pristinæ dignitatibus. Neque enim ipse Cæsar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus à nobis: & omnes sere familiarissimi eius casu deuinècti magnis meis veteribus officiis, me diligenter obseruant & colunt. Itaque si qui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi (quod quidem quotidiæ magis ex eorum sermonibus adducor ut sparem) agam per me ipse, & moliar. Singula persequi non est necesse: vniuersum studium meum & benevolentiam ad te defereo. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire: quod tuis literis fieri potest ut intelligent omnia Ciceronis patræ Trebiano. Hoc cō pertinet, ut nihil existimement esse tam difficile, quod non pro te mihi suscepimus, iucundum sit futurum.

M. CICERO TREBIANO. 5.

ANTEA misericordem ad te literas, si genus scribendi inuenire. tali enim tempore, aut cōfō-<sup>10</sup>lari amicorum est, aut polliceri. Consolatione non vtebar, quod ex multis audiebā quām fortiter, sapienterque ferres iniuriam temporū, quāmque te vehementer consolaretur conscientia saætorum, & cōfiliorū tuorum. quod quidem sū facis, magnū fructum studiorū optimorum capis, in quibus te semper seio esse versatū: idque ut facias, etiam atque etiā te horror. Simul & illud nibi homini periclitissimo rerū & exemplorū, & omnis vetustatis, ne ipse quidem rudit, sed in studio minus fortasse quām velle, & in rebus, atque viu plus etiam quām velle, versatus: spondeo, tibi istam acerbitudinem & iniuriam non diuturnè fore. Nam & ipse qui plurimū potest, quotidie mihi delabī ad æquitatem, & ad rerum naturam videatur: & ipsa causa ea est, vt iam simul cum rep. quæ in perpetuum iacere non potest, necessariò resuefecat atque rectetur: quotidieque aliquid fit lenius & liberalius, quām timebamus. Quæ quām in temporum inclinationibus sæpe parsu posita sunt, omnia momenta obseruabimus, neque ullum prætermittimus tui iuriandi, & leuandi locū. Itaque illud alterū quod dixi literarū genus, quotidie mihi, ut spero, fiet proclivius, ut etiam polliceri possim: id re, quām verbis, faciam libentius. Tu velim existimes, & plureis te amicos habere, quām qui in isto casu sint, ac fuerint, quantum quidem ego intelligere potuerim: & me condescere conum nemini. Fortem fac animum habeas & magnum: quod est in vno te. quæ sunt in fortuna, temporibus regentur, & consiliis nostris prouidebuntur.

M. CICERO S. D. TREBIANO. 11

DOLABELLA M ante tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus esse: & ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis. Nunc tanto sum deuinèctus eius beneficio, quod & ante in re, & hoc tempore in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Quia in re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi granulari quām gratias agere malim. alterū omnino non desydero: alterū vere facere poteris. Quod reliquū est, quām tibi virtus & dignitas tua redditum ad tuos aperuit, est tua sapientia, magnitudineque animi, quid amilis, obliuisci: quid recuperaris, cogitare, viues cum tuis, viues nobiscum. plus adquisisti dignitatis, quām amisti rei familiari: quæ ipsa tum esset iucundior, si villa res esset publica. Vestorius noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Hec prædicano tua mihi valde grata est: cāque te vti facile parior, cū apud alios, tum mehercule apud Syronem amicū nostrū. Quæ enim facimus, ea prudētissimo cuique maxime probata esse volimur. Te cupio videre quæptum.

CICERO AMPIO S. P. 12

GRATVLO R tibi mi Balbe, vterque gratulor: nec sum tam stultus, vt te vifite falsi: gaudiū frui velim, deinde frangi repente, atque ita cadere, vt nulla res te ad æquitatem animi possit postea extollere. Ego tuam causam aperius, quām mē tempora serebant. Vinciebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiz nostrz, tui charitate, & meo perpetuo erga te amore, culto à te diligentissime. omnia promissa, confirmata, certa & rata sunt quæ ad redditum & ad salutē tuam pertinent. vidi, cognoui, interfui. etenim omnes Cæsar's familiaris satis opportune habeo implicatos cōfuerudine & benevolentia, sic vt cum ab illo discessint, me proximum habcant. Hoc Panfa, Hircius, Balbus, Oppius, Matius, Polthumius pla-

ne ita faciunt ut me vniçè diligant. Quòd si mihi pro me efficiendū fuisset, non me penitenter pro ratione temporum ita esse molitus. sed nihil est à me inscritū temporis causa. veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non desisti. Principe tamen habuimus Panoram, cui studiolum suum, mei cupidum; qui valeret apud illum non minus auctoritate, quam gratia. Cimber autem Tullius mihi plane satificat. Valerius tamen apud Cæfarem non tam amboīos rogationes, quam necessarie, quam quia Cimber habebat, plus vultus, quam pro vlo alio valere potuisset. Diploma statim nō est datum, quòd mirifica est improbatas in quibusdam qui tulissent acerbium tibi veniam dari, quā illi appellabat tubam belli ciuilis: multaque ita dicunt, quasi non gaudeant id bellū incidisse. Quare visum est occultius agendum, neque vlo modo diuulgandū, de te iam esse perfectum: sed id erit perbreui: nec dubito quin legente te has literas confecta iam res futura sit. Panis quidem mihi, grauis homo & certus, non solū confirmauit, verum etiam recipit perecliter se ablaturum diploma. Mihi tamen placuit, hæc ad te perscribi. minus enim te firmū sermo Eppulice tue, lachrymataque Ampīz declarabat, quam significant tue literæ, atque illæ arbitrabantur, cum à te absent ipſa, multo in grauiore te cura futurum. Quare magno opere putavi angoris & doloris tui leuandi causa, pro certis ad te ea quæ carent certa, perscribi. Scis me antea sic solituſ eſſe ſcribere ad te, magis ut cōſolaret fortem vi- rū arguſ sapientem, quam vt exploratā ſpem ſalutis oſtenderem, niſi eam, quam ab ipſa rep. cum hic ardor extinctus eſſet, ſperari oportere conſiderem. Recordare tuas literas, quibus & magnum animum mihi ſempre oſtendisti, & ad omnis casu ſerendos conſtantem, ac paratum. quod ego nō mirabar, cum recordarer te & a primis temporibus ætatis in rep. cōfide versatum: & tuos magistratus in ipſa diſcrimina incideſſe ſalutis, fortunarūmque cōmu- niūm: & in hoc ipsum bellum eſſe ingreſsum, non ſolum vti viator, beatus: ſed etiam, vt (ſi ita accidit) viētū vt ſapiens eſſes. Deinde, cum ſtudium tuum consummas in viroſ ſor- tum factis memorie prodendis, conſiderare debes nihil tibi eſſe cōmittendum quamobrem corum, quos laudas, te non ſumillimū præbeas. Sed hæc oratio magis eſſet apta ad illa tempora quæ iam effugiti. Nunc vero tantū te para ad hæc nobiscum terēda: quibus ego, ſiquam medicinam inuenire, tibi quoque eadem tradecem. ſed et vnum perlungum, do-ctrina ac literæ, quibus ſemper vli ſumus: que ſecundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem. ſed vt ad initium reuertar, caue dubites quin omnia de ſalute ac reditu tuo perfecta ſint.

## C I C E R O L I G A R I O .

13

ET SI tali tuo tempore, me aut consolandi, aut iuandi tui cauſa ſcribere ad te aliquid pro noſtra amicitia oportebat: tamen adhuc id nō feceram, quia neque lenire videbar oratione, neque leuare poſic dolorem tuum. Poſtea vero quām magnā ſpem habere coepi, fore vt te breui tempore in columem habereamus: facere non potui, quin tibi & ſententiam, & voluntatem declararem meam. Primū igitur ſcribam quod intelligo & perſpicio, non fore in te Cæfarem duriorem. nam & te eum quotidie, & dies, & opinio homini, & (vt mihi videtur) etiam ſua natura mihiorem facit: idque cum de reliquis ſentio, tum de te etiam audio ex familiarissimi eius, quibus ego ex eo tempore, quo primū ex Africa nuntius veniſ, ſupplicare vñā cum fratribus tuis non defiſti: quorū quidem & virtus & pietas, & amor in te singularis, & affida, & perpetua cura ſalutis tue tantum proficit, vt nihil fit quod non ipſum Cæſare tributurū exultimem. Sed si tardius fit quām volumus: magnis occupationibus eius, à quæ omnia petuntur, adiutus ad cum difficultiores fuerunt: & ſimil Africanus cauſa iratoř, diutius velle videtur eos habere ſollicitos, à quibus ſe putat diurnioribus eſſe moleſtis conſiliariū. ſed hoc ipsum intelligimus cum quotidie remiſſius, & placatus ferre. Quare mihi crede, & memoriz manda, me tibi id affirmasse, te in iſis moleſtis diutius nō futurum. Quum quid ſentirem expoſui: quid vellem tua cauſa, te potius declarabo, quam oratione. Et ſi tantum poſſem, quantum in ea rep. de qua ita ſum meritus vt tu exiftimas, poſſe deſebam: ne tu quidem in iſis incommodis eſſes. Eadem enim cauſa opes meas fre- git, quæ tuam ſalutem in diſcrimen adduxit. Sed tamen quicquid imago veteris mez di-

# 64 Ad A. Torquatum, & cæteros.

gnitatis, quicquid reliquæ gratia valebunt: studium, cōsilium, opera, gratia, fides mea, nullo loco deicit tuis optimis fratribus. Tu fac habcas fortē animū, quem semper habuisti: primum ob eas causas, quas scripsi: deinde, quod ea de rep. semper voluisti atque sensisti, ut non modo cum secunda sperare debcas, sed etiam, si omnia aduerterea essent, tamen conscientia & factorum & consiliorum tuorum, quæcunque acciderent, fortissimo & maximo animo ferre deberes.

## CICERO LIGARIO.

14

M E S C I T O omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute consumere, nam cum te semper maxime dilexi, tum fratrum tuorum, quos æque atque te, summa benevolentia sum cōplexus, singularis pietas, amōrque fraternus, nullum me patitur officii erga te, studiisque munus, aut tempus prætermittere. sed quæ faciam, fecerimque pro te, ex illorum te literis, quæm ex meis, malo cognoscere. Quid autem sperem, aut confidam, & exploratrum habeam de salute tua, id tibi a me declarari volo. Nam si quisquam est timidus in magnis periculisque rebus, semperque magis aduersos rerum exitus metuens, quæm sperans secundos, is ego sum: & si hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen cum ad v. Cal. intercalatis priores, rogatu fratru tuorum venissim mane ad Cæfarem, atque omnem adeundi, & conueniendi illius indignitatem, & molestiam pertulisse: cum fratres & propinquai tui iaceret ad pedes: & ego eisdem locutus, quæ causa, quæ tuum tempus postulabat: non solum ex oratione Cæfaris, quæ sane mollis & liberalis fuit, sed etiā ex oculis & vultu, ex multis præterea signis, quæ facilius perspicere potui, quæm scribere: hanc in opinionē discessi, vt mihi tua salus dubia non esset. Quæobrem sic animo magno fortique sis: & si turbidissima sapienter forebas, tranquilliora lata feras. Ego tamen tuis rebus sic adero vt difficillimi: neque Cæfari solū, sed etiam amicis eius omnibus, quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut adhuc feci, liberrimè supplicabo. Vale.

## CICERO BASILIO S.

15

T I B I gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tucor: à te amari, & quid agas, quidque agatur, certior fieri volo.

## BITHYNICVS CICERONI S.

16

S I mihi tecum non & multæ & iustæ cause amicitia priuatim esset, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, quod faciendum ius existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsoſtū amicitia, cuius fiducia petto à te, vt absenterem me, quibuscumque in rebus opus fuerit, tucare, si nullum officium tuum apud me intermoritorum existimas. Vale.

## M. CICERO BITHYNICO S.

17

C V M ceterarum rerum causa cupio esse aliquando tempore publicam constitutam, tum velim mihi credas, accedere id etiam, quo magis expetam promissum tuum, quo in literis vteris. Scribis enim, si ita sit, te mecum esse victurum. Gratissima mihi tua voluntas est: facilisque nihil alicuius necessitudine nostra, iudicisque patris tui de me, summi viri. Nam sic habeto, beneficiorum magnitudine, eos qui temporibus valuerunt, aut valeant, coniunctiores tecum esse, quæm me necessitudine neminem. Quæobrem grata mihi est & memoria tua nostræ coniunctionis, & cius etiam augendæ voluntas.

## CICERO LEPTAE.

18

S I M V L A C accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui ē Balbo per codicillos, quid esset in lege. Rescripsit, eos, qui facerent praconium, vetari esse in Decurionibus: qui fecissent, non vetari. Quare bono animo sint & tui, & mei familiares: neque enim erat ferendum, cum qui hodie aruspiciā facerent, in senatu Romæ legerentur, eos, qui aliquando praconium fecissent, in municipiis Decuriones esse nō licere. De Hispanis noui nihil: magnū tamen exercitum Pompeium habere constat, nam Cæsar ipse ad vos misit exemplum Pæciaci literarū, in quo erat illi x i esse legiones: scriperat etiam Messala Q. Salasio, P. Curtiu fratem eius, iussu Pompei, inspectante exercitu interfectum, quod consenserat cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariz causa venisset,

cum cōprehendere, ad Cæsarēmque deducere. De tuo negotio quod spōfor es pro Pompeio, si Galba cōponfor tuus redierit, homo in re familiarī non parū diligens, nō dīfīnam cum illo cōmūniicare, siquid expēdīri possit, quod videbatur mihi ille confidere. Oratōrem mēcum tantopere à te probari vēhementer gaudeo. Mihi quidē sic p̄fūsadeo, me, qui-  
quid habuerim iudicij di cēndo, in illum librum contulisse. Qui si est talis qualem tibi  
7 videri scribis, ego quoque aliquid sum: sīn aliter, non recuso quin quantum de illo libro,  
tantundem de mei iudicij fama detrahatur. Lēpant nostrum cupio delectari iam talibus  
scriptis: etiā abeūt maturitatis zētatis, tamen personare aures eius hūusmodi vocibus non est  
inutile. Me Rōma tenuit omnino Tullia mea partus. Sed cūm ea, quemadmodum spero,  
satis firma sit, teneor tamē, dum à Dolabellā procuratoribus exīgam primam p̄fōnēm.  
& mehercule non tam sum peregrinator iam, quām solebam. Edificia mea me delectabāt,  
& otium domus est, quz nulli mēcarum villarum cēdat, otium omni desertissima regione  
10 manus. Itaque ne litera quidem mea impediuntur, in quib⁹ sine vlla interpellatione ver-  
tor. Quare, vt arbitror, prius hic te nos, quām iſcī tu nos videbis. Lēpta suauissimus edi-  
scat Heliodium, & habeat in ore,

res d' aſcēs iſpōrū.

## CICERO LEPTAE.

19

M A C V L A M officio funētū esse gaudeo: cūs falernum mihi semper idoneum vīsum  
est diuersorii, si modo tēcī fatis est ad comitatum nostrum recipiēdū. Ceteroqui mihi  
locus non diſplicet, nec ca re Petrinum tuum deferam. Nam & villa & amēritas illa, cō-  
morationis est, non diuersorii. De curatione aliqua munerum regiorū cum Oppio locu-  
tus sum. nam Balbum, postea quām tu es profectus, nō vidi. tantis pedum doloribus affici-  
tur vt sc̄ conueniri nolit. Omnino de tota re, vt mihi videris, sapientius faceres si nō cura-  
res, quod enim eo labore allequi vis, nullo modo allequaere. tanta est enim intimorū multi-  
tudo, vt ex his aliquis potius effluerit, quām nouo sit aditus: p̄ſerūtū qui nihil afflēt p̄z-  
ter operam, in qua ille se dedilēt beneficium putabit, si modo ipsum ſc̄it nō accipiat. Sed  
tamen aliquid videbimus in quo fit ſpecies: aliter quidem non modo nō appetendum, sed  
eniam fugendum puto. Ego me Aſtūre diutius arbitrot commoraturum, quoad ille quā-  
doque veniat. Vale.

## CICERO TORANTO 5.

20

D E D E R A M triduo antē pueris Cn. Plancii literas ad te: eo nunc ero breuior: tēque, vt  
antea cōſolabar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse vñilius, quām ibidem opperiri,  
quoad ſc̄ire poſſis quid tibi agendū fit. Nā p̄zter nauigationis longe & hyemalis, & mi-  
nime portuofz periculum, quod vitaueris, ne illud quidem non quariuſ, ſubito cum certi  
aliquid audieris, te iſtine poſſe p̄ficiſci. Nihil est p̄zter cura aduētibus te offere: gestis.  
• Multa p̄zterea metuo, quazcum cum Chilonc nōtro cōmunicauī. Quid multa loco op-  
portuniore in his malis nullo eſſe potuisti, ex quo te quoquā opus erit, facillime & ex-  
pediſſimē conſeras. quod si recipierit ille ſc̄ ad tempus, aderis: ſin (quim multa accidere poſ-  
ſunt) aliqua res eū vel impedit, vel morabinur, m̄ ibi eris vbi omnia ſc̄ire poſſis. hoc mihi  
proſuſ valde placet. De reliquo vt te ſape per literas hortatus sum, ita velim tibi per-  
ſuadeas, te in hac cauſa nihil habere quod tibi timendū fit, p̄zter cōmūnem eafum ciuitatis:  
qui eſi eſt grauiſſimus, tamen ita virilis, & id zetatis iam ſumus, vt omnia que non  
noſtra culpa nobis accidant, fortiter ſerte debeatim. Hic tui omnes valent, ſummaq; pie-  
tate te defyderāt, & diligunt & colunt. Tu cura vt valeas, & te illinc ne temere cōmoueas.

## CICERO TORANIO.

21

E T S I cum hæc ad te ſcribām, aut appropinquare exitus hūis calamitosissimi bellī,  
aut iam aliquid aſtrū & cōfēctū videbatur, tamen quotidie commemorabām te vñum  
in tanto exercitu mihi fuſſe aſſenſorem, & me tibi ſolōſe nos vñdile, quantum eſſet in  
eo bello mali, in quo ſpe pacis exculſa, ipsa victoria futura eſſet acerbissima: quiz aut inter-  
itum allatuta eſſet, ſi victus eſſes: aut ſi viciſſes, ſeruititem. Itaque ego, quem tum fortes illi  
viri & sapientes Domiti & Lentuli timidū eſſe dicebant (eram planci timebam enim ne  
euenirent ea quaz acciderunt) idem nunc nihil timeo, & ad omnēm euentum paratus ſum.

E.i.

# 66 Ad M. Marium, & cæteros.

Cum aliquid videbatur cauti posse, tum id negligi dolebam. nunc vero eueris omnibus rebus, cum consilio profici nihil possit, vna ratio videtur, quicquid euenerit, ferre moderate: præstern cum omnium rerum mors sit extremum: & mihi sum conscius, me quoad licuerit, dignitati republike consoluisse: & hac amissi, salutem retinere voluisse. Hec scripti non ut de me ipse dicent, sed vt tu, qui coniunctissima fuisti mecum & sententia & voluntate, eadem cogitates. Magna enim consolatio est cum recordare, etiam si focus acciderit, te tamē recte verèque sensisse. Atque vitam licet aliquando aliquo reip. statu nos frui, inter nosque cōfere solicitudines nostras, quas pertulimus tūm, cum timidi putabamur, quia dicebamus ea futura quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse quod timeas, præter viuieris recipientium, tibi confirmo. de me autem sic velim iudices, quantum ego possum, me tibi, salutis tuz, liberisque tuis, summo cum studio præsto semper futurum. Vale.

C I C E R O D O M I T I O.

22

N O N ea res me deterret, quod minus postea quam in Italiam venisti, literas ad te mittrem, quod tu ad me nullas miseras. sed quia nec quid tibi pollicerer, ipse egenis rebus omnibus: nec quid suaderem, cum mihi met ipsi consilium desistat nec quid consolationis afferem in tantis malis, reperiabam. Hec quanquam nihil meliora sunt, nunc etiam atque etiam multo desperatione, tamen inane esse meas literas, quam nullas malui. Ego si te intelligerem plus conatu esse suscipere republike causa munieris, quam quantu[m] præstare potuisses: tamen quibuscumque rebus possem, ad eam conditione te viuendi, quæ daretur, quæque esset, hortarer. Sed cum cōsiliis tui bene fortiterque suscepisti, cum tibi finem statuens quæ ipsa fortuna terminu[n] nostrarum contentionis esse voluisset: oro obtestor que te pro vetere nostra coniunctione ac necessitudine, præque summa mea in te benevolentia, & tua in me pari, te vt nobis parenti, coniugi, tuusque omnibus quibus es, fuisti que semper charifissimum, saluum conferues: in columbari tuz tuorumque, qui ex te pendent, cōsulas: quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrime à sapientissimi viris tradita memoria & scientia comprehendisti, his hoc tempore vtare, quos coniunctos summa benevolētia plurimisque officiis amisisti, corum defuderimus, si non aquo animo, at forti feras. Ego quid possum nescio, vel potius me parum posse sentio: illud tamē tibi pollicor, me quæcumque saluti dignitatique tuz cōducere arbitrabor, tanto studio esse facturu[n], quanto semper tu & studio & officio in meis rebus fuisti. hanc meam voluntatem ad matrem tuam optimā sc̄eminam, tuisque amantissimam detuli. Siquid ad me scriperis, ita faciam vt te velle intellexero: finautem tu minus scriperis, ego tamē omnia quæ tibi utilia esse arbitrabor, summo studio diligenterque curabo. Vale.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIB. VII.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

S I TE dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuz tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo quam sapientiam tuz. Sin hec, quæ cæteri mitantur, contempnenda duxisti, & cum per valetudinem posses venire, tamē noluisse: vt rursum factor, & sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, cū ea quæ sine causa mirantur alii, neglexeris: modo vt tibi constituerit fructus otii tui, quo quidem tibi perfaci marifice licuit cum ellen in ista amoenitate pene solus relictus. Neque tamen dubito quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti, & patefecisti Scianum, per eos dies maturina tempora lectiunculis cōsumperis: cū illi interea qui te istuc reliquerunt, spectarent cōmuniacis mimos semilombri. Reliquas vero partes dici tu cōsumnebas his delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum cōparatas nobis autē erant ea perpetiæda, quæ scilicet P. Mæcius probauisset. Omnino, si queris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi: coniecturā enim facio de meo. nam primū honoris causa in scenā redierat u[er]o quos ego honoris causa de scena deceperam arbitrabar, deliciae vero tuz noſter AEsopus euulmodi fuit, vt ei definire per omnes homines licaret, is iurare cū expiserit, vox cū defecit in illo loco, s I S C I E N S F A L L O. Quid

tibi ego alia narrare nosti enim reliquos ludos. quid ne id quidē leporis habuerunt quod solerū mediocres ludi. Apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem: quo quidem apparatu nō dubito quin animo & equissimo carueris. quid enim delectationis habet sexcenti miliū in Clytemnestra aut in equo Troiano crateraru tria millia: aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugnaque popularum admiratione habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Quod si tu per eos dies operā dedisti Progeni tuo, dummodo is tibi quiduis potius, quam orationes meas legerit, tu haud paulo plus, quam quisquā nos instrumentum delectationis habuisti. Non enim te puto Gracis aut Oſcos ludos defuderat: præfertim cum Oſcos ludos vel in senatu vobis spectare possis: Gracis ita nō ames, vt ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soles. Nam quid ego te Athletas putem defuderare, qui gladiatores contempleris: in quibus ipse Pompeius confitetur se & operam & oculum perdidisse. Reliquæ sunt venationes binæ per dies quinque, magnificæ, nemo negat. sed que post homini esse polito delectatio, cū aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transtuerberatur, quæ tamē si videnda sint, sape vidisti: neque nos qui hac spectamus, quicquā noui vidimus. Extremus elephantorum dies fuit: in quo admiratio magna vulgi atque turbæ, delectatio nulla extitit: quinetiam misericordia quædam consecuta est, atque opinio ciuiusmodi, esse quandā illi belus cum genere humano sociaret. His ego tamē diebus, ludis scenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse, diripi me penè in iudicio Galli Caninii familiaris tui. quod si tam facilem populū habetem, quam AEſopus habuit, libenter mehercule artē delinerem, tecumque & cū similibus nostri viuerē. Nam me cum antea traxebat, cum & zetas & ambitio. me hortabatur, & licebat denique, quæ nolebam, non defendere: tum vero hoc tempore vita nulla est. Neque enim fructum vilum laboris ex his expecto, & cogor nonnunquam homines non optime de me meritos, rogati corū qui bene meriti sunt, defendere. Itaque quero causas omnino aliquando viuendi arbitratu meo: teque, & istam rationē otii tui & laudo vehemēter & probo: quodque nos minus interuersis, hoc sero animo & uiuore. quod si Romæ es, tamē neque nos leporē tuo, neque te, siqui cīt in me, meo frui licet, propter moleſtissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro(nā vt plane exoluam, nō postulo: tēipsum qui id multos annos nihil aliud commentari) docabo profectō quid sit humaniter viuere. Tu modo istam imbecillitatē valetudinis tuae iustitia & tuere, vt facias: ve noſtras villas obire, & mecum simul lecticula cōcurrare possis. Hac ad te pluribus verbis scripsi quam soleo, non otii abundantia, sed amoris erga te: quod me quadam epistola subinuitaras, si memorias tenes, vt ad te aliquid ciuiusmodi scribere, quo manus te prætermisſe ludos pœniteret. Quod si aſsecutus sum, gaudeo: ſin minus, hoc me tamen coſolor, quod poſthac ad ludos venies, nō que viſes: neque in epiftolis relinques meis ſpem aliquam delectationis tuz. Vale.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

2

M A N D A T V M tuum curabre diligēter. Sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expedire illud venire quamplurimo. Scd eo vidisti multū, quod præfiniti quo ne pluris emerem. Quod si mihi permisſis, qui meus amor in te est, cōfessissim cū cohæredibus. nunc quum tuū p̄fectum tuou, inilitatorē potius ponā, quam illud minoris vaneat. sed de ioco fatis est. Tuū nēgotiū agam, ſicut debco diligenter. De Burfa te gaudere certo ſcio, ſed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, vt ſcribis, propter hominis ſordes minus me magnā illam latitudinem putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc, quam morte inimici latet. Primum enim iudicio malo, quam gladio: deinde gloria potius amici, quam calamitate. In primisque me delectauit, tantu ſtudium honorū in me extitit contra incredibilem contentionem clarissimi & potentissimi viri. Postremo, vix veriſimile fortasse videatur, oderam multo peius hunc, quam illum ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram, hunc defendoram. Et ille, cū omnis res publica in meo capite diſcrimen effet habitura, magoum quiddā ſpectauit: nec ſua ſponte, ſed corū auxilio qui me ſtante ſtare non poterant, hic ſimulot animi cauſa, me in quē inueheretur, delegerat: persuaderatque nōnullis inuidis, meis ſe in me emissariū ſemper fore. Quāobrem valde ſubeo gaudere te: magna res geda cīt:

E. ii.

nunquam vlli fortiores ciues fuerunt, quām qui aut sunt eum cōtra tantas opes eius, à quo ipsi lecti iudices erant, cōdemnare. Quod fecissent nunquam, nisi iis dolori meus fuisset dolor. Nos hīc in multitudo & celebritate iudiciorum & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus ne intercaletur, vt quam primum te videre possimus.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

3

P E R S A E P E mihi cogitant de cōmibus miseriis, in quibus tot annos versamur, & (vt video) versabimur, solet in mentē venire illius tēporis, quo proxime fuiimus vñā, quin etiam ipsum diem memoria teneo. Nā ad I I I. Id. Mai. Lentulo & Marcello C O S S. cum in Pompeianum vesperi venisse, tu mihi sollicito animo p̄fsto fuisti. Sollicitū autem te habebat cogitatio cum officiū, tum etiam periculi mei. Si manerem in Italia, verbare ne of ficio declem̄si proficiceret ad bellum, periculum te meum cōmouebat. Quo tempore vi disti profectō me quoque ita conturbari, vt non explicarem quid esset optimū factū. Pudori tamen malui famāque cedere, quām salutis mez rationē ducere. Cuius me mei facti pœnituit, nō tam propter periculum meū, quam propter vitia multa quā ibi offendī, quō venieram. primū neque magnas copias, neque bellicosas, deinde extra ducē, paucōsque præterea (de principib⁹ loquor) reliqui primū in ipso bello rapaces: deinde in oratione ita crudeles, vt ipsam victoriam horret. maximū autem as alienum amplissimorū virorum. quid queris: nihil boni præter eaufam. Quāz cū vidissim, desperans victoriam, primū corpori suadere pacem, cuius fuerā semper author: deinde, cū ab a sententia Pompeius valde abhortaret, suadere institui vt bellū ducret. Hoc interdū probat, & in ea sententia videbatur fore: & fuisset fortasse, nisi quadā ex pugna copisset suis militibus cōfidere. Ex eo tempore vir ille summus, nullus Imperator fuit. Signa tirone & collectio exercitu cum robustissimis legionibus cōtulit. vicitur turpisline, amissi etiam castris, solus fugit. Hunc ego mihi belli finem feci: nec putau, cum integri pares non fuissent, fractos superiores fore. Discelli ab eo bello, in quo aut in acie cadendū fuit, aut in aliquas infidias incidēdū, aut deueniendū in victoris manus, aut ad Iubam cōfugiendum, aut capiendus tanquā exilio locus, aut cōscienda mors voluntaria. Certe nihil fuit præterea, si te victori nōll̄s, aut nō auderes cōmittere. Ex omnibus autē iis quāz dixi, incommodis, nihil tolerabilius exilio: præfertim innocēti, vbi nulla adiūcta est turpitudō. addo etiam, cum ea vrbe careas, in qua nihil sit quod videre possis sine dolore. Ego cum meis (si quicquā nunc cuiusquā efficietiam in meis esse maleli. quāz acciderunt, omnia dixi futura. Veni domū, non quo optima viuendi cōditio esset, sed tamen, si esset aliqua forma recip. tanquam in patria vt esset: si nulla, tanquam in exilio. Mortem mihi cur cōscicerem, causa non visa est: cur optare, multa causis. Vetus est enim, V B I N O N fis qui fueris, non esse cur velis viuere. Sed tamē vacare culpa magnū est, solatiū, præfertim cum habeam duas res quibus me sufficiem, optimārū artium scientiam, & maximarum rerum gloria: quārū altera mihi viuo nunquā cripietur, altera ne mortuo quidē. Hæc ad te scripti verbosius: & tibi molestus fui, quōd te, cum mei, num recip. cognoui amantissimū. Notum tibi omne meum consilium esse volui, vt primū scires me nunquam voluisse plus quenquā posse, quām vniuersam rem. Postea autem quam aliciuis culpa tantum valeret vñus, vt obsuti nō posset, me voluisse pacem amissi exercitu, & eo ducere, in quo spes fuerat vno: me voluisse etia, reliquis omnibus postquā non potuerim, mihi ipse finem fecisse bellū. nunc autē, si hæc ciuitas est, ciuem esse me: si non, exulētum esse non incommodiore loco, quām si Rhodum aut Mytilenas cōtulissim. Hæc tecum corām malueram: sed quia longus siebat, volui per literas eadē: vt haberes quid diceres, siquādo in vituperatores meos incidiſſes. Sunt enim, qui cum meus interitus nihil fuerit recip. profuturus, criminis loco punit etiā quōd viuam. Quibus ego certo scio non videri facis multos perisse: qui si me audiissent, quāuis iniqua pace, honeste tamen viuerent. Armis enim inferiores, non causa fuissent. Habet epistolam verbosiorē fortasse quām velles: quod tibi ita videri putabo, nisi mihi longiorē remiseris. Ego si quāz volo, expediero, breui tempore, te vt spero, videbo.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

4

A D V I I I . Cal. in Cumānū veni cum Libone tuo, vel nostro potius, in Pompeianum,

statim cogito, sed faciam antè te certiorem. Te cum semper valere cupio, tum certe dum hīe sumus. vides enim quanto pōst vñā futuri sumus. Quare siquod constitutum cum podagra habes, fac vt in alium dicm differas. Cura igitur vt valeas, & me hoc biduo aut tri-duo exspecta.

## CICERO CAESARI IMP. S. D.

VIDE quām mihi perfusārī, te me esse alterum, non modo in his rebus quā ad me ipsū, sed etiam in his quāz ad meos pertinent. C. Trebatum cogitaram, quoconque extērem, mecum ducere, vt cum meis omnibus studiis, beneficiis quam ornatisſimum, domum reducere. Sed postea quām & Pompeii cōmoratio diuturnior erat quām putaram, & mea quādā tibi non ignota dubitatio, aut impedit profectionem meam videbatur, aut certe tardare: vide quid mihi sumperī: ceipi velle ea Trebatum expectare à te, quā sperasct à me. Neque mehereule minus ci prolixē de tua voluntate promisi, quām eram solitus de mea polliceri. Casus vero mirificus quidā interuenit, quasi vel tētis opinionis mez, vel spōfor humanitatis tua. Nam cum de hoe ipso Trebatio cum Balbo noſtro loquerer accūtus domi mez, literē mihi dantur à te, quib⁹ in extrem⁹ script⁹ erat, M. ORFIVM, Q.VEM MIHI COMMENDAS, VEL REGEM GALLIAE FACIAM, VEL HVNC LEPTAS DELEGA. SI VIS TV, AD ME ALIVM MITTE, Q.VEM ORNEM. Sustulimus manus & ego & Balbus: tanta fuit opportunitas, vt illud nēcio quod non fortuinum, sed diuinum videtur. Mittō igitur ad te Trebatum, atq̄ ita mittō, vt initio mea sponte, pōst autem iniuitatu tuo mītendum duxerim. Hunc, mi Cæſar sic velim omni tua comitate cōpleteare, vt omnia quā per me possis adduci vt in meos conſerre velis, in vñū hunc conſeras. de quo tibi hominē hac spondeo, non illo veteri verbo meo, quod cum ad te de Milone scripsiſsem, iure lufisti: sed more Romano, quomodo homines nō inepti loquuntur, probiorē hominē, meliorē virū, pudentiōrem esse nēminē. Accedit etiam, quōd familiam ducit, in iure civilis singularis memoria, summa scientia. Huic ego neque Tribunatū, neque Praeteturam, neque vñius beneficii certum nōmē peto: benevolentiam tuam & liberalitatē peto: neque impedio quo minus, si tibi ita placuerit, etiam hiſce cum ornes gloriolaz insignibus, totū denique hominē tibi ita trado de manu (vt aiunt) in manū tuam iſtam & victoria & fide præstantē. Simus enim pudiſculi, quām per te vix licet: verū, vt video, licet. Cura vt valeas, & me vt amas, ama.

## CICERO S. D. TREBATIO.

6

IN omnibus meis epistolis quas ad Cæſarem aut ad Balbū mittō, legitima quādā est accessio cōmendationis tuae: nec ea vulgaris, sed cum aliquo insigni indicio mez erga te benevolentia. Tu modo inceptias istas & desideria vrbis & vrbanitatis depone: & quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute cōfocere. Hoc tibi tā ignoscemus nos amici, quām ignouerunt Medex, quā Corinthum arcem altam habent matronaz opulēta, optimates; quibus illa manibus cypsatissimis perfusāt, ne sibi vino illaz verteret quōd abcesser à patria.

Nam multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul:

Muli qui domi ztatem agerent, proprieſta sunt improbat.

Quo in numero tu certe fuſſes, nūi te extrusifsemus. Sed plura scribemus aliās. Tu qui ceteris cauere didicisti, in Britannia ne ab effedariis decipiaris, cauento: & quum Medeam agere coipi, illud semper memento,

Qui ipse sibi sapient prodeſſe non quit, nequicquam sapit. Cura vt valeas.

## CICERO TREBATIO.

7

E GO te cōmendare non deficio: sed quid proficiam, ex te scire cupio. Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentissime & sapissime scribo. Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas literas quoties à Q. fratre mihi adferātur. In Britannia nihil esse audio neque auri, neque argenti. Id si ita est, ellsedum aliquod capias suadco, & ad nos quamplūm recursas. Sinautcm (sine Britannia tamen) allequi quod volumus possumus, perfice vt sis in familiaribus Cæſaris: multum te in eo frater adiuuabit meus, multum Balbus: sed mihi crede tuus pudor, & labor plurimum. Imperatorem liberalissimum, ztatem op-

portunissimam, commendationem certe singularem habes, ut tibi vnum timendum sit, ne , ipse tibi defuisse videare.

## CICERO TREBATIO.

8

SCRIPSIT ad me Cæsar perhumaniter, nondū te sibi fatis esse familiariter propter occupationes suas, sed certe fore, cui quidem ego rescripsi, quām mihi granum esset futurū, si quamplurimum in te studii, officii, liberalitatis sue conulisset. Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandā festinationem tuam: & simul sum admiratus, cur Tribunatus como-dā, dempto præfectū labore militiz, cōtempseris. Querar cū Vacerra & Manilio: nā Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu periculo stultus es, quū te ab eo sapere didicisse profitens. quin tu virges istam occasionē & facultatem, qua melior nunquā reperieris. Quod scībis, de illo Præciano iurecōfulto, ego te ei non defiso cōmandare. scribit enim ipic mihi, te sibi gratias agere debere. De eo quid sit, cura vt scīa. Ego vestras Britannicas literas expecto.

## CICERO TREBATIO.

9

T A N D I V ignorō quid agas: nihil enim scribis. Neque ego ad te his duobus mensibus scripsoram, quod cum Q. fratre meo nō eras: quò mitterem, aut cui dare, neciebam. Cupio scite quid agas, & vbi sis hyematurus: equidem velim cum Cæsare, sed ad eum proper eius occupationes nihil sum ausus scribere: ad Balbum tamē scripsi. Tu decēst ubi noli. ferius ponis ad nos, dū plenior. Quid hue properes, nihil est, præfertim Battara mortuo: sed tibi consilium non dect. Quid constitueris, cupio scire. Cn. Octavius est, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris, summō genere natus, Terre filius, is me, quia seit tuum familiarem est, crebro ad coenam inuitat. adhuc non potuit perducere, sed mihi tamen gratum est.

## M. CICERO S. D. TREBATIO.

10

L E G I tuas literas, ex quibus intellexi te Cæsari nostro valde iureconsultum videri. Est quod gaudcas, te in ista loca venisse, vbi aliquid sapere viderere. Quòd si in Britanniam quoque profectus es, profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. Veruntamen, rideamus licet: sum enim à te inuitatus, subinuideo tibi vltro te etiam acerbitum ab eo, ad quem cæteri, nō propter superbiam eius, sed propter occupationē aspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil multi scriptiſti de tuis rebus, quiz mehercule mihi non minoſi curz sunt quām mez. Valde metuo ne friges in hybernis: quāobrem camino luculentu vten-dum cenfeo. Idem Mucio & Manilio placbat, præfertim qui sagis nō abundares: quāquā + vos nunc iſtis satis calere audio: quo quidē nuntiis valde mehercule de te timueram, sed tu in re militari multo es cautior, quām in aduocationibus: qui neque in Oceano natare volueris studioſissimus homo natandi: neque spectare effedarios, quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. Sed iam fatus iocati sumus. Ego de te ad Cæsare quām di-ligenter scripferim, nute scis: quām ſape, ego. Sed mehercule iam intermisera, ne videret liberaſſimi homini, meique amantissimi voluntati erga me diffidere. Sed tamen his literis, quas proxime dedi, putauſt esse hominem cōmonendum. id feci, quid profecterim, facias me, velim certiorē, & simul de toto statu tuo cōſilique omnibus. Scire enim cupio quid agas, quid exspectes, quām longum iſtum tuum disceſſum à nobis futurū putas. Sic enim tibi per-ſuadeas velim, vñ mihi esse ſolatium quare facilius poſtem pati te esse sine nobis, si tibi ef-ſe id emolumento ſciām. finautem id nō eſt, nihil duobus nobis eſt ſtultiſ, me qui te non Roman attraham: te, qui non huc aduoles. Vna mehercule noſtra vel ſeuera vel iocoſa cō-gressio pluris erit, quām non modo hoſtes, sed etiam fratres noſtri Hedui. Quare omnibus de rebus ſae vt quamprimum ſciām: aut confolando, aut confilio, aut te iuero.

## CICERO TREBATIO.

II

N I S I antè Roma profectus es, nunc eam certe relinqueres, quis enim tot interregnis iureconsultum defudratur. Ego omnibus, vnde petitur, hoc cōſilii dederim, ut à ſingulis in-terregibus binas aduocationes poſtulent. Satine tibi video abs te ius ciuile didicisse! Sed heus tu quid agis, eequid ſit, video enim te iam iocari per literas. Hæc ſigna meliora ſunt, quām in meo Tusculano. Sed quid ſit, ſcire cupio. Consuli quidem te à Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem. quod ſi aut ſit, aut futurū putas, perifer iſtam militiam, &

permane. Ego etiam de syderium tui, sive tuorum cōmodorum consolabor. Sinautē ista sunt + inaniora, recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquādō: aut si minus, vna mēhercule collocatio nōlra pluris erit quām omnes Samarobriūz. Denique si cito te retuleris, sermo nullus erit diuinus fructu abseruis, nō modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimēco. Mira enim persona induci potest Britanicī iureconsulti. Hęc ego non video, quanuis tu rideas: sed de te seuerissima tecum, vt soleo, iocor. Remoto ioco tibi hoc amicissimo animo pricipio, vt si istic mea cōmendatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri de syderium, honestatem, & facultates tuas augeas; inautem ista frigebunt, recidias te ad nos. Omnia tamen quā vis, & tua virtute protecto, & nostro summo erga te stūdio consequere.

## CICERO TREBATIO.

12

MIRABAR quid esset quōd tu mihi literas mittere intermissiones. Indicauit mihi Pāsa meus Epicureum te esse factum. O calta præclaras: quid tu fecisses, si te Tarentum, & non Samarobriūam misissim: Iam tum mihi nō placebas, cum idem intubare quod & Titius familiaris meus. Sed quonā modo ius ciuile defendes, cum omnia tua causa facias, non ciuile: Vbi porro illa erit formula fiducie: vt inter bonos bene agier oportet? Quis enim est qui facit nihil, nisi sua causa? Quod ius status communī diuidendo, cum commune nihil possit esse apud eos qui omnia voluptate sua metiuntur? Quomodo autē tibi placebit Iōuem lapidem iurare, cum scias Iouem iratum esse nemini posse? Quid porro fiet populo Vlubrano, si tu statueris nō oportere? Quare si plane à nobis deficit, molleste ferō: fin Panis: assentari commodum est, ignosco: modo scribe aliquando ad nos quid agas, & à nobis quid fieri aut curari velis.

## M. CICERO S. D. TREBATIO.

13

ADEONE me iniustificasti ut tibi traſcerer, quōd parum mihi cōltans, & nimium cupidus decedendi viderer, ob cāmque causam me arbitrarere literas ad te iandiu non misisse: Mihi perturbatio animi tui, qua primis literis p̄spiciebam, molestiam attulit. Neque alia vlla fuit causa intermissionis ep̄tolarum, nisi quōd vbi essem, plane nefciebam. Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Audi Telta mi, vtrum superbiorem te pecunia faciat, an quōd te Imperator consulite Moriā, nī (quā tua gloria est) puto te male à Casare cōsuli, quam inautari. Si vero vtrunque est, quis te feret præter me, qui omnia ferre possum? Sed vt ad rem redeam, te istic inuitum non esse vehementer gaudeo: & vt illud erat molestum, sic hoc ei iucundum. Tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum profite. Nam vt audio, istic

Non ex iute manu conseruum, sed magis ferro

Rem repenit. Et tu soles ad vim faciendam adhiberi? Neque est quōd illam exceptionem in interdicto pertimescas, quōd tu prior vi, hominibus armatis non veneris. Scio enim te nō esse procacem in lacessendo. Sed vt ego quoque te aliquid admoneam de vestrī cautionibus, Terviros vites censeo: audio capitales esse, mallem auro, æte, argento escēnt, sed alias iocabimur. Tu ad me de istic rebus omnibus scribas velim quām diligentissime.

D. I. I. I. Non. Mart.

## CICERO TREBATIO.

14

CHRYSIPPVS Verius Cyri architectū libertus fecit vt te non immemorem putarem mei. salutem enim verbis tuis mihi munierat. Valde iam laetus es, qui grauere literas ad me dare, homini præfertim prop̄ domēstico. Quod si scribere oblitus es, minus multi iam te aduocato, cauila cadente: nōlra oblitus es, dabo operam vt iūtū veniam antē, quām plane ex animo tuo effluo: fin affliorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britannia. Illud quidem perlubet audiri ex eodem Chrysippo, te esse Cæsari familiarem. Sed mēhercule mallem id, quod erat aquius, de tuis rebus, ex tuis literis quām exp̄issime cognoscere. Quod certe ita fieret, si tu maluisses benevolentie quām litium iura perdisce. Sed hęc iocati sumus, & tuo more, & non nihil etiam nostro. Te valde amamus, nōsque à te amari cum volumus, tum etiam confidimus.

E.iii.

## CICERO TREBATIO.

15

QVAM sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest, moleste cerebam antea te in uitum istie esse: pungit me rursus, quod scribis esse te istic libenter. neque enim mea commendatione te non delectari facile patiebar: & nunc angor, quicquam tibi sine me esse in cundum. Sed hoc tamen malo ferre nos defyderium, quam te non ea quæ spero, consequi. Quam vero in C. Matii suaissimi doctissimique hominis familiaritatem venisti, non dici potest quam valde gaudeam: qui fae ut te quam maxime diligit. mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius fit, deportare. Cura ut valeas.

## M. CICERO S. D. TREBATIO.

16

IN equo Troiano scis esse in extremo, Sero sapiunt. Tu tamen mi uestule non sero: pri mas, illas rabiosulas sat fatuas dedisti: deinde quod in Britannia non nimis philotheon te prebueristi, plane non reprehendo: nunc vero in hybernis iniectus mihi videris: itaque te commouere non curas. Viquequaque sapere oportet: id erit telum acerrimum. Ego si foris eumitarem, Ca. Octauio familiari tuo non defuicem, cui tamen dixi, cum me aliquoties in uitaret, Oro te, quis tu es? Sed mehercules extra iocum, homo bellus est, velle cum tecum abduxilles. Quid agatis, & ecquid in Italian venturi sitis hac hyeme, sic plane sciem. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum: id vitrum Romano more locutus sit, bene num manum te futurum: an quomodo Stoici dicunt, omnes esse diuites, qui celo & terra frui possint, postea videro. Qui istine veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent te perco tantibus respondere: sed tamen est quod gaudeas: constat enim inter omnes, neminem te uno Samarobrute iuris peritorem esse.

## CICERO TREBATIO S.

17

EX tuis literis, & Q. fratri gratias egí, & te aliquando collaudare possum, quod iam vi des certa aliqua in sententia constituisse. Nam primorum mensium literis tuis vehementer cōmouebat, quod mihi interdū (pace tua dixerim) leuis in urbis urbanitatisque defyderio: interdū piger, interdū timidus in labore militari: sape autē etiam, quod à te alienissimum est, subimpudens videbare. tanquā enim syngrapham ad Imperatorem, nō epistolam attulisses, sic pecunia ablata, domū redire properabas. nec tibi in mente veniebat, eos ipsos, qui cum syngraphis venissent Alexandream, nummū adhuc nullū auferre potuisse. Ego si mei commodi rationem ducere, te in meum esse maxime vellem. Non enim mediocri afficebas vel volupitate ex confusitudine nostra, vel utilitate ex consilio atque opera tua. Sed cum te ex adulcentia tua in amicitiam & fidem meam contulisses, semper te nō modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornādum putavi. Itaque quoad opinatus sum me in prouinciam exiturum, quiz ad te vltro attulerim, meminisse te credo. postea quoniam mea mutata ratio est, cum viderem me à Cesare honorificissime tractari & vnicē diligī, hominisque liberalitatem incredibilem & singularem fidem nossem, sic ei te commendauit & tradidi, ut grauitissime diligētissimēque potui. Quod ille ita & accepit, & mihi sape literis significauit: & tibi & verbis & re ostendit, mea commendatione se valde esse cōmotum. Hunc tu virum načtus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua causa putas, ne dimiseris. & sique te forte res aliquando offenditer, cum ille aut occupatione, aut difficultate tardiori tibi erit visus, perferto, & vltima expectato, quz ego tibi iucida & honesta praefabo. Pluribus te hortari nō debeo: tantū moneo, neque amicitia confirmandæ clarissimi ac liberalissimi viri, neque vberioris prouinciæ, neque zatati magis idoneum répus, si hoc amiseris, te esse vllum vñquam reperturum. Hoe quemadmodū vos scribere soletis in vestris libris, idem Q. Cornelio vides batur. In Britāniā te protectū non esse gaudeo, quid & labore caruisti, & ego te de rebus illis non audiam. Vbi sis hybernaturus, & qua spe, aut conditione, ad me perscribas velim.

## CICERO TREBATIO S.

18

ACCEPI à te aliquot epistolas vno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas: in quibus me cætera delectarunt. significabant enim te istam militiam iam firmo animo ferre, & esse fortem virum & constanterem. quz ego panlisper in te ita defyderai, non imbecilitate animi tui, sed magis, ut defyderio nostri te astutæ putarem. Quare perge ut ceepisti:

forti animo istam tolera militiam. Multa, mihi crede, afferre: ego enim tenoribus commendationem, sed tempore. Sic habeto, non tibi maiori esse curæ ut iste tuus à me discessus quamfructuosissimus tibi sit, quām mihi. Itaque quum veleret cautions infirmæ sunt, graculam tibi misi cautionem chirographi mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiorē facias. ego enim ignauissimo cuicunque maximā fidem habeo. Sed ut ad epistolas tuas redeam, ex te bellicillud miror, qui solet eodem exemplo plureis dare, qui sua manu scribit: Nam quod in palimpsesto, laudo euidem patrimoniam sed miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quām haec scriberemus forte tuas formulas. Non enim puto te meas epistolas delere, ut reponas tuas. An hoc significas, nihil fieri, frigere te, ne chartam quidem tibi suppeditari: Iam ista tua culpa est, qui verecūdiam tecum extuleris, & non hīc nobiscum reliqueris. Ego te Balbo, cum ad vos proficisciatur, more Romano commendabo. Tu, si intenūallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. eram enim absutus mensē Aprili. Has literas scripsi in Pomptino, cum ad villam Metrili Philemonis deuertissem, ex qua iam audieram fremitum clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Vlubris honoris mei causa vix maximam ranunculorum se commosse contabat. Cura ut valeas. V. 1. Id. Aprilis, de Pomptino.

19

Epistola tuam, quā accepi ab L. Arruntio, confidi innocentē. nihil enim habebat quod non vel in concione recte legi posset. Sed & Arruntius ita te mandatis aiebat, & tu adiunxeris. Verū illud esto: nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim tam nouis rebus.

## CICERO TREBATIO S.

20

VIDE quanti apud me sis, celi iure id quidem: non enim te amore vincō. Veruntamen quod præsentī tibi prop̄ subnegarem, non tribuere certe: id absenti debere non potui. Itaque ut primum Velia nauigare ceperit, instituit Topicā Aristoteleā conscribere, ab ipsa virbe commonitus amantissima tui. Eum librum tibi misi R̄hegio, scriptum quām plenissi me res illa scribi potuit. Sin tibi quādam videbuntur obscuriora, cogitare debebis, nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris. num ius civile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tam vnumque defuderant. quanquam tu si arrente leges, si sapius, per te omnia consequere, ut certe intelligas. Ut vero etiam ipsi tibi loci proposita quæstione occurranter, exercitatione consequere. In qua quidem nos te continebimus, si & salui redierimus, & salua ista offendierimus. V. Cal. Sextil. R̄hegio.

## CICERO TREBATIO S.

21

AMABILIOR mihi Velia fuit, quod te ab ea sensi amari. Sed quid ego dicam te, quē quis noti amat? Rufio mediussidii tuus ita defuderabatur, ut si esset unus ē nobis. Sed te ego non reprehēdo, qui illum ad adificationem tuam traduxeris. Quāquam enim Velia non est vilior, quām Lupercal: tamen istuc malo, quām haec omnia. Tu si me audies, quē solles, has paternas possessiones tenebis (nescio quid enim Velies verebātur) neque Halethem nobilem ammen relinques, nec Papirianam domum desceres. quanquam illa quidem habet lotum, à quo etiam adueniē teneri solēt: quem tamen si excideris, multum prospexris. Sed in primis opportunit̄ videtur, his prædictis temporibus habere perfugium, primum eorum vibem, quibus charus sis: decinde tuam domum, tuosque agros, tāque remoto salubri, amce no loco: idque etiam mea interesse mi Trebati arbitror. Sed valebis, mēque negotia videbis, mēque, Diis inuanib⁹, ante bruman expectabis. Ego à Sext. Fadio Niconis discipulo librum abstuli, ~~κίνησε ταῦτα φύγειν~~. O medicum suatum, mēque docilem ad hanc disciplinam. Sed Basilius noster me de hoc libro celauit: te quidem non videtur. Ventus increbescit. Cura ut valeas. X 111. Cal. Sext. Velia.

## CICERO TREBATIO S.

22

SILLI causam te docui, is postea fuit apud me, cum ei dicerem, tibi videri sponsonem illam nos sine periculo facere posse. Si bonorum Turpiliz possessionem Q. Cepio Prætor ex edito suo mihi dedit, negare aiebat Seruium tabulas testamenti eis eas, quas insituisset, qui sactionem testamenti non habuerit: hoc idem Officium dicere, tecum se lo-

# 74 Ad M. Marium, & cæteros.

cutum negabat: mēque rogauit vt se & causam suam tibi commendarem. Nec vir melior mi Tecta, nec mihi amicior P. Silio quisquam est, te tamen excepto. Gratissimum mihi i-  
gitur feceris, si ad eum vltro veneris, eique pollicitus eris: sed si me amas, quāprimum hoc  
te vehementer etiam atque etiam rogo.

## CICERO TREBATIO 5.

23

ILLVSE RAS heri inter scyphos, quod dixerā controvèrsiam esse, posseme hæres, quod :  
furtum antea factum esset, furti recte agere. Itaque eti⁹ domum bene potius, serōque redierā,  
tamen id caput, vbi hac controvèrsia est, notaui, & descriptum tibi misi, vt scires id, quod  
tu neminem sensisse dicebas, Sext. A. Elium, M. Manilium, M. Brutum sensisse. Ego tamen  
Scruoz & Tecta assentior.

## CICERO S.D. M. FABIO GALLO.

24

TANTVM quod ex Arpinati veneram, cum mihi à te literæ redditæ sunt, ab eodem :  
que accepi Auianii literas, in quibus hoc incrat liberalissimum, nomina se facturum, cum  
veniſſet, qua ego vellem die. Fac quoſo qui ego sum, esse te. ētne aut tui pudoris, aut nostri,  
primum rogare de die, deinde plus annua poſtulare. Sed eſſent mi Gallo omnia facilia, si &  
ea mercatus esſes quod ego defyderabam, & ad eam ſumمام quam volueram. Attamē iſta  
iſla quod te emiſſe ſcribis, non ſolum rata mihi erunt, ſed etiam grata. plane enim intelligo  
te non modo studio, ſed eti⁹ amore viſum, quod te delectarant hominē (vt ego ſemper iudicauit) in omni iudicio elegantissimum, quod me digna putaris, coemifſe. Sed velim maneat 4  
Damasippus in ſententia: prorsus enim ex iſis emptionibus nullam defydero. Tu autem  
ignarus instituti mei, quanti ego genus omnino signorum omnium non aſtimmo, tanti iſta  
quatuor aut quinque ſumpſiſt. Bacchus iſtas cum Muſis Metelli comparas: quid ſimile pri  
mum iſtas ego Muſas nunquā tanti putalem: atque id feciſſem Muſas omnibus approban  
tibus. Icd tamen erant aptum bibliothecaſ ſtudiisque noſtris cōgruens. Bacchis vero vbi eſt  
apud me locuſ: At pulchella ſunt. noui optime, & ſepe vidi. nominatim tibi ſigna mihi no  
ta mandafem, ſi probaſem. Ea enim ſigna ego emere ſoleo quod ad ſimilitudinem gymna 7  
ſiorum exorinet mihi in palæſtra locum. Martis vero ſignum quod mihi pacis authoris: Gau  
deo nullum Saturni ſignum fuſſe. hec enim duo ſigna putarem mihi aſ alienum atruiſſe. Mercurii mallem aliquod: fuſſer ſeſciuſ puto, cum Auianio traſigere poſſemus. Quod  
tibi deſtinaraſ trapezophoron, ſi te delectat, habebiſ: ſin autem ſententiam mutaſti, ego ha  
bebo. Scilicet iſta quidem ſumma ne ego multo libentius emerim diuersorium Tarraci  
næ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſum. Omnino liberti mei video eſe culpa, cui plane res cer  
tas mādaram: itēmque Iunii, quē puto tibi nocturne eſe Auianii familiarem. Exhedria que  
dam mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tusculani, ea volebam tabellis ornare. etenim 10  
ſiquid generis iſtiusmodi me delectat, pīctura delectat. Sed tamen ſi iſta mihi ſun habēda,  
certiōrem velim me facias vbi ſunt, quanto arceſſantur, quo genere vētura. Si enim Da  
masippus in ſententia non manebit, aliquem pīcluſomalippū vel cum iactura reperiemus.

Quod ad me de domo ſcribis iterum, iam id ego proficiens mādabam mea Tulliæ. Ea  
enim iſla hora acceperam tuas literas: egerā etiam cum tuo Nicia, quod is vtitur, vt ſeis, fa  
miliariter Caſſio. Vt redii autē, prius quām tuas legi has proximas literas, quāſui de mea  
Tullia quid egilſet. per Liciniū ſe egilſe diebat. ſed opinor Caſſium vti non ita multū ſo  
rore: cam porr̄ negare ſe audere, cū vir abefſet (eft enim proſectus in Hispaniam Dexiū) il  
lo & abſente & inſufficiente migrare. Eſt mihi gratissimum tanti à te aſtimatum conſuetudinē  
vita viētūſque noſtri: primum, vt eam domum ſumeres, vt non modo prope me, ſed plane  
meum habitare poſſes: deinde, vt migrate tanto operi ſellines. Sed ne viuam, ſi tibi con  
cedo vt eius rei tu cupiōr ſi quām ego ſum. Itaque omnia experiar. Video enim quid  
mea interfit, quid vtriusque noſtri: ſiquid egero, faciam vt ſcias. Tu & ad omnia reſcribes,  
& quando te expectem, facies me, ſi tibi videtur, certiōrem.

## M. CICERO S.D. M. FABIO GALLO.

25

A MORIS quidem tui, quoquo me verti, vſtigia, vel proxime de Tigellio. ſensi enim :  
ex literis tuis valde te laboraſſe. Amo igitur voluntatem. ſed paſca de re: Capius (opinor)

olim, N O N O M N I B U S dormio: sic ego nō omnibus mi Galle seruo. Et si quæ est hæc seruitus: Olim cum regnare exsuffiam abutur, non tam ab villis quām hoc tēpore obseruor à familiarissimis Cæsaris omnibus, præter istum. Id ego in lucis pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua: cūmquæ addictum iam tumputo esse Calui Liciniū hipponacteo praconio. At vide quid fufescat. Phameræ causam receptam: ipsius quidem cauia. crat c-nim mihi sane familiaris. Is ad me venit, dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Seftio in consilium iri necesse erat. respondi nullo modo me facere posse. quām vellem, alium diem si sumptuſſeret, me ei non detinaturū. Ille autem qui seiret se ne-potem bellum tibicinem habere, & sat bonum vñctorem, discessit à me, vt mi videbatur, irato. Habet Sardos vñualeis, alium alio nequiorē. Cognolli meam causam, & illius Salaconis iniqüitatem. Catonem tuum mihi mitte, cupio enim legere: me adhuc non le-gisse, turpe vtrique nostrum est.

## CICERO S. D. M. FABIO GALLO.

26

Q V O D epistolā consciſſam doles, noli laborare: ſalua eſt domi: petes cū libebit. Quod autem me mones, valde gratum eſt: idque vt ſemper facias, rogo. Videris enim mihi vereri, ne, ſi iſtum habuerimus, rideamus. Sed heus tu, manum de tabula: magiſter adeſt ciuitas, quām putaramus. Vero ne in Catonium Catoni nos. Mi Galle caue putes quicquam melius, quām epitolæ tuae partem ab eo loco: cetera labuntur. Secreto hoc audiſecum habecto, ne Apelliz quidem liberto tuo dixeris, præter duos nos, loquitur iſto mo-do nemorib[us] male[n]e, videro: ſed quicquid eſt, noſtrum eſt. Virge igitur, nec tranſuerſum vnguem (quod aiunt) à ſtylo. is enim eſt diſcendi opifex. atque equidem aliquantum iam etiam noctis aſſummo.

## CICERO S. D. GALLO.

27

C V M decimum iam diem grauiter ex iſteſtiniſ laborarem, neque iis qui mea opera vti volabant, me probarem non valere, quia febrim non haberem, fugi in Tufculanum, cum quidem biduum ita ieiunus fuīſsem, vt ne aquam quidem gaſtarem. Itaque conſectus lan-guore & fame, magis tuum officium defuderai, quām à te requiri putau meum. Ego au-tem cum omniſ morbos reformato, tum quōd Epicūnu tuum Stoici male accepit, quia dicat aſſerit, ſed abneget, ne ſibi moleſta eſſe: quorū alterum, morbum edacitatis eſſe putant, alterum etiam turpioris intemperantia. Sane abneget pertinuerā. Sed viſa eſt mi-hi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortasie iam ſenectentis morbi remiſio proſuiffe. Attamen ne miſere vnde hoc acciderit, quomodo ve cōiſerim: lex ſumptuaria, quæ videtur attingere attingere, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt illi lauti terra nata, qua lege excepta ſunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, herbas omnes ita codiūnt, vt nihil poſlit eſſe ſuauius. in eas cum incidiſſem in coena augurali apud Lentulum, ranta me attingere atripuit, vt hodie primum videatur corporiſe conſiſtere. Ita ego, qui me oſtreis & murenis facile abſtinchā, à beta & à malua deceptus ſum. Poſthac igitur erimus cauiores. tu tamen cum audisſes ab Anitio (vidit enim me nauſcantem) non modo mittendi cauſam iuftam habuisti, ſed etiam viſendi. Ego hī cogito cōmotari, quoad me reficiam. nam & vireis & corpus amisi. Sed ſi morbū depulero, facile (vt ſpero) illa reuocabo. Vale.

## M. CICERO S. D. GALLO.

28

M I R O R cur me accuſes, cum tibi id facere non liecat: quod ſi liceret, tamē non debebas. Ego enim te in Cōſulatu obſeruarā: & aſ ſore, vt te Cæſar reſtituat. Multa tu quidem dicis, ſed tibi nemo credit. Tribunatū pl. dici te mea cauſa petiſſe: vñtam ſemper eſſes Tri-bunus, intercessore non quereres. Negas me audere quod ſentiam dicere: quāſi tibi, cum impudenter me rogares, parum fortiter responderim. Hæc tibi ſcripsi, vt iſto ipſo in gene-re, in quo aliiquid poſſe viſ, te nihil eſſe cognofceres. Quod ſi inhumaniter mecum queſtuſ eſſes, libenter tibi me, & facile purgafſem. Non enim ingrata mihi ſunt quæ feciſti, ſed quæ ſcripsiſſi moleſta. Me autem, propter quem ceteri liberi ſunt, tibi liberum non viſum demiror. Nam ſi falſa fuerunt quæ tu ad me, vt aīs, detuliſti, quid tibi ego debo: ſi vera: tu eſt opimus testis quid mihi populus Romanus debeat.

# 76 Ad M. Marium, & ceteros.

M. CICERO S. D. CVRIO.

19

M E M I N I quum mihi despere videbare, quod cū istis potius viueret quam nobiscū. Erat enim multo domicilium huius vrbis (cum quidem hęc vrbis) aptius humanitati & suauitati tuz, quam tota Peloponnesus, nedum Patria. Nunc contrā & vidisse mihi multū videris, cum prop̄ desperatis his rebus, te in Græciam contulisti, & hoc tempore non solū sapiens qui hinc absit, sed etiam beatus, quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest. Sed quod tu cui licet, pedibus es consecutus, vt ibi cīles vbi nec Pelopidas: nostri cetera, nos idem propemodum cōsequimur alia ratione. Cum enim salutationi nos dedimus amicorum, quae fit hoc etiam frequentius, quam solebat, quod quasi auct̄m alba, videntur bene sentientes ciuem videre: abdo me in bibliothecam. Itaque opera officio rāta, quāta fortasse tu seruies. Intellexi enim ex tuo sermone quodam, cum meam moditū & desperationem accusares domi tuz, dicere te, ex meis libitis animum meū defuderare, sed mēhercule & tum temp̄ lugebam, quae non solum erga me, sed etiam meis erga se beneficis erat mihi charior. & hoc tempore, quanquam me non ratio solum consolatur quae plurimū debet valere, sed etiam dies, quae stultis quoque mederi solet: tamen doleo ita rem communem dilapsam, vt ne spes quidem melius aliquādo fore relinquatur. Nec vero, nunc quidem culpam in eo est, in cuius potestate omnia sunt (nisi forte idipsum esse non debuit), sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, vt de præteritis non sit querendum. Reliquam spem nullam video: quare ad prima redeo. Sapienter hęc reliquisti, si confilio: feliciter, si casu.

CVRIVS M. CICERONI SVO S.

30

S I V. B. Sum enim *χρήσιμο* tuus, *καὶ μέντος* Attici nostri. ergo fructus est tuus, mancipiū illius: quod quidē, si inter senes coemptionales vanale proscripterit, egerit nō multū. At illa nostra prædicatio quāti ceteros quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne ab te habere. Quare Cicero mi perieuerat cōstante nos cōseruare, & Sulpitii successoris nos de meliore nota commēda, quo facilius tuis præceptis obtemperare possumus, tēque ad ver hubentes videre & nostra detigere, deportarēque tuto possumus. Sed amicū magne noli hęc epistolam Attico ostendere: iude cum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere duo parietes de eadem fidelia dealbare. Ergo patrone mi bene vale, Tironētique meum saluta nostris verbis. Dat. ad 1111. Cal. Nouemb.

CICERO CVRIO S. D.

31

E G O vero iam te nec hortor, nec rogo vt domum redreas: quin hinc ipse euolare cupio: & aliquō peruenire, vbi nec Pelopidas: nomē, nec facta audiam. Incredibile est quam turpiter mihi facere videar qui his rebus interfici. Nā tu videris multo ante prouidisse quid impenderet tum cum hinc profugisti. quanquam hęc etiam auditu acerba sunt, tamen audire tolerabilius est quam videre. In campo certe non fuisti, cum H. 1. 1. comitiis quæstoriis institutis, sella Q. Maximi, quem illi c o s. esse dicebant, posita esset. quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem qui comitiis tributis esset aūspicatus, centuriata habuit, c o s. H. V 1. renuntiavit, qui vīque ad Cal. Ian. esset, quae erat futura: mane postridie. Ita Caninio c o s. scito neminem prandisse, nihil tamē c o s. mali factū est. fuit enim mirifica vigilātia qui suo toto Consulatu somnum non viderit. Hęc tibi ridicula videntur, nō enim ades: quae si videres, lachrymas non teneres. Quid si cetera scribam? Sunt enim innumerabiles generis ciudem, quae quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiz portum contulissim, & nisi haberem locium studiorum in corutum Atrium nostrum. cuius quum proprium te esse scribis mancipio & nexu, meum autem vīsu & fructu, cōtentus illo sum. Id enim est cuiusque proprium, quo quisque fruictur atque veitetur. Sed hęc aliis pluribus. Acilius qui in Græcia cum legionibus milius est, maximo meo beneficio est. bis enim est à me iudicio capititis rebus saluis defensus, & est homo non ingratus, mēque vehemēter obseruat. Ad cum de te diligentissime scripsi, cāmque epistolam cum hac coniunxi: quam ille quomodo accepit, & quid tibi pollicitus sit, vclim ad me scribas.

FACILE perspici ex tuis literis, quod semper studui & me à te plurimi fieri, & te intelligere quām mihi charus es. Quod quum vterque nostrum cōsecutus est, reliquum est ut officiū certemus inter nos, quibus ex quo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Acilio non fuisse necesse meas dari literas, facile patet. Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter tuas res ita contractas, vt, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes. Equidem vellem ut pedes haberent, vt aliquando redires. Vides enim ex aruissim veterem urbanitatem: vt Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pau-<sup>ci</sup>, ne tamen semen urbanitatis vna cum rep. intereat.

## M. CICERO S. D. VOLVMNIO.

QVOD sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primū ad dubitauit num à Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus vsus: deinde litterarum fecit vt intelligerem tuas esse. Quibus in literis omnia mihi pericunda fuerunt præter illud, quod parum diligenter posselio salinarum mearum à te procuratore defenditur. Ais enim, vt ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sc̄tiana, in me cōferriri. quidē id patet: nōne defendisnō cōfessis? quidē sperabam ita notata me reliquissimē genera dictorum meorum, vt cognosci sua spōte possent. Sed quum tanta fax est in vrbe, vt nihil tam sit ēx, quod non alicui venustum esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta, nisi elegans, nisi magnifica bellum, nisi ridiculum magis, nisi cetera, quae sunt à me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, unq̄ & arguta apparebunt, vt sacramenta contendas mea non esse. Nā de iudiciis quod quereris, multo labore minus: trahātur per me pedibus omnes rei, si vel Selius tam eloquies vt possit probare se liberum, non laboro. Urbanitatis possessionē amabo, quibus uis interdictis defendamus: in qua te vñ metuo, contemno ceteros. Derideri te putas: nūc demum intelligo te sapere. Sed mēhercule extra iocum, valde mihi tuæ literæ faciat elegantēque vñs sunt: illa quāuis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen nūm non mouerunt. Cupio enim nostrū illum amicum in Tribunatu quamplurimū habere grauitatis. id cū ipsius causa (est mihi, vt scis, in amoribus) rum mēhercule etiā teip̄. quam quidem, quāuis in te ingrata sit, amare non definam. Tu mi Volumni, & quum iñstituisti, & mihi vides esse gratum, scribi ad me quām sapissime de rebus urbaniis, de rep. Iucūdus est mihi sermo literarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perficiō, & iudico cupidissimum esse atque amantissimum mei, cohortate, & confirma, & reddite plane meum. Non mēhercule, quo quicquam desit, sed quia valde cupio, non video nūm laborare.

## M. CICERO S. D. VOLVMNIO.

34

QVOD declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quod Hirrio inuideres nisi cū amares, non erat causa inuidēti: nisi forte ipsius eloquitiæ magis, quām quod me audiret, inuideres. Nos enim plane mi fuaissime Volumni, aut nihil sumus, aut nobis quidem ipsi displaceamus, gregalibus illis, quibus te plaudente vibegamus, amabis: vt etiam si quando aliiquid dignum nōtrō nomine emiliamus, ingemescamus, quod hæc pinnigerō, non armigerō in corpore tela exerceantur: vt ait Philocetes apud Accium abicitæ gloria. Sed tamē omnia mihi erunt, si tu veneris, hilariora. quanquam venis, vt ipse intelligis, in maximaru<sup>m</sup> quasi concursum occupationum. quas si vt volumus, excepterimus, ego vero multam salutem & foro dicam & curie: viuāmque tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus. Nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius vterque noster, studiis iñdem tenentur, & meis requiissimis: vt tantum auribus. Opus est hoc limatulo & polito tuo iudicio & illis interioribus literis meis, quibus sapere verceundiorem me in loquendo facis. Mihi enim iudicatum est, si modo hoc Cæsar aut patieret, aut voleret, deponere illam iam personā in qua me siue illi ipsi probauit: ac me totū in literas abdere, tecumque & cum ceteris eorum studioſis honestissimo otio perfui. Tu vellem ne veritus es, ne perinuitus legerem, tuas literas, si mihi (quemadmodum scribis) longiores forte misisses: ac velim posthac sic statuas, tuas mihi literas longissimas quaque gratissimas fore.

M. CAELII EPISTOLARVM LIBER AD M.  
TVLLIVM CICERONEM. VIII.

## CAELIUS CICERONI S.

QVOD tibi decadens pollicitus sum, me omnes res urbaneas diligentissime tibi perscripturæ, data opera parauit qui sic omnia persequeretur, ut vereat ne tibi nimium arguta haec sedulitas videatur. Tametsi tu, scio, quām sis curiosus, & quām omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerū, quā domi gerantur, fieri certiores: tamen in hoc te deprecor ne mecum hoc officium arrogante condennes, quod hunc laborem alteri delegauit: non quin mihi suauissimum sit, & occupato & ad literas scribendas, ut tu nosci, pigrissimo, tua memorie dare operam. Sed ipsum volumen quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. Nescio cuius otii esset non modo prescribere haec, sed omnino animaduertere. Omnia enim sunt ibi s.c. edicta, fabulæ, rumores, quod exemplum si forte minus te delectarit, ne molestiam tibi cum impensa mea exhibeam, fac me certiorē. Siquid in rep. maius actū erit quod isti operari minus commode persequi possint: & quemadmodum actū sit, & quā exultatio fecuta, quāque de eo spes est, diligenter tibi prescribemus. Ut nunc est, nulla magnopere expectatio est. Nam & illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumaran terris caluerunt. Romanum cum venissem, ne temuissimam quidem auditionem de ea re acceperī. Præterea Marellus quod adhuc nihil retulit de successione prouinciarum Galliarum: & in Cal. Iun. ut mihi ipse dixit, eam disulit relationē: sanè quām eos sermones expressit qui de eō tum fuerant, cum Romæ nos essemus. Tu si Pompeium, ut volebas, ostendisti, qui tibi visus sit, & quam orationem habuerit tecum, quāmque ostenderit voluntatem (sicut enim aliud sentire & loqui: neque tantū valere ingenio, ut non appareat quid cupiat) fac mihi prescribas. Quid ad Cæsarē crebri & non belli de eo rumores, sed lusuratores duntaxat venuint: alius equitem perdidisse, quod opinor certe factū est: alius septimam legionem vapulasse, ipsum apud Bellouacos circūscideri interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quicquā est, neque hac incerta, tamen vulgo iactantur, sed inter paucos, quos tu nosti, palam secreto narrantur. ad Domitius, cū manus ad os apposuit. Te ad i. x. Cal. Iun. subrostrani (quod illorum capitū sit) dissiparant petrifici, ita ut in urbe ac foro toto maximus rumor fuit te à Q. Pompeio in itinere occisum. Ego, qui sciem Q. Pompeium Baulis embæneticam facere, & vsque eo, ut ego miserer eius elunie, non sum commotus: & hoc mendacio, si qua pericula tibi impendent, ut defungeremur optauit. Plācūs quidem tuus Ravennæ est, & magno congario donatus à Cæsare, nec beatus, nec bene instrutus est. Tui Politici libri omnibus vigent.

## CAELIUS CICERONI SAL.

CERTE inquam ab solitus est: me representante pronuntiatum est, & quidem omnibus ordinibus & singulis in unoquoque ordine sententiis. Vide modo, inquis, non mehercules, nihil vnuquam enim tam præter opinionē, tam quod videretur omnibus indignum, accidit, quin ego quum pro amicitia validissime fauorem ei, & me iam ad dolendum prepararem, postquam factū est obstipui, & mihi visus sum captus esse. Quid alias putas, clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt, & ostenderunt plane illuc quod fertur nō posset. Itaque relietus lege Liciinia maiore esse periculo videtur. Accedit huc, quod postridie eius abolitionem in theatrum Curionis Hortensius intravit, puto ut suum gaudium gaudremus. Hic tibi strepitus, fremitus, clamor, tonitruum, & rudētum sibilis. Hoc magis animaduersum est, quod intactus à sibilo peruenierat Hortensius ad senectutem. Sed tum ita bene, ut in totam vitā cuius satis esset, & peniteret eum iam vicisse. De rep. quid tibi scribam, nihil habeo. Marelli impetus referunt, nō inertia, sed (ut mihi videbatur) consilio. De comitiis cōsularibus incepsimma est exultatio. Ego incidi in cōpetitionem nobilem, & nobilem agentem. Nam M. Octavius Cr. filius, & C. Hirrus mecum petiit. Hoc ideo scripsi, quod scio te acriter propter Hirrum, nuntium nostroru[m] comitorum expectatum. tu tamen simul ac me designatū audieris, ut tibi curz sit. Quod ad pantheras at-

tinet rogo. pyngrapham Sirtianam tibi commendabo. Commentarium terum urbanarum primum dcdi L.Castrinio Pato: secundum ei qui has literas tibi dedit.

## CAELIUS CICERONI 5.

EST N E Vici, & tibi sape, quod negaras discedes curaturū, tibi literas mitto. est, si quidē perfecuntur quas do. Atque hoc cō diligenter factit, quod cū oriosus sum, plane vbi delectem otium meum non habeo. Tu cum Romz eras, hoc mihi certum ac iudicissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere, idque non mediocriter desidero, vt non modo mihi solus esse, sed Romz, te profecto, solitudo videatur facta: & qui (qua) mea negligentia est) multis sape dies ad te, cum hic eras, non accedebā, nunc quotidiane non esse te, ad quem cursum dereliqueris. Maxime vero, vt te dies noctesque querā, cōpetitor Hirrus curat. Quomodo illū putas Auguratus tuum cōpetitorem dolere, & dissimilare me certiorē, quā se, candidatum de quo vt quem optas, qui primum nuntium accipias, tua mediussidius magis, quā mea causa cupio. Nam mea, si sio, forsitan cum locupletiore referā: sed hoc vtque cōdūcere est, quod si accident, tota vita tuis nobis decile nō poterit. Sed tātī mēchercule non multum M.Octavius eorum odis, quā Hirrum premunt, quā permulta sunt, subleuat. Quid ad Philotimi liberti officiū, & bona Milonis attinet, dedimus operam vt & Philotimus quām honestissime Miloni absenti cūlque necessariis satifacceret, & secundum eius fidem & sedulitatem existimatū nō cōfueraret. Illud nūc à te peto, si eris (vt spero) otiosus, aliquid ad nos, vi intelligamus nos tibi cura esse, syntagma conscribas. Quid tibi istuc, inquit, in mētem venit homini non incepto: aliquid ex tam multis tuis monimētis extare, quod nostrae amicitiae memoriam posteris quoque prodat. Cuiusmodi velim, puto queris. Tu citius, qui omnem nostri disciplinā, quod maxime conuenit, ex cogitabis. Generis tamen, quod ad nos pertineat, & differtur, quandam, vt veretur inter manus, habeat.

## CAELIUS CICERONI 5.

INVIDEO tibi. tam multa quotidie, quā mirere, istōe perferūtur. Primum illud, ab Iulium Messalā, deinde eundem cōdemnatum C. Marcellum cō s. factū, M. Claudiū à repulsa postulatum à Gallis duobus, P. Dolabellam Quindecimuirum factū. Hoc tibi non inuideo caruisse te pulcherrimo spectaculo, & Lentuli curris repulsi vultum nō vidisse. At qua spesquā certa opinione descendens: quām ipso diffidēte Dolabellas & hercules, nūl nostri equites acutius vidissent, penē concedente aduersario superasset. Illud te non arbitror miratum, Scruim designatum Trib. pl. condemnatum: cuius locum C. Curio p̄tuit, sane quām incutit multis qui cum, facilitatēmque eius non norunt, magnum metum. Sed vt spero & volo, & vt se fert, ipse bonos & senatus maleat: torus, vt nūc est, hoc scatuit. Huius autem voluntatis initii & causa inest, quād cum nō mediocriter Cæsar, qui soleat infirmorum hominum amicitias sibi qualibet impensa adiungere, valde contempserit. Quia in re mihi videtur illud perquam veniale occidisse, quād à reliquis quoque vtque eo est animaduersum, vt Curio, qui nihil consilio facit, ratione & insidius vius videtur in evitandis iis consiliis qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum. Lazios & Antonios, & id genus valentes dico. Has ego tibi literas eo maiore misi intervallo, quād comitiorum dilations occupationē me habebant, & expectare in dies exitum cogabant vt cōfectis omnibus te facarem certiorē. Ad Cal.Sext. vtque expectauī. Pratoris more quādam inciderunt. Mea porro comitia quem cœcum sunt habitura nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem AEd.pl.comitiis načta sunt. Nam M. Caecium Vicinanum mentio illa fatua, quam deniceramus olim, & promulgatio de Dictatore, subito deiecit, & dictum magno clamore infœcta est. inde Hirrum cuncti an non faciendum flagitare. Spero te celestiter, & de nobis quod sperasti, & de illo quod vix sperare ausis es, auditurū. De rep. iam noui quicquam expectare desideramus. Sed cum senatus habitus esset ad Apollinis ad x i. Cal.Sext. & referetur de stipendio Cn.Pompeii, mentio facta est de legione ea quam expensam tulit C. Cæsari Pompeius, quo numero esset, quo appetetur, cum ex Gallia coactus esset dicere Pompeius se legiōnem abducturū, sed non statim sub

mentionem & conuictum obtrectatorum. Inde interrogatus de successione C. Cæfaris, de qua, hoc est de prouinciis, placitum est ut cum primum ad urbem reuerteretur Cn. Pôpeius vt coram eo de successione prouincianum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus, & statim iit, puto Idab. Sext. de ea te factum iri: profecto aut transigeretur aliquid, aut mptiter intercedetur. Nam in dilputando coniecit illam vocem Cn. Pôpeius, Omnes oportere senatus dicto audienteis esse. Ego tamē sic nihil expecto quomodo Paulum c o s. designatum primum sententiam dicentem. Sèpius te admonco de syngrapha Sittiana . cupio enim te intelligere eam rem ad me valde pertinere . Item de pantheris, vt Cibyratas acerfas, curèisque vt mi vehaneur. Præterea nuntiatum nobis, & pro certo iam habetur, Regem Alexandrinum mortuum. quid mihi suadecas, quo modo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Cal. Sext.

## C A E L I V S C I C I E R O N I S A L.

5

Q V A tu cura sis, quod ad pacem prouinciarumque regionum attinet, nec scio ego quidem vehementer animi pœdo. Nam si hoc moderari possemus, vt pro viribus copiarum tuarū belli quoque existeret magnitudo, & quantum gloria triumphisque opus esset assequendum, periculosa & grauia illam dimicacionem euitaremus, nihil tam esset optandum. Nunc li Parthus mouer aliiquid, scio non mediocrem fore contentioneum. tuus porro exercitus vix vnum saltum tuci potest. Hanc autem nemo ducit rationem, sed omnia defuderant ab eo tanquam nihil denegatum sit ei, quo minus quam paratissimus esset qui publico negotio præpositus est. Accedit huc, quod successione futurā propter Galiliarum controvèrdiam non video. Tametsi hac de te puto te constitutum quid facturus es, habere: tamen quo maturius cōstitueres, cum hunc eventum prouidebam, visum est vt te facerem certiorē. Nosti enim hac tralatitia: de Gallis constitutur, erit qui intercedat: deinde alius exiliet qui (nisi libere licet de omnibus prouinciis decernere senati) reliquas impedit: si multum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus bienniū in his tricis moretur. Si quid noui de republica quod tibi scriberem, habem, vñus essem mea consuetudine, vt diligenter & quid actum esset, & quid ex eo futurum speraret, perscriberem. Sanè tanquam in quadam filice iam omnia adhaerent. Marcellus idem illud de prouinciis virget, neque adhuc frequētem senatum efficeret potuit. Hoc sic præter anno Curio Tribunus, & eadem actio de prouinciis introiuit, vt quamē facile nunc sit omnia impedire: & quam hoc Cæfari, qui sua causa rem. non curat, superet, non te fallit.

## C A E L I V S C I C I E R O N I S.

6

N O N dubito quin perlatum ad te sit, Appium à Dolabella reum factum, sane quā non ea, quam existimaueram, iniudia. Neque enim stulte Appius, qui simulatque Dolabella accedit ad tribunal, introierat in urbem, triumphique postulatione abieccerat. Quo facio restitut sermones: paratiōre vñus est quamē sperauerat accusator. Is nunc in te maximam spem habet. Scio tibi cum non esse odio: quam velis eum obligare, in tua manu est: cū quo similius tibi non fuisset, liberius tibi de tota re esset. Nunc si ad illam summam veritatem legitimū ius exegeris, caudum tibi erit ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris. In hanc partem porro tutū tibi erit siquid volueris gratificari. nemo enim necessitudine & amicitia te deterrit ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit. Quid mihi discedēs mandatis, memini: quid ego tibi scriperim, te non arbitror oblitum. Non est iam tempus plura narrandi. Vnum illud monere te possum, si res tibi nō displicebit: tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas, & explices quemadmodū exeat ex hac causa. Denique inti diosum tibi sit, si emanarit. Porro significatio villa si intercesserit, clarius quam̄ deceat, aut expediat, fiat. neque ille tacere eam rem poterit quia lūs spei tam opportuna acciderit: quæque in negotio confidendo tanto illustrius erit: cum præsternit is sit qui si perniciose sci ret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio labore, vt etiam putent alterum vñrum de filii ad te missurum. Hic nos omnes aboluiimus: & hercule conlecta omnia feeda & inhonesta sunt, c o s. autem habemus summa diligentia.

tia: adhuc s. c. nisi de feris Latinis, nullum facere potuerunt. Curiosi nostro Tribunatus conglaciatur. Sed dici non potest quomodo hic omnia iaceant. Ni si ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veterum ciuitatem occupasset. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic tri  
• gore frigescimus. Tamen quoquo modo hic omnia iaceant, potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticulari amisi. hoc sic nuntiatum est. Quid tibi super*à* scripti, Curionem valde frigere, iam calet. nam feruentissime conciperitur. Leuissime enim quia de intercalando non obtinuerat, transfligit ad populum, & pro Cæsare loqui coepit, legemque Viatiā non dissimilem Agrariz Rulli, & Alimétariam, quas iuber AEdileis metri iactauit. hoc nōdūm fecerat, cum priorem partem epistolæ scripsi. Amabo te, siquid quod opus fuerit, Appio facies: ponito me in gratia. De Dolabellā, integrū tibi referues, suadeo, & huic  
• rei, de qua loquor, & dignitati tua, aequitatisque opinioni hoc ita facere expedir. Turpe tibi erit panthers Graecas me non habere.

## CAELIVS CICERONI SAL.

7

QVAM cito tu istine decedere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius res gefülli. Dum istie eris, de bellī Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum metus aliqui perturbet. Breuiores has literas properanī publicanorum tabellario subito dedi: tuo libero pluribus verbis scriptas pridie dederam. Res autem nouz nullaz sene acciderunt, nisi haec vis tibi scribi, que certe vis: Cornificius adolescentes Oretillaz filiam sibi despondit. Paula Valeria foror Triarii diuinctum sine causa, quo die vir è prouincia vēturus erat, fecit. Nuptia est D. Bruto: nondū retulerat. Multa in hoc genere incredibilia te absente acciderūt. Scruius Occella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. quereres vbi: vbi hercules ego minime vellem. relinquo tibi quod ab aliis quereras. neque enim displaceat mihi Imperatorem singulos percontari cum qua sit aliqui deprehensus.

## CAELIVS CICERONI S.

8

ET SI de republica qua tibi scribam habebo: tamen nihil, quo magis gauisurum te putē, habeo quām hoc. Seito C. Sempronium Rufum, Rufum mel ac delicias tuas calumniam maximo plausu tulisse. queris qua in causa? M. Tuccium accusatōrē suum post Iudos Romanos reum lege Plotia de vi fecit hoc cōsilio, quid videbat, si extraordinarius reus nemo accusasset, sibi hoc anno causam esse dicendam. Dubium potro illi non erat quid futurum esset. Nemini hoc deferre manuscum maluit, quām suo accusatori. Itaque sine vilo subscriptore descēdit, & Tuccium reum fecit. At ego simulatque andui, inuocatus ad subsellia  
• rei occuro: surgo, neque verbum de re facio. Totum Sempronium visque eo perago, vt Vestorium quoque interponam, & illam fabulam narrē, quemadmodum tibi pro beneficio dederit, siquid iniurias suis esset, vt Vestorius teneretur. Hæc quoque magna nūne cōtentio forum tenet. M. Scruilius postquā vt cooperat, omnibus in rebus turbabar, ne quod non venderet, cuiquā reliquerat: maximèque nobis traditus erat inuidit. Neque Laterensis, Prætore postulante Paulania, nobis patronis, quo ea pecunia peruenisset, recipere voluit. Quod Pilius necessarius Attici nostri de repetūdīs cum postulauit, magna illoco fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cōceptum. Quo vento prōliicitur Appius minor, vt impliceat pecuniam ex bonis patris peruenisse ad Scruilium: prævaricationisque causa diceret depositū MS LXXXI. Admirata amentiam, immo si actiones stultissimas, quid si nefarias patris confessiones audirebāt. Mittit in consilium eosdem illos qui lites astimarent, iudices. Cum sequo numero sententiz fuissent, Laterensis leges ignorans pronuntiavit quid singuli ordines iudicassent: & ad extremū, vt solent, non redigam. Postquam discessit, & pro abso-luto Scruilius haberi coepit, legisque vnum & centendū caput legit, in quo ita erat,  
QVOD EORVM IUDICVM MAIOR PARS IUDICARIT, ID  
IVS RATVM QVE ESTO, in tabulas absolutū non retulit, ordinum iudicia prescripsit, postulante rursus Appio, cum L. Lollio transexisset, relaturū dixit. Sie nūne neque absolutor, neque damnatus Scruilius de repetūdis laetus Pilio traderetur. Nam de diu-natione Appius, cum calumniam iurasset, cōtendere ausus non est, Piliōque cessit. & ipse de pecuniis repetūdis à Scruiliis est postulatus, & præterea de vi reus à quadam suo emissario

F.i.

cit factus. Reute hoc par habet. Quod ad temp publici pertinet, omnino multis diebus expectatione Galliarum actum nihil est. Aliquando tamen saepe re dilata & grauiter acta, & plane perspecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut cum decedere post Cal. Mart. placet, s. c. quod tibi misi, factum est, autoritatique perscriptz.

.. s.c. authoritas. Pr. Cal. Oct. in zde Apollinis Scrib. adfuerit, L. Domitius Cn. F. Aheno,  
 .. barbus, Q. Cælius Q. F. Metellus, Pius Scipio, L. Iul. L. F. Pom. Annalis, C. Septimus T. F.  
 .. Quirina, C. Lucius C. F. Puphirus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. A. N. Ca  
 .. pito, M. Oppius M. F. Ter. Quod M. Marcellus c o s s. V. F. de prouincis cōsularibus. D.  
 .. E. R. I. C. vti C. Paulus, C. Marcellus c o s s, cū magistratu insident ad ex Cal. Mart. quia in  
 .. suo magistratu futurae essent, de cōsularibus prouinciis ad senatum referrent, neve quid prius  
 .. ex Cal. Mart. ad senatum referret, neve quid cōsuncitum de ea re referretur à c o s s. vtque eius  
 .. rei causa per dies comitiales senatum haberent s. que c. faceret. & cum de ea re ad senatum refer  
 .. retur à c o s s. qui corū in c c c. iudicib' essent, lex adducere licet. Siquid ea re ad populi,  
 .. plebēm ve copus esset, vt Ser. Sulpitius, M. Marcellus c o s s. Præt. Tribb. que pl. quibus corū  
 .. videntur ad P. pl. ve. referent, quod ii non tulissent, vti quicunque deinceps essent, ad P. pl. ve  
 .. ferent. L. V. Pr. Cal. Oct. in zde Apollinis Scrib. adfuerit, L. Domitius Cn. F. Aheno  
 .. barbus, Q. Metellus Q. F. Pius Scipio, L. Iulius L. F. Pom. Annalis, C. Septimus T. F. Qui  
 .. rina, C. Scribonius C. F. Pom. Curio, L. Atilius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Teretina.  
 .. Quod M. Marcellus c o s. de prouinciis, D. E. R. I. C. senatum existimare neminem corū,  
 .. qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram ascrire oportere, quo minus de rep.  
 .. Q. P. ad senatum referri, senatique c. fieri possit. qui impeditur, prohibuerit eum, senatum  
 .. existimare contra temp publicam fecisse. Siquis huic c. s. intercesserit, senatum placere autho  
 .. ritatem perfici, & de ea re ad senatum populūmque referri. Huic s. c. intercessit C. Cælius,  
 .. L. Vieinius, P. Corsi. C. Vibius Pansa. Item senatum placere de militibus qui in exercitu C.  
 .. Cæsaris sunt: qui eorum stipendia, emerita, aut cauas, quibus de caufis missi fieri debeant,  
 .. habeant ad hunc ordinem referre, vt eorum ratio habeatur, caufa que cognoscantur. Siquis  
 .. huic s. c. intercessisset, senatum placere authoritatem perfici, & de ea re placere ad hunc or  
 .. dinem referri. Huic senato C. intercessit Cælius, C. Pansa Tribb. pleb. Itēmque senatum pla  
 .. cere in Ciliciam prouinciam, in V I I I. reliquias prouincias, quas Prætorii pro Prætore ob  
 .. tinarent, eos qui Prætores fuerunt, neque in prouincia cum imperio fuerunt, quos eorum  
 .. ex s. c. cum imperio in prouincias pro Prætore mitti oportet, eos forte in prouincias  
 .. matti placere, si ex eo numero, quos s. c. in prouincias ire oportet, ad numerum non ef  
 .. sent qui in eis prouincias proficierentur: tum vti quodque collegium primū P. R. fuisset:  
 .. neque in prouincias profecti essent, ita sorte in prouinciam proficierentur. si ii ad num  
 .. rum non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegiū, qui Prætores fuissent, neque in  
 .. prouincias profecti essent, in sorte coniuercentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad  
 .. numerum in prouincias mitti oportet. Siquis huic s. c. intercessisset, authoritas perfici  
 .. betur. Huic s. c. intercessit C. Cælius, C. Pansa, Tribb. pl. Illa præterea Cn. Pöpici sunt  
 .. animaduersa, que maxime confidentia attulerunt hominibus, vt diceret se ante Cal. Mart.  
 .. non posse sine iniuria de prouinciis Cæsarū statuere, post Cal. Mart. se non dubitatum.  
 .. Cum interrogaretur si quis tum intercederent: dixit hoc, nihil intercessit vtrum C. Cæsar se  
 .. natui dicto audiens futurus non esset, an pararet qui senatum decernere non patetur. Quid si  
 .. inquit alius, & c o s. esse & exercitum habere volet? At ille quam clementer, Quid si fil  
 .. lius mucus suum mihi impingere volet? His vocibus vt existimarent homines Pöpici cum  
 .. Cæsare esse negotium, effecit. Itaque iam, vt video, alterātram ad conditionem descendere  
 .. vult Cæsar, vt aut maneat, neque hoc anno sui ratio habeatur: aut si designari poterit, de  
 .. cedat. Curio se contra eum totum parat: quid assequi possit, necio. Illud video, bene sen  
 .. tientem, eti nihil efficerit, cadere non posse. Me tractat liberaliter Curio, & mihi suo mu  
 .. nere negotium imposuit. Nam si mihi non dedilser eas, quæ ad ludos ei aduectæ erat Afri  
 .. canæ, potuit superieordeti. Nunc quium date necesse est, velut tibi curæ sit, quod à te semper  
 .. petui, vt aliiquid istinc bestiarum habeamus: Sittianamque syngrapham tibi commando. Li

bertum Philonē istuc misi & Diogenem Græcum, quibus mādata & literas ad te dedi: eos  
nō tibi & rem, de qua misi, velim curz habeas. nam quam vehementer ad me pertineat, in iis,  
quas tibi illi reddent, literis descripsi.

## CAELIVS CICERONI 5.

S I C tu, inquis, Hirnum tractabis Immō si scias quām facile, quām ne contentioñis qui-  
dem minūz fucrit, pudeat te ausum illum vñquam esse incedere tanquam tuum compe-  
titorum. Post repulsañ vero risus facit: ciuem bonum ludit, & contra Cesarem sententias  
dicit: expectationem corripit, Curionem proflus nō mediocriter obiurgatus haec repulsa se  
murauit. Præterea qui nunquam in foro apparuerit, non multum in iudicis versatus sit, a-  
git causam liberaliter, sed raro post meridie. De prouinciis quod tibi scriperā Id. Sext.  
actum iri, interpellat iudicium Marcelli c o s. dcfig. in Cal. reiectum ne frequentiam qui-  
dem efficere potuerant. Has literas ad 1 1 1. Non. Sept. dedi, quā ad eam diem ne profliga-  
tum quidem quicquam erat. Vt video, causa hæc integræ in proximū annum transferretur;  
& quantum diuino, relinquendus tibi erit qui prouinciam obtineat. Nam non expeditur  
succesio, quām Gallia, qua habent intercellorem, in eandem conditionem quam ceteræ  
prouinciaz, vocatur. Hoc mihi non est dubium: quo tibi magis scripsi, vt ad hunc euentum  
te parares. Fere literis omnibus tibi de pantheris scripsi: turpe tibi erit Patishum Curioni  
decē pantheras misisse, te non multis partibus plureis: quas ipsas Curio mihi & alias Afri-  
canas decem donauit, ne putes illum tantum prædia rustica dare scire. Tu, si modo memo-  
ria tenueres, & Cibyratas arcessieris, itēmque in Pamphiliam literas miseris (nam ibi plureis  
capi aiunt) quod voles efficies. Hoc vehementius labore nunc, quod scorsum à collega pu-  
to mihi omnia paranda. Amabo te, impera ibi: hoc cura. Soles libenter, vt ego, maiore par-  
tem nihil curare. In hoc negotio nulla tua, nisi loquendi, cura est, hoc est imperādi & man-  
dandi. Nam simulatque erunt capte, qui alant eas & deportent habes eos quos ad Sittianā  
syngrapham misi. puto etiam, si villam spem mihi literis ostenderis, me istò missurum alios.  
M. Federnum Eq. Ro. amici mei filium, bonum & strenuum adolescentem, qui ad suum ne-  
gorium istuc venit, tibi commendo, & te rogo vt cum in tuorum numero habeas. Agros,  
quos fructuarios habēt ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile & honestum factu est,  
immune es: gratos & bonus viros tibi obligaris. Nolo te putare Faunum à columna-  
ris præteritum: optimus quisque cum non fecit. Pompeius tuus aperte Cesarem & prouin-  
ciam tenere cum exercitu, & c o s. es. tamen hanc sententiam dixit, Nullum hoc tempo-  
re s. c. faciendum. Scipio hanc, Vt Cal. Mart. de prouinciis Gallis, neu quid coniunctum  
referretur. Confristauit hæc sententia Balbum Cornelium: & scio cum questum esse cum  
Scipione. Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione fatis frigidus.

## CAELIVS CICERONI 5.

IO

S A N E Q Y A M literis C. Cassii & Deiotari sumus commoti. Nam Cassius cis Euphra-  
ten copias Parthorum esse scripsit: Deiotarus profectas per Commagenum in prouinciam  
nostram. Ego quidem præcipuum metu, quod ad te attinebat, habui, qui scirem quām pa-  
ratus ab exercitu es, nequod hic tumultus dignitati tue periculū afficeret. Nam de vita si  
paratori ab exercitu es, rimuisse: nunc hæc exiguitas copiarū recessum, nō dimicationē  
mihi tuam præfigebat. Hoc quomodo acciperent homines, quām probabilis necessitas fu-  
tura esset, vereor etiam nunc: neque prius definī formidare, quām tetigisse te Italiam audie-  
ro. Sed de Parthorum transitu, nuntii varios sermones excitarunt. alius enim Pompeium  
mittendum, aliis ab urbe Pompeium non remouendum, aliis Cesarem cum suo exercitu,  
aliis c o s s. nemo tamen ex s. c. priuatos. c o s s. autem, quia verentur ne illud s. c.  
fiat, vt paludati exeat, & consumeliose præter eos ad alium res transflatur, omnino sena-  
tum haberi nolunt: vtque cō, vt parum diligentes in repub. videantur: sed honeste, sive ne-  
gligentia, sive inertia est: sive ille, quem proposui, metus later sub hac temperatè existima-  
tionē, nolle prouinciam. A te literæ non venerunt: & nisi Deiotari subsecutæ essent, in eam  
opinionem Cassius venerat, quæ diripiuerit ipse, vt videantur ab hoste vastata finiisse bel-  
lum, & Arabas in prouinciam immisisse, cōsque Parthos esse, senatus renuntiasse. Quare

F.ii.

# 84 · Cælii epist. ad Ciceronem.

tibi suadeo, quicunque est iste status rerum, diligenter & caute perscrivas, ne aut velificatus alieni dicaris, aut aliquid, quod referret scire, reticuisse. Nunc exitus est anni: nam ego has li teras ad x i i i. Cal. Decemb. scripti. Plane nihil video ante Cal. Ian. agi posse. Nostri Mar cellū, quād tardus & parum efficax sit: itēmque Seruius quād cunctator. Cuiusmodi putas hoc esse: aut quād id quod nolint, confidere posse, qui quād cupiunt, tamen ita frigide agunt, vt nolle existimetur? Nous magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, hæc cauta pri mos menses occupabit. Sinautem aut non erit iste bellum, aut tum erit, vt vos aut succed, fores parvus additis copiis sustinere possint, Curionem video se dupliciter iactaturum: primum, vt aliquid Cæsari adimat: inde, vt aliquid Pompeio tribuat, quiduis, quamlibet tenuē munusculum. Paulus porro non humane de prouincia loquitur, huius cupiditatē occursum est Furnius noster: plures suscipiunt nō possunt. Hæc noui. alia quād possunt accidere, non cerno. multa tempus affere, & preparata multa esse scio, sed intra fines hos, quæcunq; acciderint, vertentur. Illud addo ad actiones C. Curiohū de agro Campano, de quo negant Cæsarem laborare: sed Pompeium valde nolle, ne vacuus aduenienti Cæsari pateat. Quod ad tuum decepsum attinet, illud tibi non possum polliceri me curaturū vt tibi succedatur: illud certe præstabo, ne amplius proerogetur. Tui cōsiliū est, si tempus, si senatus coget, si honeste à nobis recusari non poterit, vellēne perseuerare: mei officii est, meminisse, qua obresta tione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

## C A E L I V S C I C E R O N I S.

N O N diu, sed acriter nos tuz supplicationes torserūt. Incideramus enim in difficile no dum. Nam Curio tui cupidissimus, cui omnibus rarioribus comitiales eripiebatur, negabat se villo modo pati posse decerni supplications, ne quod furore Pauli adeptus esset boni, sua culpa videretur amissus, & præuatoricato causa publicæ existimaretur. Itaque ad pactionem descendimus: & cōfīmarunt C o s s. se his supplicationibus in hunc annum non v̄suros. Plane quod vtrisque C o s s gratias agas, est: Paulo magis certe. nam Marcellus sic respon dir ei, spem in istis supplicationibus non habete: Paulus se omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat Hirrum diutius diciturum: prendimus eum: non modo non fecit, sed cum de hostiis ageretur, & posset rem impeditre, si vt numeraretur, postularet, tacuit. Tantum Catoni assensus est, qui & locutus honotifice non decrebat supplications. Tertius ad hos Fauonius accessit. Quare pro cuiusque natura & instituto gratias sunt agendæ: His, quod tantum voluntatē ostenderunt, pro sententiâ, cum impeditre possent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de suarum actionum cursu tua causa deflexit. Nam Furnius & Lentulus, vt debuerunt, quasi eorum res esset, vñā nobiscum circunierunt & labo rarunt. Balbi quoque Cornelii operam & sedulitatem laudare possum. Nam cum Curio, ne vehementer locutus est, & cum, si aliter fecisset, iniuriam Cæsari facturum dixit, tum eius fidem in suspicionem adduxit. Non debeat quidem qui neque transfigi volebant, Domiti, Scipiones, quibus hac re ad intercessionem cuocandam interpellantibus, venustissime Curio respondit se eo libentius non intercedere, quod quosdam qui decernerent, vide ret confici nolle. Quod ad rempublicam attinet, in vnam causam omnis contentio coniecta est: de prouinciis in quam adhuc incubuisse cum senatu Pöpeius videtur, vt Cæsar Id. Nouemb. decedat. Curio omnia potius subire constituit, quād id pati: ceteras suas abiecit a ctiones. Nostri porro, quos tu bene nosti, ad extremū certamen rem deducere non audent. Scena rei totius hæc, Pompeius tāquam Cæsarem non impugnet, sed quod illi æquum putet, constituat, ait Curionem querere discordias. Valde autem non vult, & plane rimet Cæsarem C o s. Desig prius quād exercitum & prouinciam tradiderit. Accipitur satis male à Curione: & totus eius secundus Consulatus exagitatur. Hoc tibi dico: si omnibus rebus pre ment Curionem, Cæsar defendetur. Si intercessorem (quod videntur) reformidarent, Cæsar, quoad voler, manebit. Quam quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum urbana rum, ex quo tu quād digna sunt, eligere multa transi, in primis ludorum explosiones, & fu nerum & ineptiarum exterarum, plura habet vtilia. Denique malo in hanc partem errare, vt quād non defyderes, audias: quād quicquam, quod opus est, prætermittatur. Tibi curz

fuisse de Sieuano negotio, gaudeo. Sed quum suspicaris minus certa fide eos tibi viros, tanquam procurator sic agas, rogo. Vale.

## CÆLIUS CICERONI S.

12

P V D E T me tibi confiteri, & queri de Appii hominis ingratissimi iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia,cepit: & cum homo avarus, vt ea solueret, sibi imperare nō posset, occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen, vt multi mihi renuntiarent, & ipse facile animadueteret, male eum de me cogitare. Postea quām vero compri cum collegium tentasse, deinde aperte cum quibusdam locutum, cum L. Domitio, vt nunc est, mihi inimicissimo homine deliberare, velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum reprehenderem, & ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putarā, impetrare à me non potui. Quid ergo est? Tum quidem aliquor amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum, locutus sum, postquam illum, necui satisfaceret quidem, me dignum habere sensi: malui collegi eius homini alienissimo mihi, & propter amicitiam tuam non sequissimo me obligare, quām illius simus vultum subire. Id postquam resciuit, excédavit, & me causam inimicitarum querere clamirauit: vt si mihi in pecunia minus satisficeret, per hanc speciem simultatis eum confectionaret. Postea non defuit accerere palam Scruim accusatorem, inire cum Domitio consilia: quibus cum parum procederet, vt villa lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege me voluerūt, qua dicere non poterant. insolentissimi homines summis Circensibus iudicis meis postulandum me lege Scanzinia curant. Vix hoc erat prælocutus, cum ego Appium Cenitorem eadem lege postulau. Quod melius caderet, nihil vidi. Nam sic est à populo, & nō infimo quoque approbatum, vt maiorem Appio dolorem fama quām postulatio attulerit. Præterea ceipi facillum, in domo quod est, ab eo petere. Conurbat me mora serui huius, qui tibi literas attulit. nam acceptis priobibus literis amplius quadraginta manifit. Quid tibi scribam, nefcio. Scis Domino diem timori esse: te exspecto valde, & quamprimum vide cupio. A te peto vt meas iniurias proinde doleas, vt me existimas & dolere, & vleisci tuas soleas,

## CÆLIUS CICERONI SAL.

13

G R A T V L O R tibi affinirare viri mediussidius optimi. nam hoc ego de illo exstimo. cetera porto, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, & xstate iam sunt decursa, & consuetudine atque autoritate tua: pudore Tulliae, siqua reflabunt, cōfido celeriter sublatum iri. Non est enim pugnax in vitiis, neque hebes ad id quod melius sit, intelligendum. Deinde (quod maximum est) ego illum valde amo. Velles C. Curionem nostrum lautum intercessione de prouinciis extum habuisse. Nam cum de intercessione referretur, quæ relatio fierat ex s. c. primâque M. Marcelli sententiâ pronuntiata esset, qui agendum cum Tribb. Pl. censebat, frequens senatus in alia omnia sit. Stomachus est scilicet Pompeius magnus nunc ita languenti, vt vix id quod sibi placeat, reperiant. Transferant illuc, vt nec ratio esset eius habenda, qui neque exercitum, neque prouincias traderet. Quemadmodum hoc Pompeius laetus sit, cum cognoscat quidnam rep. futurum sit, si aut non possit, aut non curer, vos senes diuites videritis. Q. Hortensius, cum has literas scripsi, animam agebat.

## CÆLIUS CICERONI S.

14

T A N T I non fuit Arsacen capere, Seleuciam expugnare, vt carum rerum quæ hic gestæ sunt, spectaculo careres. nunquam tibi oculi doluisse, si in repulsa Domitii vulum vidisses. magna illa comitia fuerunt: & plane studia ex partium sententiâ apparuerunt, per pauci necessitudinem secuti, officium præstiterunt. Itaque mihi est Domitius inimicissimus, vt ne familiarem quidem suum quequam tam oderit, quām meatque eo magis quod per iniuriam sibi putat creptū, cuius ego author fuerim. Nunc furi tam gavisos homines suum dolorem, vniuersumque me studioborem Antoniū. Nam Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sane quām superiori vita inuidiosum. quod iudicium nunc in expectatione, ineft etiam in bona spe, post Sex. Peducci absolutionem. De summa rep. spe tibi scripsi, me annum pacē non videre: & quo propius ea cōtentio, quām fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum appetat. Propositum hoc est, de quo qui rerum potiuuntur, sunt

F. III.

dimicaturi, quod Cn.Pompeius continuit non pati C.Cæfarem c o s. aliter fieri, nisi exercitum & prouincias tradiderit: Cæfari autem perflusum est, se saluum esse non posse, si ab exercitu recesserit. fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores, & inuidiosa coniunctio, non ad occultam recedit obtræctionem, sed ad bellum eruptit, neque mecum remun quod cōsili capiam, reperio, quod non dubito quin te quoque hæc deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his & gratia & necessitudo est: tum causam illâ, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, QVIN HOMINES in dissensione domæstica debent, quandiu ciuiliter sine armis certetur, honestiorum sequi partem: ubi ad bellum & castra ventum sit, firmorem: & id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia video Cn.Pompeium, senatum, quiq[ue] res iudicat, secum habiturum: ad Cæfarem omnes qui cum timore aut mala spe viuant, accessuros: exercitum conferendum non esse omnino. satis spatiis sit ad considerandas vtriusque copias, & eligendam partem. Propè oblitus sum quod maxime fuit scribendum. Scis Appium Censem huc ostenta faciem de signis & tabulis de agris modo, de ære alieno acerime agere. Perflusum est ei, Cæfaram, lo mentum aut nitrum esse: errare mihi videtur. Nam fortes elucte vult, venas sibi omnes & viscera aperit. Currit per deos atque homines, & quamprimum hæc risum veni, legis Scanthinæ iudicium apud Drusum fieri, Appium de rabulis & signis agere: credere mihi est proprandum. Curio noster sapienter id quod remisit de stipendio Pompeii, scilicet exsistatur. Ad summam, quæris quid putem futurum: si alteruter eorum ad Parthicum bellum non, cat, video magnas impendere discordias, quas ferum & vis iudicabit. Vtque & animo & copiis est paratus. Si sine tuo periculo fieri posset, magnum & iucundum tibi fortuna spectaculum parabat.

## C A E L I V S C I C E R O N I      S.

15

EC QVANDO tu hominem inceptorem, quâm tuum Cn.Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam rugas esset, commorit? Ecquem autem Cæfare nostro acriorem in rebus gerendis, codem in victoria temperationem aut legiuit aut vidisti? Quid est: nunc tibi nostri milites, qui durissimi & frigidissimi locis teterima hyeme bellū ambulando conferunt, malis orbiculatis esse pali videntur? Quid iam inquis: gloriose omnia, si seias quâm sollicitus sum, tum hanc meam gloriam, quæ ad me nihil pertinet, dñeas: quæ tibi exponere, nisi coram, non possum, idque ecclerier fore spero. Nam me, cu expulsi est Italia Pompeium, constitutus ad urbem vocare: id quod iam exstimo confectum: nisi si maluit Pompeium Brundisi circumfederare. Peream si minima causa est properandi isto mihi, quod te videre, & omnia intima conferre discipio: habeo autem quâm multa! Hui vercor (quod solet fieri) ne cum te video, omnia obliuiscar. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit: adeo quod Intimelii in armis sunt, neque de magna causa. Bellicus verba Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, Domitium quendam nobilis illuc Cæfari hospitem à contraria factione nummis acceptis comprehendit, & strangulauit. ciuitas ad arma iit, et cum cohortibus mihi per niueis eundum est. Vsquequeaque, inquires, Domitii mali dant. Velle quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Ciceroni F.S.D.

## C A E L I V S M. C I C E R O N I      S. D.

16

EX ANIMATVS sum tuis literis, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti, neque id quid esset prescrifti. non enim quale esset quod cogitares, aperuisti. Has ad te illico literas seripi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, nequid grauius de salute & incolumentate tua consulas. Nam deos, hominique, amicitia amque nostram testificor, me neque temere prædixisse, neque temere monuisse: sed postquam Cæfarem conuerterem, sententiâque eius, qualis futura esset, parta victoria cogouerim, te certiore fecisse. Si existimas eandem ratione fore Cæfari in dimittendis aduersariis & conditionibus ferendis, erras. Nihil nisi atroc & saeu cogitat, atque etiam loquitur. Itatus senatu exiit, his intercessiōnibus planè incitatus est: non erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius vnicus, si dominus, si spes tuæ reliqua: tibi caræ sunt, si aliquid apud te nos, si vir optimus gener tuus va-

ler, quorum fortunam non debes velle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria salus nostra est, odifice aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: quod offensae fuerit in ista cunctatione te subisse: nunc te contra victorem facere, quem dubius rebus ledens noluisti: & ad eos fugatos accedere, quos resoluteis sequi nolueris, summa stoliditas est. Vide, ne dum pudet te parum optimatum esse, scilicet, parum diligenter quid optimum sit eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum, saltet dum quid de Hispaniis agamus, scitur, expecta, quas tibi nuntio aduentu Cesaris fore nostras. Quam isti spem habeant amissis Hispaniis, nescio. Quod porro tuum consilium sit ad desperatos accedere, non mediussidius reperio. Hoc quod tu non dicendo mihi significasti, Caesar audierat: ac simulataque haue miseri dixit, statim quid de te audisset, expofuit. negauit me scire: sed tamen ab eo petui ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum commoueri posset. Me secum in Hispaniam ducit. Nam nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accederem, vobisque esset, ad te percurrisssem: & hoc a te praesens contendisssem, atque omni vi te retinuisse. Etiam arque etiam Cicero cogita, ne te, tuisque omnes funditus euertas: ne te sciens prudensque eadem, unde exitum vides nullum esse. Quod si te aut voces optimatum commoueret, aut nonnullorum hominum insolentiam & iactacionem fere non potes, eligas certe aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur, quae cum conserceris, & ego te sapienter fecisse iudicabo, & Caesar non offendes:

## CAELIVS CICERONI S.

17

ERGO me potius in Hispania fuisse tum, quam Formiis, quam tu profectus es ad Pompeium: quod utramq[ue] Appius Claudius in ista parte C. Utio, cuius amicitia me paulatim in hanc perditam causam imposuit. nam mihi sentio bonam mentem iracundia & amore ablatam. Tum tu porto, cum ad te proficisci nocte Ariminum venissem, dum mihi pacis mandata das ad Cesarem, & mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti, neque mihi consulisti. Neque haec dico quod diffidam huic causae: sed crede mihi, perire satius est, quam hos videre. Quod si timor vestra crudelitatis non esset, cieci iampridem hinc esset. Nam hic nunc prater scenatores paucos, nec homo, nec ordo quisquam est, nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maxima plebs, & qui antea noster fuit populus, vestre esset. Cur hoc inquisimmo reliquias expectant. Vos inuitos vincere coegero: irritauit in me Catonem. Vos dormitis, nec haec adhuc mihi videmini intelligere, quam nos pateamus, & quam simus imbecilli. Atque hoc nullius premii spe faciam: sed quod apud me plurimum solet valere, doloris atque indignitatis causa. Quid istic facitis: praelium expectatis quod fieri missum est? Vestras copias non noui: nostri valde depugnare, & facile algere, & elurire consuerunt. Vale.

M. TULLII CICERONIS<sup>5</sup> EPISTOLARVM LIB. IX.

## CICERO M. VARRONI S.

1

EX HIS literis, quas Atticus a te missas mihi legit, quid ageres, & ubi essem cognoui: quod autem te visuri essemus, nihil sanè ex iisdem literis potui suspicari. In spem tamen venio appropinquare tuum aduentum, qui mihi utramq[ue] solarior sit. eti tot tantisque rebus virginem, ut nullam allcationem quicquam non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me, aut ego te fortassis aliqua re iuuare. Scito enim me, postea quam in urbem venerim, rediisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris in gratiam: eti non idcirco eorum usum dimiseram, quod iis suscenserem, sed quod corum me suppudebat. Videlicet enim mihi, cum me in res turbuléttissimas infidelissimis sociis demisssem, præceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi & revocant in consuetudinem pristinam: teque quod in co permaneris, sapientiorem quam me dicunt fuisse. Quamobrem quum placatis his vtot, video sperare debere, si te videbam, & ea quæ premant, & ea quæ impendant, me facile transiurum. Quamobrem fuisse in Tusculano, fuisse in Cumano ad te placbit, fuisse

F. iii.

(quod minime velim) Romæ, dummodo simul sumus, perficiam profecto ut id utriusque nostrum commodissimum esse dijudicetur.

## CICERO VARRONI.

C A N I N I V S idem, & idem noster, cum ad me peruspera venisset, & se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi ei me datum aliqui mane: vt peteret, rogavi. Conscripsi epistola noctu, nec ille ad me redit, oblitum credidi. Attamen eam ipsam tibi epistola misissem per meos, nisi audissem ex eodem postridie te manc ē Tusculano exiturum. At tibi recpte paucis post diebus, cum minime expectaret, venit ad me Caninius manc proficiisci ad te statim dixit, etia erat ~~in~~ illa epistola, præferim tantis postea nouis rebus allatis: tamen perire lucubratione meam nolui, & cam ipsam Caninio dedi: sed cum eo & cum homine docto & tui amantissimo loquuntur ea sum quæ pertulisse illum ad te existimo. Tibi autem idem consiliu do quod mihi metuisti, vt vitium oculos hominum, si linguas minus facile possimus. Qui enim victoria se exsultare, quæ victos nos intuentur: qui autem viatos nostros moleste ferunt, nos dolent viuire. Quæres fortasse cur cum hac in vita sint, non absurdum, quemadmodum tu. Tu enim ipse, qui & me & alios prudentia vincis, omnia credo vidisti: nihil te omnino fecellit. Quis est tam lynxus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrit: ac mihi quidem iampridem venit in mentem, bellum esse aliqd exire, vt ea quæ agebantur hic, quæque dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniaber, ipse putabam, qui obuiam mihi venisset, vt cuique comodum esset, suspicaturum, aut dicaturum etiam si non suspicaretur. Hic aut mercuit, & ea re fugit, aut aliquid cogitat, & habet haec paratam. Denique levissime qui suspicaretur, & qui fortasse me optime nouisset, putaret me idcirco discedere, quod quoddam homines oculi mei ferre non possunt. Hæc ego suspicans adhuc Romæ maneo: & tamen ~~in~~ <sup>ad</sup> cœlum, cœlum diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habet rationem mei consilii. Tibi igitur hoc censeo, latendum tantisper ibidem dum effuerescit hæc gratulatio, & simul dum audiamus quemadmodum negotium confectum sit, confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum: quæquam quo me ducat conjectura, habeo: sed expecto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam rausus erit factus, ad Baias venire. Erit enim nobis honestius etiam, cum hinc discernerimus, videci venisse in illa loca ploratum potius quam natum. Sed hæc tu melius. Modo stet nobis illud, vñā viuere in studiis nostris, à quibus antea delectatione modo petebamus, nunc vero etiam salutem. Non decisæ, si quis adhibere volet non modo vt architected, verum etiam vt fabros ad ædificandam temp. & potius libenter accutere. Si nemo vuetur opera, tamen & scribere & legere ~~scribere~~: & si minus in curia atque in foro, at in literis & libris, vt doctissimi veteres fecerunt, nauare recip. & de moribus ac legibus quæzare. Mihi hæc videntur. Tu quid sis aëturus, & quid tibi placat, per gratum ent si ad me scriperis.

## CICERO VARRONI.

E T S I quid scriberem non habebä, tamē Caninio ad te cuncti nō potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam: quod velle te puto, cito me ad te esse vñaturum. Etsi vide quæquo, satissime rectum sit, nos hoc tanto incendio ciuitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem iis qui neficiunt, nobis, quoconque in loco simus, cundem cultum, cundem viuēt esse. Quid referatamen in sermonem incidelus. Valde id credo: laborandum est, ne cum omnes in omnī genere & scelerum, & flagitionum voluntat, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego vero neglecebar barbarorum inscita perlequear, quanuis enim sint hæc miseris, quæ sunt miserrima: tamen artes nostræ nascio quo modo nunc vñiores fructus ferre videntur, quam olim serebant: sive quia nulla nunc in re alia acquiescimus, sive quod grauitas morbi facit vt medicinæ egeamus: eaque nunc appareat, cuius vim non sentiebamus quam valebamus. Sed quid ego nunc hæc ad te, cuius domi nascitur ~~in~~ <sup>in</sup> ~~in~~ <sup>in</sup> <sup>in</sup> nihil scilicet, nisi vt scriberes aliiquid, me expectares: sic igitur facies.

## CICERO VARRONI.

P E R I ~~autem~~ me scito ~~est~~ <sup>est</sup> ~~autem~~ <sup>est</sup> ~~autem~~ <sup>est</sup> ~~autem~~ <sup>est</sup>. Quapropter si vñaturus es, scito necesse esse te ve-

nire. Sinautem nō es, M. Aemilio est te venires. Nunc vide utra te sp̄s magis delectet, p̄sp̄tua ne, an haec quam nob̄ Diōdorus nō concoquebat. Sed de his etiam rebus otiosi cum erimus loquemur. hoc etiam q̄i p̄sp̄tua s̄nta est. De Coctio mihi gratum est. nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te: si hortum in bibliotheca habes, dicit nihil.

## CICERO VARRONI.

M I H I vero ad Non. bene maturum videtur fore, neque solūm propter reipublicā, sed etiam propter anni tēp̄s. Quare istum diem probō: itaque cūdem ipse sequar. consilii nostri, nūl̄ eos quidem qui id sequuti non sunt poenitent, nob̄s poenitendū putarem. Sequuti enim sumus non sp̄m, sed officium: reliquimus autem nō officium, sed desperationem: Ita verecundiores sumus, quām qui se domo non cōmouerunt saniores, quām qui amissis opibus domum nō reuerterunt. Sed nihil minus sero, quām seueritatem oris ororum: & quoquo modo se res haberet, magis illos viceror qui in bello occiderunt, quām hos curio, quibus non fatis facimus quia vivimus. Mithi sp̄atum fuerit in Tusculanum ante Nonas veniendi, illic te video: si minus, persequar in Cumānum, & antē te certiorem faciam, vt lauatio parata sit.

## CICERO VARRONI.

C A N I N I V S noster me tuis verbis admonuit, vt scriberem ad te, siquid esset quod putarem te scire oportere. Est igitur adūetus in expectatione, neque tu id ignoras. Sed tamen cum ille scripsisset, vt opinor, se in Alsiense venturum: scripserunt ad eum sui ne id faceret, multos ei molestos fore, ipsumque multis Ostiæ videri cōmodius eum exire posse. Id ego non intelligebam quid interesseret. Sed tamen Hirtius mihi dixit, & se ad eum, & Balbum, & Oppium scripsisse: vt ita faceret, homines (vt cognoui) amantes tui. Hoc ego iecirco nō sic te volui, vt scires hospitium tibi vbi parares, vel potius vtrobique. quid enim ille facturus sit incertū est: & simili ostentauit tibi me illis eis familiare, & cōsiliis eorum intercessit. Quod ego cur nolim, nihil video. Non enim est idem ferre, siquid ferendum est: & probare, siquid non probandum est, est: quid non probem? Quid enim iam scio præter initia rerum? Nam haec in voluntate fuerunt. Vidi enim (nam tu aberas) nō lros amicos cupere bellū: hunc autē non tam cupere, quām non timere. Ergo haec cōsiliū fuerunt: reliqua necessaria. Vincere autem aut hos, aut illos necesse esse. Scio te semper meū in luctu fuisse, cum videremus quām illud ingens malū alterius vtrius exercitus & ducū interitu: tum vero extrellum malorū, omnium eis ciuilis bellī victoriā: quā quidem ego etiam illorum timebam, ad quos veneramus. Crudeliter enim otiosis minabatur: eratque us & tua iniusta voluntas, & mea oratio. Nunc vero si essent nostri potiti, valde intēp̄tes fuisse. Erat enim nob̄s perirati, quasi quicquād de nostra salute decreuissimus, quod nō idem illis cēsuissimus: aur quasi vtilius reip̄. fuerit, eos etiam ad bestiarū auxilium confugere, quām vel mori, vel cum sp̄e, si non optima, at aliqua tamē viuire. At in perturbata tēp̄. viuimus: quis negat? Sed hoc viderint ii, qui nulla sibi subfida ad omniis vita status parauerūt. hue enim vt venire, superior lōgius, quām volui, fluxit oratio. Cum enim te semper magnum hominem duxi, tum quōd his tēp̄statibus es prop̄ solus in portu, fructusque doctrinae percipiis eos qui maximi sunt, vt ea cōsyderes, eaque tristes quorum & v̄s & delectatio est omnibus illorum & actis & voluptatibus anteponenda. Evidēt hos tuos Tusculanenses dies instar eis vitz puto, libenterque omnibus omniis opes cōcesserim, vt mihi licet vi nulla interpellante, ita modo viuere. Quod nos quoque imitamur vt postfumus, & in nōtris studiis libentissime conq̄uisceamus. Quis enim hoc non dederit nob̄s, vt cum opera nostra patria siue non possit v̄ti, siue nolit, ad eam vitam revertantur. quām multi docti homines, iortasse non recit, sed tamen multi, etiam reip̄. præponendam putauerunt. Quz igitur studia magnorum hominum sententia vacationem habent, eadem publici muneri, us concedente reip̄. cur non abutamur? Sed plus facio, quām Caninius mandauit. Is enim siquid ego scire, rogarat, quod tu nescires. ego tibi ea narrō quāz tu melius sis quām ipse qui narrō. Faciam ergo illud quod rogarus sum, vt corum, quāz temporis huius sint, quāz audiero, nequid ignore.

# 90 Ad M. Varronem, & cæteros.

C I C E R O V A R R O N I .

COENABAM apud Scium, cū vtrique nostrū reddite sunt à te literæ. Mihi vero iam maturum videtur. Nam quod antea te calumnias sum, indicabo malitiam meam. Volebam propè alicubi esset, liquid bonæ salutis, nunc quoniam confecta sunt omnia, dubitandum non est quin æquus viris. Nam ut audiui de L. Cæfare filio, mecum ipse;

Quid hic mihi faciet patri?

Itaque non defino apud istos qui nunc dominantur, coenitare. Quid faciam tempori sensuendum est. Sed ridicula missa, præsertim cum sit nihil quod ridcamus;

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Itaque nullum est apud istos quod non vereat. Sed quod queris, quando, quā, quō, nihil adhuc scimus. Ibi ipsum de Baïs, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædium suum non inspexit: nec villum habet deterius, sed tamen non contemnit. Ego omnino magis arbitror per Siciliam, vel iam scimus. aduenient enim Dolabella: cum puto magistrum fore.

~~magistrum apud istos non possumus.~~

Sed tamen si sciam quid tu constitueris, meum consilium accommodabo potissimum ad tuum. Quare exspecto tuas literas.

C I C E R O V A R R O N I .

ET SI munus flagitare, quanvis quis ostenderit, ne populus quidem soler, nisi cœtitatus: tamen ego expectatione promissi tu moueor: ut admoneam te, nō ut flagitem. Mihi autem ad te quatuor admonitores non nimis verecundos. Noſti enim proſecto os cuius adolescentioris academiz. Ex ea igitur media excitatos mihi, qui metuo ne te forte flagitent: ego autem mandauit vt rogarent. Expectabam omnino iandiu, nūcque sustinebam, ne ad te prius ipſe quid scriberē, quām aliquid accepissem, ut possem te remunerari quām sumillimo munere. Sed cum tu tardius faceres, id est (vt ego interpretor) diligentius, teneri non potui quin coniunctionem studiorum, amorisque noſtri, quo possem literarum genere, declararem. Fe- ci igitur sermonem inter nos habitū in Cumano, cum esset vñia Pomponius: tibi dedi partis Antiochinas, quas à te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumptū Philonis, puto fore, ut cum legeris, mireris nos id locutos eſſi inter nos quod nunquam locuti sumus. sed noſti morem dialogorum. Post hæc autem mihi Varro quamplurima ſi videtur, & de nobis inter nos: ſero fortalē, ſed superiorum temporum fortuna reip. cauſam ſustineat. Hæc ipſi praefata debemus, atque vtinam quietis temporibus, atque aliquo ſi non bono, at ſaltē certo ſtatu ciuitatis hæc inter nos ſtudia exercere possemus. Quanquam tum quidem vel alia quæpiam rationes honestas nobis & curas & actiones darent: nunc autem quid eſt, ſine his cur viuire velenus? Mihi vero cum hiſ ipsi vix: hiſ autem detractis, ne vix quidem. Sed hæc coram, & ſapiens. Migrationem & emptionem ſfeliciter euenire volo, tuumque in ea re consilium probbo. Cura ut valcas.

D O L A B E L L A S. D. C I C E R O N I .

S I V. G. V. & Tullia noſtra recte V. Terentia minus belle habuit, ſed certum ſcio iam conualuisse eam. Præterea rectiflime ſunt apud te omnia. Et ſi nullo tempore in ſuspicio- nem tibi debui venire, partium cauſa potius, quām tua, tibi ſuadere, ut te aut cum Cæſare nobilissimum coniungeres, aut certe in otium referres: præcipue nunc iam inclinata victoria, ne poſſum quidem in villam aliam incidere opinionem, niſi in eam, in qua ſeſciliſ tibi ſuadere videar, quod pie tacere non poſſum. Tu autem mihi Cicero, ſic hæc accipies, ut ſue probabuntur tibi, ſue non probabuntur, ab optimo certe animo ac deditiſſimo tibi & cogitata & ſcripta eſſe iudices. Animaduertis Cn. Pompeium nec nominis ſui, nec rerum ge- ſtarum gloria, neque etiam Regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro ſolbat, eſſe tutum: & hoc etiam, quod infinito cuique contigit, illi non poſſe contingere, ut honore effugere poſſit, pulso Italia, amisis Hispanis, capto exercitu veterano, circumuallato nunc denique quod neſcio an vlli vñquam noſtro acciderit Imperatori. Quamobrem quid aut ille ſperare poſſit, aut tu, animum aduerte pro tua prudentia. Sic enim facillime, quod tibi

velissimum erit, consilii capies. Illud autem te pero, vt si iam ille cuitauerit hoc periculum, & se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas: & aliquando tibi potius quam enuis sis amicus. Satis factum est iam a te vel officio vel familiaritatibus satis factum etiam paribus, & ei republice, quam tu probabas. reliquum est, vbi nunc est resp. ibi sumus potius, quam dum illam veterem sequamur, sumus in nulla. Quare velim mihi iucundissime Cicero, si forte Pöpeius pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere coganit, vt tu te vel Athenas, vel in quanuis quietam recipias ciuitatem. Quod si eris facturus, velim mihi scribas: vt ego si illo modo potero, ad te aduolam. Quocunque de tua dignitate ab Imperatore erunt imperata, qua est humanitate Cæsar, facillimus erit ab eo tibi ipsi impetrare: & meas tamē preces apud eum non minimū authoritatis habitus puto. Erit tuis quoque fidei & humanitatis, curare ut is tabellarius, quæ ad te misi, reuerti possit ad me, & à te mihi literas referat.

## M. CICERO S. D. P. DOLABELLAE.

10

NON sum ausus Saltio nostro nihil ad te literarū dare: nec mehercule habebam quid scriberem, nisi te à me mirabiliter amari: de quo etiam nihil scribente me, te non dubitare certo scio. Omnino mihi magis literæ sunt expectande à te, quam à me tibi. Nihil enim Romæ geritur, quod te putem scire curare: nisi forte scire vis, me inter Niciam nostrum & Vidium iudicem esse. Profert alter (opinor) duobus versiculis expensum Nicie: alter Aristarchus hos iudebat. Ego tanquam criticus antiquus iudicatus sum: verum sunt ~~non~~, an ~~negat~~ ~~negat~~. Puto nūc dicere, Oblitissime es igitur fungorū illorum, quos apud Niciam, & ingentium culinarum cum Sophia Septimia: Quid ergo tu adeo mihi excuslam securitatem veterem putas, vt ne in foro quidē reliquiā præstitionis frontis appareane sed tamē sua- uissimum ~~negat~~ nostrum præstabo integellum: nec committam, vt si ego cum condemnaro, tu restinas, ne habeat Burfa Plancus apud quem literas difcat. Sed quid agorū mihi sit incertū, tranquillōne sis animo, an vt in bello, in aliqua maiuscula cura negotiōne vertere, labor longius. Cum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum, scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sylla morte, te antē, quam certum scierit. Nunc quzterre desierunt quomodo perierit: fatis putant se sci- re quod sciant. Ego ceteroqui animo aequo sero: vnu vereor, ne hasta Cæsari refrixerit.

## CICERO DOLABELLAE S.

11

VEL meo ipsius intentu mallem literas meas defudereres, quam eo casu quo sum grauissime afflictus: quem ferrem certe moderatus, si te haberem. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis, multum leuaret. Sed quum breui tempore, vt opinio nostra est, te sum visurus: ita me afflictum offendes, vt multum à te possum iniuriari. non quo ita sum frater, vt aut hominem me esse oblitus sum, aut fortunæ liucumbendum putem: sed tamē hilaritas illa nostra, & suauitas, que te præter ceteros delectabat, crepta mihi omnis est. Firmitatem tamē & constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, candē cognoscet quam reliquisti. Quod scribis, prælia te mea causa sustinere, non tam id labore, vt si qui mihi obtracent, à te refutentur: quam intelligi cupio, quod certe intelligitur, me à te amari. quod vt facias, te etiam atque etiam rogo. Ignoscäque breuitati literarum mearum, nam & celeriter vna futuros nos arbitrör, & nondum satis confirmatus ad scribendum.

## CICERO DOLABELLAE.

12

GRATVLO R Baiis nostris: siquidem, vt scribis, salubres repente factæ sunt. nisi forte te amant, & tibi assentantur: & tandem, dum tu ades, sunt obliteri sui. Quod quidem si ita est, minime miror: etiam & tertias vim suam, si tibi ita conueniat, dimittere. O ratiusculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque cam tibi misi. quam velim sic legas, vt cauam tenuem & imparem, nec scriptione magno opere dignam. sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui: ieiundio crassissimo filio, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu vclim animo sapienti fortisque sis: vt tua moderatione & grauitate aliorum infamet iniuriam.

## CICERO DOLABELLAE S.

13

C. SVBERNIVS Calenus, & meus est familiaris, & Leptæ nostri familiarissimi per-

necessarius. Is cum virandi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellum, ut in ea prouincia esset, in qua nemo nostrum post Africam superatum, bellum vñlū fore putarat, incidit in ea ipsa mala quæ summo studio vitaverat. oppressus est enim bello repentina, quod bellum comotum à Scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio, ut nulla ratione ab illa miseria se eripere posset. Eadē causa ferè est M. Planii hereditis, qui est item Calenus, Lepta nostri familiarissimus. Hosce igitur ambo tibi sic commendabo, ut maiore cura, studio, solicitudine animi commendare non possum. Volo ipsorum causa: mé que in eo vehementer & amicitia mouet & humanitas. Lepta vero cum ita laboret ut eius fortunæ videantur in discrimen venire, non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æqua laborare. Quapropter etiæ si sape expertus sum quācum me amares: tamen sic velim tibi persuadens, id me in hac re maxime indicaturum. Peto igitur à te, vel si pateris, oratio, ut homines miseros, & fortuna, quam virare nemo potest, magis quam culpa calamitosos, cœseres incoluncis, velisque per te me hoc munericum cum ipsius amicis hominibus, tum municipio Caleno, quo cum mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quem omnibus antepono, dare. Quod dictum sum, puto equidem non valde ad tempi pertinere, sed tamen nihil obstat dicentes familiaris alteri corum valde exigua est, alteri vix equæstris. Quapropter quum his Cæsar vitam sua liberalitate concessisset, nec est quod iis præterea magnopere posse adimi: reditum, si me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. In quo nihil est præter viam longam: quam idcirco non fugiunt, ut & vivant cum suis, & moriantur domi. Quod ut enīm cōtendāsque, vel potius ut perficias (posse enim te mihi persuasi) vehementer te etiam atque etiam rogo.

## CICERO DOLABELLAE COS. SVO S.

14

ET SI contentus eram mihi Dolabella tua gloria, satisque ex ea magnam laetitiam volui patet, quæ capiebas: tamen non possum non confiteri cumulani me maximo gaudio, quod yulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Neminem conueni (conuenio autem quotidie plurimos) sunt enim permuli optimi viri qui valetudinis causa in hac loca veniant: præterea ex municipiis frequentes necessarii mei, qui omnes eum te summis laudibus ad celum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis & consiliis obtemperans, præstantissimum te ciuem, & singulari Consulem præbeas. Quibus ego quanquam veritatem possum respodere te, quæ facias, tuo iudicio & tua sponte facere, nec cuiusque egere consilio: tamen neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis à meis consiliis profecta videatur: neque valde nego, sum enim auditor etiam quæ satis est, glorie. Et tamē non alienum dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni Regum Regi fuit honestum, habere aliquem in consilii capiendis Nestorem: mihi vero gloriosum, te inueni Consulem florere laudibus, quasi aluminum disciplina mez. Lquidem Cæsar, cum ad cum agrotum Neapolim venire, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus: tamē ante quām me plane salutauit, O mi Cicero, inquit, gratulator tibi, cum tantum vales apud Dolabellam, quantū si ego apud sororis filium valorem, tam salu esse possemus. Dolabellæ vero tuo & gratulator, & gratias ago: quem quidem post te Consulem solum possumus vere Consulem dicere. Deinde multa de tacto ac de re gesta: tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum vñquam, nihil reipublice salutarius. Atque hæc vna vox omnium est. A te autem peto, ut me hanc quafsi falsam hereditatem alienæ gloriæ finas cernere: méque aliqua ex parte in societatem tuarū laudum venire patiare, quiaquam mihi Dolabella (hæc enim iocatus sum) libentius omnis meas, si modo sunt aliquæ meæ laudes, ad te transfluerim, quām aliquam partem exhaucrim ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere poeueristi: tum his tuis factis sic incensus sum, ut nihil vñquam in amore fuerit ardenter. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis, M. Brutum proper eius summum ingenium, suauissimos mores, singularem probitatem atque constantiam. tamen Id. Mart. tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatū etiam videbatur. Quis erat qui putaret ad eum amore, quem

erga te habebam, posse aliquid accederentium accessit ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est quod ego te horter ut dignitati & glorie letuias proponam tibi claros viros: quod facere solent qui hortantur. neminem habeo clariorum quam te ipsum: te imitare oportet, tecum certes: ne licet quidem tibi iam tantis rebus gestis non tu similem esse. quod cum ita sit, hortatio non est necessaria: granulatione magis vtendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa seueritas animaduersionis non modo non inuidiosa, sed etiam popularis esset, & cum bonis omnibus, tum insimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuz: sed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenui atque consilii. Legi enim concionem tuam: nihil illa sapientius: ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu. neque solum ad tempus maximā utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplū facti. Intelligere debes in te positam esse rem publicam: tibique non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, à quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, vt spero. Tu, quem rem publicam nosque conservas, fac ut diligenterne teipsum mi Dolabella custodias.

## CICERO P A E T O S.

15

D V A B V S tuis epistolis respondeo: vni, quam triduo ante acceperam à Zetho: alteri, quā atulerat Phileros tabellarius. Ex prioribus tuis literis intellexi pergratam tibi & perfactū esse gaudeo. Sed mihi crede non perinde, ut est rapsis, ex literis perpicere potuisti. Nā cum à fatis multis (non enim possum aliter dicere) & coli me videam & dilig: nemo est illorū omnium mihi te iucundior. Nam quōd me amas, quōd id etiam pridē & constater fas, est id quidem magnum, atque haud scio an maximum: sed tibi commune cum multis: quōd tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere iucundus, id est proprium tuum. Accedunt non Attici, sed falsiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque urbani sales. Ego autem existimes licet quidiubet mirifice capior factiū maxime nostrisibus, præfertim cum eas videam primū oblitas Latio, tum, cum in urbem nostram est in insula peregrinatas: nunc vero etiam Bracatis & Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque te cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios, vere vt dicam, Craffos quoque & Lazio videre video. Moriari, si præter te quenquam reliquum habeo, in quo possim imaginem antiquę & vernacula festivitatis agnoscere. Ad hos lepores cum amor erga me ratus accedat, miraris me tanta perturbatione valetudinis tua tam grauiter examinatum fuuisse. Quod autem altera epistola purgas te, non dissuasorem mihi emptionis Neapolitanæ fuisse, sed authorem moderationis urbanæ, neque ego aliter accepi: intellexi tamen idem, quod his intelligo literis, non existimasse te mihi licere id quod ego arbitrabor, res non omnino quidem, sed magnam partem relinquere. Catulum mihi narras, & illa tempora: quid simile: ne mi quidem ipsi tunc placebat diutius absesse ab re publica custodia. sedebamus enim in puppi, & clausum tenebamus: nunc autem vix est in Lentina locus. An minus multa s.c. futura putas, si ego sum Neapolis Romæ cum sum, & virgo forum, s.c. scribuntur apud amatorem tuum familiarem meum. Et quidem cum in mentem venit, ponor ad scribendum: & ante audio, s.c. in Armeniam & Synam esse perlatum, quod in meam sententiam factum esse dicatur, quam omnino mentionem ullam de ea re esse factam. Atque hoc nolim me iocari putas. Nam mihi scito iam à Regibus ultimis allatas esse literas, quibus mihi gratias agant, quod se mea sententia Reges appellauerint: quos ego non modo Reges appellatos, sed omnino natos nesciebam. Quid ergo est, tamen quandiu hic erit noster hic præfectus moribus, parebo authoritatē tuz: cum vero abierit, ad fungos me tuos conferam. Domum si habebo, in denos dies, singulos sumptuarij legis dies conferam: sinautem minus inuenero quod placet, decreui habitare apud te. Scio enim me nihil tibi gratius facere posse. Domū Sullanam desperabam iam, ut tibi proxime scripti: sed tamen non abiici. Tu velim, ut scribis, cum fabris eam perspicias. Si enim nihil est in parietibus aut in testo vitii, cetera mihi probabuntur.

DELECTAR VNT me tue literæ, in quibus primum amavi amorem tuum, qui ad scribendum incitauit, verentem, ne Silius tuo nuntio aliquid mihi sollicitudinis attulisset: de quo & tu mihi antea scriperas, bis quidem eodem exemplo, facile ut intelligerem te esse commotum: & ego tibi accurate rescriperam, ut quoquo modo in tali re atque tempore aut liberarem te ista cura, aut certe leuarem. Sed quum proximis quoque literis ostendis, quantæ tibi curæ sit ea res: sic mihi Pæte habeto, quicquid a te fieri poteris (non enim iam satis est consilio pugnare, artificium quoddam excoxitandum est) sed tamen quicquid elaborari a te offici potuerit ad iliorum benevolentiam cœiliandum & colligendum, summo studio me consecutum esse: nec frustra, ut arbitror. sic enim color, sic obseruor ab omnibus his qui à Cæsare diliguntur, ut ab his me amari putem. Nam ceteri non facile dijudicatur amor verus & fætus, nisi aliquid incidat eiusmodi tempus, ut quasi aurum igni: sic benevolentia fidelis periculo aliquo perspici possit: cætera sunt signa communia. sed ego vno vtor argumento, quamobrem me ex animo verèque arbitris duci, quia & nostra tortura ea est, & illorum, ut simulandi causa nō sit. De illo autem, quem penes est omnis potestas, nihil video quod timeam: nisi quod omnia sunt incerta, cù à iure discessum est: nec praefari quicquam potest, quale futurum sit, quod possum est in alterius voluntate, ne dicam libidine. Sed tamē eius ipsis nulla re à me offensus est animus. Est enim adhibita in ea te ipsa summa à nobis moderatio. ut enim olim arbitrabar esse meum liberè loqui, cuius opera esset in ciuitate libertas: sic ea nunc amissa, nihil loqui, quod offendat aut illius, aut corum qui ab illo diliguntur, voluntatem. Effugere autem si velim nonnullorum acute aut facete dictorum famam, fama ingenii mihi est abiencia. quod si id possem, nō recusarem. Sed tamen ipse Cæsar haberet peracere iudicium: & vt Seruius frater tuus, quem literatissimum usque iudicco, facile diceret, hic versus Plauti non est: hic est, quod tritæ aures habet notandis generibus poetarum, & consuetudine legendis sic audio Cæsarem, cum volumina iam conserceret, siquod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, rei scire solere. quod cō nunc magis facit, quia vivunt mecum sene quotidianè illius familiares. Incident autem in sermone vario multa, quæ fortasse illis cum dixi, nec illiterata nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cum reliquis actis perferuntur: ita enim ipse mandauit. sic fit ut siquid præterea de me audiat, nō audiendum putet. Quamobrem OEnomaus tuo nihil vtor: etiā possisti loco versus Accianos. Sed quæ est inuidiarum quid mihi nūc inuidiri potest? Verum fac esse omnia. Sic video philosophis placuisse iis, qui mihi soli videntur vim virtutis tenere. Nihil esse sapientis præstare, nisi culpam. qua mihi video dupliciter carere: & quod ea senserim, quæ rectissima fuerint: & quia cum viderem præsidii nō satis esse ad ea obtinenda, viribus certandum cum valentioribus nō putarim. Ergo in officio boni ciuiis certe non sum reprehendendus. Reliquum est, nequid stulte, nequid temere dicam aut faciam contra potentis. Id quoque puto esse sapientis. cætera vero, quid quilibet me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat, aut qua fide mecum vivant ii, qui me assidue colunt & obseruant, præstat non possum. Ita fit ut & consiliorum superiorum conscientia, & præsentis temporis moderatione me consoler: & illam Acciū similitudinem non modo iam ad inuidiam, sed ad fortunā transferam: quam exstimo leuem & imbecillam ab animo firme & graui, tanquam fluctu à saxo frangi oportere. Etenim cum plena sint mortimenta Grecorum, quæ admodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis, cum seruientibus suis ciueatibus fuerint ipsi quodammodo liberi: ego me non putem tueri meum statum sic posse, ut neque offendam animum cuiusquam, nec frágam dignitatem meam! Nunc venio ad iocationes tuas, quum tu secundum OEnomaum Acciū, non, ut olim solebat Atellanum: sed, ut nunc sit, Minum introduxisti. Quem tu mihi Popilium, quem Denarium narras: quam Tyrotarichi patinam: facilitate mea ista ferebantur antea: nunc mutata res est. Hirinium ego & Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. Puto enim te audifessi forte ad vos omnia perferuntur: illos apud me declamitare, me apud eos coenitare. Tu autem, quod mihi bonam copiam ciures, nihil est: tum enim cum rem habebas, quæsticu-

lis te faciebam attentiorem: nunc cum tam æquo animo bona perdas, non eo sis confilio, ut cum me hospitio recipias, estimationem re aliquam putes accipere. etiam hæc leuior est plaga ab amico, quam a debitore. Nec tamen eas oceas quæsto, ut magna reliqua fiant: quod erit, magnificum sit & lautum. Memini te mihi Phœnix oceanam narrare: temperius fiat, cetera codem modo. Quod si perficueras me ad matris tuæ oceanam retrucare, feram id quoque. Volo enim videre animum, qui mihi audeat ista quæ scribis, apponere: aut etiam polyphemus Minianus Louis similem. Mihi crede, non audebis. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lauita veniet: eam extimesces. Neque est quod in promulgide spei ponas aliquid, quæ totam sustuli. Solebam enim antea debilitari oleis & lucanicis tuis. Sed quid hæc loquimur? licet modo istò venire. Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad Tyrotarichum antiquum redi. Ego tibi unum sumptum afferam, quod balneum calcificas opotebitis: cetera more nostro, superiora illa lusimus. De villa Selicana & curasti diligenter, & scripti facetissime. Itaque puto me prætermissurum. salis enim satis est, fannionum parum.

Vale.

## CICERO L. PAPIRIO PAETO.

17

N O N tu homo ridiculus es, qui, cù Balbus noster apud te fuerit, ex me quæras quid de iis municipiis & agris futurum putem: quasi aut ego quicquam sciām quod iste nesciat: aut siquid aliquando scio, non ex isto soleam scire. Immò vero si me amas, tu fac ut sciām quid de nobis futurū sit. Habiuit enim in tua potestate, ex quo vel ex fabrio, vel certe ex cibario scire posse. Sed ego ista mihi Pate non quæsto: primum, quia de lucro propè iam quadriennium viuimus: si aut hoc lucrū est, aut hæc vita, superfluitatem reip. viuere. Deinde quod scire quoque mihi video quid futurum sit. si etenim quodcumque volens quivalebunt: valēbunt autem semper arma. Satis igitur nobis esse debet, quicquid conceditur. hoc si qui pati non potuit, mori debuit. Vicentem quidem agrū & Capenatem meriuntur: hoc nō longe abest à Tusculano. Nihil tamen timeo: fruor dum licet: opto ut semper licet. Si id minus contigerit, tamè quum ego vir fortis, idem quod philosophus viuere pulcherrimū duxi, non possum cù non diligere, cuius beneficio id consecutus sum. qui si cupiat esse temp. qualem fortasse & ille vult, & omnes optare debemus, quid faciat tamen non habet: ita se cum multis colligauit. Sed longius progredior: scribo enim ad te. Hoc tamen scito, nō modo, do me, qui consiliis non interfici, sed ne ipsum quidē principio scire quid futurū sit. Nos enim illi seruimus: ipse reponibus: ita nec illi quid tempora postulatura sint: nec nos quid ille cogite, scire possumus. Hæc tibi antea non rescripti, nō quod cessor esse solerem, præfertim in literis: sed cum explorati nihil haberem, nec tibi sollicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui. Illud tamen adscibam, quod est verissimum, me his temporibus adhuc de isto periculo nihil audisse. Tu tamen pro tua sapientia debebis optare optimam, cogitare difficillimam, ferre quæcumque erunt.

## CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO.

18

C V M esset otiosus in Tusculano, propter quod discipulos obuiam miserā, ut üdem me quæram maxime conciliarent familiari suo, accepi tuas literas plenissimas suavitatis: ex quibus intellexi probari tibi meum consilium, quod ut Dionysius tyrannus, cum Siracusæ pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperiulicific ego sublati iudicis, amissio tegno forensi, ludum quasi habere coeprim. Quid queris: me quoque delectat consilium. multa enim consequor: primum id, quod maxime nunc opus est: munio me ad hæc tempora. Id cuiusmodi sit, nescio: tantum video nullius adhuc consilia me huic anteponere, nisi forte mori melius fuit in lectulo. fatior: sed non accidit: in acie non fui. Ceteri quidem, Pœpicius, Lentulus tuus, Scipio, Afranius stede perierunt: Cato praedclare. Iam istuc quidem cù vollemus, licebit. Demus modo operā, ne tam necesse nobis sit, quæ illi fuit, id quod agimus. Ergo hoc primum. Sequitur illud: ipse melior fio, primū valetudine, quatuor intermititis exercitationibus amiseram: deinde ipsa illa, squa fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes renulissim, exarussem. Extremum illud est, quod tu nescio an primum putes: pluris iam paiones confeci, quæram tu pullos columbinos. Tu istuc te Atheriano iure dele-

ctato, ego me h̄c Hirtiano. Veni igitur, si vir es, & disce iam ~~rebus~~, quas queris: et si <sup>rebus</sup> Minervam. Sed quando, vt video, estimationes tuas vendere non potes, neque ollam denariorum implere, Romam tibi remigrandum est. Satis est h̄c cruditate, quam istic fame. Video te bona perdidiisse: spero idem istuc familiare tuos. Actum igitur de te est, nisi prouides, potes mulo isto, quē tibi reliquum dicas esse, quum cantherium comedisti, Romā peruchi. Sella tibi erit in ludo, tanquam hypodidascalō proxima:cam puluinus sequetur.

CICERO S. D. L. PAPIRIO PAETO.

19

T A M E N à malitia non discedis: tenuiculo apparatu significas Balbum fuisse contentum: hoc videris dicere, cum Reges tam sint continentis, multo magis Consulareis esse oportere. nescis me ab illo omnia expicatum ercta enim à porta domum meam venisse: neque hoc admiror, quod non ad tuam potius: sed illud, quod non ad suam. Ego autem tribus primis verbis, Quid nostre Petus: at ille adiurans, nusquam se vñquam libertus. Hoc si verbis affectus es, aureis ad te afferam non minus eleganteis. Sin autem obsonio, peto à te ne pluris esse balbos, quam disertos putes. Me quoedam aliud ex alio impedit. Sed si me expediero, vt in ista loca venire possim, non committam vt te sero à me certiore factū putas.

CICERO PAETO.

20

D V P L I C I T E R. delectatus sum tuis literis: & quod ipse risi, & quod te intellexi iam posse ridere. Me autem à te, vt scurrum velitem, malis onerarum esse, non moleste tuli: illud dolco, in ista loca venire me, vt constitueram, non ponuisse. habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. At quem virum: non cum, quem tu es solitus promulsi confidere. Integrā famem ad ouum affero: itaque visque ad assūm vitulinum opera perdurcit. Illa mea, quæ solebas antea laudare, O hominem facilem, & hospitem non grauen: abierunt. Nam omnem nostram de republica cutam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem caufatum abieciimus. In Epicuri nos aduersarii nostri castra conieci- mus: nec tamen ad hanc insolentiam, sed ad illam tuam lautitiam, veterem dico, cum in sumptus habebas: et si nunquam plura prædia habuisti. Proinde te para: cum homine & edaci tibi res est, & qui iam aliquid intelligat. Autem homines scis quam insolentes sint: dediscenda tibi sunt sportella & artolagani tui. Nos iam & artis tantū habemus, vt Verrium tuum & Camillum, qua munditia homines! qua elegantia vocare sapient audiemus. Sed vide audaciam, etiam Hirtio coenam dedi sine paone: tamen in ea cena coccus meus præter ius feruens nihil potuit imitari. Hæc igitur est nunc vita nostra. manc salutamus domi & bonos viros multos, sed tristeis: & hos latos victores, qui me quidem peroficiose & peramanter obseruant. Vbi salutatio defluit, literis me involo, aut scribo, aut logo. Veniunt etiam qui me audiunt quasi doctū hominem, quia paulo sum, quam ipsi, doctior. Inde corpori omne tēpus datur. Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quam villa mater vnicum filium. Sed cura, si me amas, vt valeas: ne ego te iacente, bona tua comedim. statui enim tibi ne ægrotto quidem parceret.

CICERO PAETO S.

21

A I N' tandem insanire tibi videris, quod imitare verborum meorum, vt scribis, fulmina- tum insanires, si consequi non posses. cum vero etiam vincas, me prius irrideas, quam te, oportet. Quare nihil tibi opus est illud à Trabea, sed potius ~~æmilia~~ meum. Veruntamen quid tibi ego in epistolis video? nonne plebeio sermone agere tecum nec enim semper eodem modo. Quid enim simile habet epistola aut iudicio, aut cōcionis quin ipsa iudicia nō solemniter omnia tractare vno modo. Privatas cauſas, & eas tenues, agiliter subtilius: capitis aut famz scilicet ornatus. Epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Sed tamen mi Pate, quā tibi venit in mentem, negare Papirium quenquam vñquam nisi plebeium fuisse: fructum enim patricii minorum gentium: quorum princeps L. Papirius Mugillanus qui c o s. cum L. Sempronio Atratino fuit, cum ante Censor cum codem fuisset annis post R. C. c c c. x i i. Sed tum Papisi dicobamini. Post hunc x i i. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. Is Dictator cū L. Papirio Curfore magistro equitum factus est, annis post R. C. c c c c x v, & quadriennio

pōst c o s. cum C. Duillo. Hunc secutus est Curfor homo valde honoratus: deinde L. Maf-  
fio A Edilicius: inde multi Massones: quorum quidem tu omnium patriciorum imagines  
habes volo. Deinde Carbones & Turdi insequuntur. Hi plebeii fuerunt: quos contem-  
nas censeo. Nam præter hunc C. Carbonem, quem Damatippus occidit, cuius è republica  
Carbonum nemo fuit. Cognovimus Cn. Carbonem & eius fratrem scurrum: quid his im-  
probis: de hoc amico meo Rubrix F. nihil dico. Tres illi fratres fuerunt, C. Cn. M. Car-  
bones: Marcus P. Flacco accusante cōdemnatus, fuit magnus ex Sicilia: Caius accusante L.  
Crasso cantharidas summissus dicitur. Is & Trib. pl. sedentiosus, & P. Africano vim attulisse  
exstimator est. Hoc vero, qui Lilybei à Pompeio nostro est interfactus, improbior nemo  
meo iudicio fuit. Iam pater cius accusatus à M. Antonio, tutorio atramento absolutus pu-  
tatur. Quare ad Patres censeo reuertare: plebeii quām fuerint importuni, vides.

C I C E R O P A E T O .

22

A M O verecundiam, vel potius libertatem loquendi, atqui hoc Zenoni placuit homini  
mercerile acuto, et si academiz nostrum cum eo magna rixa est. Sed ut dico, placet Stoicis  
suo quanque rem nomine appellare. Sic enim differunt, Nihil esse obscenum, nihil turpe  
dictu. Nam siquod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse ter-  
tium. In re non est: itaque non modo in comedisi res ipsa narratur, ut ille in Demiurgo  
modo (sorte nostri canticum, meministi Roscius) Ita me defluit nudum: totus est sermo  
verbis tectus, re impudentior: sed etiam in tragediis, quid est enim illud, Quæ mulier vna-  
• quid inquam est, Vsurpata duplex cubile? Quid: huic Pherci hic cubile iniire est ausus.  
Quid est Virginem me quandam inuitam per vim violat. Iupiter bone, violat? Atqui i-  
dem significari, sed alterum nemo tulisset. Vides igitur, cum eadem res sit, quia verba non  
sunt, nihil videtur turpe, ergo in re non est, multò minus in verbis. Si enim quod verbo si-  
gnificatur, id turpe non est: verbum quod significat, turpe esse non potest. Anum appellas  
alieno nomine, cur suo potius? Si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potius. Cau-  
dam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus. At hodie penis  
est in obscenis. At vero Piso ille frugi in annalibus suis queritur, adolescentis peni de-  
ditos esse. Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectus penem. sed quia multi;  
factum est tam obscenum, quām id verbum, quo tu vñus es. Quid quod vulgo dicitur,  
cum nos te volumus conuenire, num obscenum est: Memini in Senatu disertum Con-  
sularem ita eloqui: Hanc culpam maiorem, an illam dicamus potuit obscenius: non, in-  
quis. Non enim ita sensit. Non ergo in verbo est: docui autem in re non esse: nusquam  
igitur est. Liberis dare operam, quam honeste dicitur: etiam patres rogant filios, cuius ope-  
ra nomen non audent dicere. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus vo-  
• citatus est. num id obscenum putas: Cum loquimur terni, nihil flagitiū dicimus. at cum  
bini, obscenum est. Græcis quidem, inquietus. Nihil est ergo in verbo, quām & ego Græce  
scio, & tamen tibi dico bini, idque tu facis, quasi ego Græce, non Latine dixerim. Ruta &  
menta recte utrumque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut tutulam: non licet. Bella te-  
tioriota: dic ergo etiam paumenta: illo modo: non potes. Vidēn' igitur nihil esse, nisi inci-  
piat turpitudinem nec in verbo esse, nec in re: itaque nusquam esse. Igitur in verbis ho-  
nestis obscena ponimus. Quid enim, non honestum verbum est diuīs? At inest obscenum:  
cui responderem intercapedo, num hæc ergo obscena sunt? Nos autem ridicule: si di-  
cimus, ille patrem strangulauit, honorem non praefamur: si de Aurelia aliquid aut Lol-  
lia, honos praefandus est. Et quidem iam non etiam obscena verba pro obscenis sunt. bat-  
tuit inquit impudenter, depit multo impudentius. Atqui neutrum est obscenum. Stul-  
torum plena sunt omnia. Testes, verbum honestissimum in iudicio: alio loco non ni-  
mis: at honesti, colci Lanuini: Cliternini, non honesti. Quid ipsa res modo honesta, mo-  
do turpis: suppedit, flagitium est. iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Habes scho-  
lam Stoicam ē ~~non~~ <sup>non</sup> ~~negare~~ <sup>negare</sup> lēp. quām multa ex vno verbo tuo. Te aduersus me omnia  
audere gratum est. Ego seruo & seruabo (sic enim affuei) Platonis verecundiam. Itaque  
tectis verbis ea ad te scripsi, quæ aperiissimus agunt Stoici. Sed illi etiam crepitus alunt æ-

G.i.

que liberos, ac ructus esse oportere. Honorem igitur. Cal. Mart. Tu me diliges & valebis.

## CICERO PÆTO.

23

HE RI veni in Cumanum, cras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem. Etsi M. Ceparius, cū mihi in sylua Gallinaria obuiam venisset, quassissimum quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. tuli seculic moleste, ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & videtur te & viserem, & cœnarem eniam. Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Expecta igitur hospitem cum minime edacem, tum inimicum cœnis sumptuosis.

## CICERO PÆTO.

24

R V F V M istum amicum tuum, de quo iterum iam ad me scribis, adiuuarem quātum possem, etiam si ab eo Iesus essem, cum te tantopere viderem eius causa laborare. cum vero & ex tuis literis & ex illius ad me missis intelligam, & iudicem magnaz curz ei salutem meam fuisse: non possum ei non amicus esse; neque solum tua commendatione, quæ apud me, ut debet, valet plurimum, sed etiam voluntate ac iudicio meo. Volo enim te scire mi Pæte, initium mihi suspicioris & cautionis & diligètia fuisse literas tuas, quibus literis cōgruentes fuerunt alias postea multorum. Nam & Aquini & Fratreriz consilia sunt initia de me, quæ te video inauditis, & quasi diuinarent, quia his molestus essem futurus, nihil aliud egrent nisi me ut opprimerent. Quod ego non suspicans, incautior fuissim, nisi à te admonitus essem. quamobrem ille tuus amicus apud me non eget commendatione. Vietnam ea fortuna reipublicæ sit, ut ille me quamgratissimum possit cognoscere. Sed hæc hæc nus. Te ad cœnas itare desisse moleste ero. magna enim te delectatione & voluptate priuasti. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dedicas & obliuiscaris cœnulas facere. nam si tum, cum habebas quos imitarere, nō multum proficiebas, quid nunc te facturum putem? Spurinna quidem, cum ei rem demonstrasset, & vitam tuam superiorum exposuit, magnum periculum summissus teip. demonstrabat, nū ad superiorum confuetudinem tum, cum Faonius flaret, reuertiles. hoc tempore ferri posse, si forte tu frigus ferre non posses. Sed mehercule mi Pæte extra iocum, moneo te, quod pertinere ad beatæ viuendum arbitror, ut cum viris bonis iucundis, amantibus tui viuas. nihil est aptius vita: nihil ad beatæ viuendum accommodatus. Nec id ad voluptatem refero, sed ad communitatem vita atque virtus, remissionemque animorum, quæ maxime sermone efficiunt familiari, qui est in coniunctis dulcissimus: ut sapientius nostri, quæ in Græci: illi *euonyma* aut *euadra*, id est compotationes aut conconationes: nos coniuncta, quod tum maxime simil viuuntur. Vides ut te philosophando reuocare coner ad cœnas? Cura ut valeas: id foris cœnitando facilime cōsequere. Sed caue, si me amas, existimes me, quod iocofus seribam, abieccisse curam reipublicæ. Sie tibi mi Pæte persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei ciues salui liberisque sint. Nullum locum prætermitto monendi, agendi, prouidendi. Hoe denique animo sum, ut si in hac cura atque administratione vita mihi ponenda sit, præclare actum mecum putem etiam atque etiam. Vale.

## CICERO IMP. PÆTO.

25

S V M M V M me ducem literæ tuz reddidetur. planè nesciebam te tam peritum esse, tei militaris. Pyrrhi te libros & Cineas video lectitas. Itaque obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima: contra equitem Parthum negat villam armaturam meliorem inueniri posse. Sed quid ludimus: nescis quocum Imperatore tibi negotium sit *tau/tais nigris* quam contrieram legendo, totam in hoc imperio explicau. Sed iocabimus alias coram, ut spero breui tempore. Nunc ades ad imperandum vel ad parendum potius. sic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio (quod scire te arbitror) mihi summus vius est: valdeque cum diligo, cum propter summam probitatem eius ac singulari modestiam, tum quod in his controveneris, quas habeo cum tuis combonibus Epicureis, optima opera eius vti soleo, Is quum ad me Laodiceam venisset, me-

cumque ego eum esse vellem, repente percussus est atrocissimis literis; in quibus scriptum erat fundum Herculaneensem à Q. Fabio fratre proscriptum esse, qui fundus cum eo communis esset. Id M. Fabius pengrauit tulit, exultauitque fratrem suum hominem non sapientem impulsu inimicorum suorum eò progressum esse. Nunc si me amas, mi Pæte, negotiorum totum suscipe: & molchia Fabium libera. Authoritate tua nobis opus est, & consilio, & etiam gratia. Noli pati litigare fratres, & iudicis turpibus conflictari. Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius. quid multa: non mehercule tam prescribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Id ille in te positum esse putat, milique periuader.

CICERO PÆTO S., D.

26

ACC V B V E R A M H. VIII, cum ad te harū exemplum in codicillis exaraui. Dices, Vbi Apud Volumnium Eutrapelum: & quidc supra me Atticus, infra Verrius, familiares tui. Miraris tam exhilaratam esse seruitutem nostram? Quid ergo faciam? te cōsulō, qui philosophū audis. Angare cruciēmne me: Quid aspergat? deinde quem ad finem? Viuas, inquis, in literis. An quacquam me aliud agere censes? Aut possem viuere, nisi in literis viuere? Sed est carum etiam non satis, sed quidam modus. A quibus cum discessi, et si minimum mihi est in etiā, quod tu vñū dixis. Dionis philosopho posuisti: tamen quid potius faciam, prīusquam me dormitu conferam, non reperio. Audi reliqua. Infra Eutrapelum Cyteris accubuit. In eo igitur, inquis, conuiui Cicerō ille, quem aspectabam: cuius ob os Graii ora obuerbant sua? Non mehercule suspicatus sum illam affore. sed tamen ne Aristippus quidem ille Socraticus erubuit, cum esset obiectum habere cum Laide. Habeo, inquit, non habeo à Laide. Grace hoc melius: tu si voles, interpretabere. Me vero nihil istorum, ne iuueniem quidem mouit vñquam, ne nunc senem, constituo delector: ibi loquor, quod in solum, vi dicitur, & geminitum & in risus maximos transferro. An tu id melius, qui etiam in philosophum irriseris? Cum ille si quis quicquid quereret, dixisset, ecenam te quizzere à mane dixeris. Ille baro te putabat quazifiturum, vnum ecclum esset, an innumerabilia. Quid ad te? At hercule etiam nunquid ad te ibi praesertim. Sic igitur viuitur: quotidie aliquid legitur aut scribitur. dein, ne amicis nihil tribuamus, epulamus vñā nō modo non contra legem (si vlla nunc lex est) sed etiam intra legem, & quidem aliquanto. quare nihil est quod aduentū nostrum extimescas. non multi cibi hospitem accipies, multi ioci. Vale.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIB. X.

CICERO PLANCO.

1

ET AB E V I proficisciens in Græciam: & postea quād de meo cursu reipublice sum vno revocatus, nunquā per M. Antonium quietus fui: cuius tanta est non infolentia (nam id quidem vulgate vitium est) sed immanitas, non modo vt vocem, sed ne vultum quidem liberum posse ferre cuiusquam. Itaque mihi maxime curæ est non de mea quidem vita, cui satisfeci vel ætate, vel factis, vel (siquid etiam hoc ad rem pertinet) gloria: sed me patria sollicitat, in primisque mi Planco expectatio Confiliatus tui: que ita longa est, vt optandum sit, vt possimus ad id tempus reipublice spiritu ducent. Quæ potest enim spes est in ea re-publica, in qua hominis impotentissimi atque intemperantissimi armis oppressa sunt omnia: & in qua nec senatus, nec populus vim habet vilam nec leges virile sunt, nec iudicia, nec omnino simulacrum aliquod, ac vestigium ciuitatis. Sed quum quoniā acta omnia mitti ad te arbitrabar, nihil erat quod singulis de rebus scriberem. Illud autem erat amoris mei, quem à tua pueritia suscepimus non sequenti solum, sed etiam auxiliorum te atque hortan, vt in reipublicam omni cogitatione curisque incumbentes. Quæ si ad tuum tempus perducitur, facilis gubernatio est: vt perducatur autem, magnus cum diligentia est, tum etiam fortunæ. Sed & te aliquanto ante (vt spero) habebimus: & præter quād reipu-

G.ii.

blicz consulere debemus, tamen tuz dignitatit ita fauemus, vt omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime & reipublicz, quæ mihi chariflma est: & amicitiaz nostræ, quæ sanctissime nobis colendam puto, me intelligo satisfacturum. Furnium nostru tanti à te fieri, quantum ipsius humanitas & dignitas postula, nec miror & gaudeo: tæque hoc existimare volo, quicquid in eum iudicij officiique contuleris, id ita me accipere, vt in meipsum te putem contulisse.

CICERO PLANCO 5.

M E V M studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuisset, si aut tuto in fenantum, aut honeste venire potuissim. Sed nec sine periculo quicquid de rep. libere sentiens verfari potest in summa impunitate gladiarum: nec nostræ dignitatis videtur esse, ibi sententiam de rep. dicere, vbi me & melius & proprius audient armati, quam Senatores. Quapropter in priuatis rebus, nullum neque officium, neque studium meum desiderabis: ne in publicis quidem, siquid erit in quo me interesse necesse sit, vñquâ deero, ne cum periculo quidem meo, dignitati tuæ. In us autem rebus, quæ nihilominus vt ego absim, confici possunt, peto à te vt me rationem habere velis & salutis & dignitatis meæ.

CICERO PLANCO 5.

C V M ipsum Furnium per se vidi libertissimum, tum hoc libenteius, quod illum audiens te videbar audire. Nam & in re militari virtutem, & in administranda prouincia iustitiam, & in omni genere prudentiam mihi tuam exposuit: & præterea mihi non ignotam, in cœtuendine & familiaritate suavitatem tuam adiunxit: præterea summam erga se liberalitatem. Quæ omnia mihi iucunda: hoc extrellum etiam gratum fuit. Ego Plance necessitudinem constitutam habui cùm domo vefra antè aliquanto quām tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam ztate familiaritatem, cum studio meo, tum iudicio tuo constitutam. His de causis mirabiliter faueo dignitati tuæ: quām mihi tecum statuo esse communem. Omnis summa es confecutus, virtute duce, comite fortuna, eaque adeptus es adolescentis, multis inuidentibus, quos ingenio industriaque fregisti. Nunc me amantissimum tui nemini concedenter, qui tibi vetustæ necessitudinis potior possit esse, si audies, omnem tibi reliquæ virtutis dignitatis ex optimo reipublice statu adquires. Scis profecto(nihil enim te fugere potuit) fulle quoddam tempus, cum homines existimarent, te nimis sciure temporibus: quod ego quoque existimarem te, si ea quæ patiebatur, probare etiam arbitraretur. Sed cum intelligerem quid sentires, te arbitrabar videre quid posses. Nunc alia ratio est, omnium rerum tuum iudicium est, idque liberum. C O S. es designatus, optima ztate, summa eloquentia, maxima orbitate reipublice virorum talium. Incubere per deos immortaleis in eam curam & cogitationem, quæ tibi summam dignitatem & gloriam affrat. Vnus autem est, hoc præfertim tempore, per tot annos rep. deuexata, reipublice bene gerendæ cursus ad gloriam. Hæc amore magis impulsus scribenda ad te putau, quām quo te arbitraretur monitis & præceptis egere. Sciebam enim ex iisdem te hæc haurire fontibus ex quibus ipse hauseram. Quare modum faciam. Nunc tantum significantum putau, vt potius amorem tibi ostenderem meum, quām ostentarem prudentiam. Inter ea quæ ad dignitatem tuam pertinere arbitror, studiōse diligenterque curabo.

PLANCS CICERONI.

G R A T I S S I M A E mihi tuæ literæ fuerūt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animaduerti. Ego autem præteriti temporis excusationem affero, quod te profectum audieram: nec multo antè rediisse scui, quām ex epistola tua cognoui. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa video posse præterire: in quo tuendo habeo causas plurimas, vel paternæ necessitudinis, vel meæ à pueritia obseruatis, vel tui erga me mutui amoris. Quare mihi Cicero, quod mea tuaque patitur ztas, persuade tibi te vñnum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnis igitur tua consilia mihi non magis prudentiz plena (quæ summa est)videntur, quām fidelitatis, quā ego ex mea cōsciencia metior. Quare si aut aliter sentirem, certe admonizio tua me reprehinet: aut si dubitarem, hortatio impellere posset vt id sequeret quod tu optimū putas. Nunc vero quid est

quod me in aliam partem trahere possit: Quæcunque in me bona sunt, aut fortunæ beneficio tributa, aut meo labore parva, etiæ à te propter amorem carius sunt estimata: tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut præter bonâ famam nihil desiderare videantur. Quare hoc vñi tibi persuade: quantum viribus enti, cōsilio prouidere, autoritate mouere potueris, hoc omne reip. semper futurū. Non est ignotus mihi sensus tuus: neque si facultas optabilis mihi quidè tui præsens esset, vñquam à tuis consiliis discrepare: nec nunc cōmitiam vt vñum meum factū reprehendere iure possis. Sum in expectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in vrbe mensē Ianuario geratur, ut sciam. Interim maximam huc sollicititudinem curāmque sustineo, ne inter aliena vita hæc gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si proinde, ut ipse mereor, mihi successerit: certe & tibi cui maxime cupio, & omnibus viris bonis satisfaciam. Fac valeas, meque mutuo diligas.

## CICERO PLANCO S.

B I N A S à te accepi literas eodem exēplo: quod ipsum argumento mihi fuit diligentissimæ tuz. Intellexi enim te laborare ut ad me mihi expectatissimæ literæ perferreretur. Ex quibus ceipi fructum duplicum, mihique in cōparatione difficulter ad iudicandum, amorēmne erga me tuum, an animū in temp̄ publicam plur. estimandū putarem. E S T O M N I N O patrīz charitas meo quidè iudicio maximæ sed amor volūtatisque cōiunctio plus certe habet suauitatis. Itaque cōmemoratio tua paternæ necessitudinis bencuolentizque eius, quā erga me à pueritia cōtulissest, ceterarūmque rerū, quæ ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi latitiam attulerūt. Rursus, declaratio animi tui quā haberes de republica, quēmque habiturus es, mihi erat iucundissima: cōque maior erat hac latititia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solū mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci his literis, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu, in temp̄ publicam incubas. Nihil est quod tibi majori fructū gloriæque esse possit: nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarus aut præstantius, quam de republica bene mereri. Adhuc enim (patitur tua summa humanitas & sapientia, me, quod sentiam, libere dicere). Fortuna suffragante videris res maximas cōsecutus: quod quanquam sine virtute nō potuissis, tamen ex maxima parte ea, quæ es adeptus, fortunæ temporib⁹que tribuuntur. His temporibus difficillimus reipublicæ quicquid subueniens, id erit totū & proprium tuū. Incredibile est omnium ciuium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Magna spes in te & in tuo exercitu, magna expectatio. Cuius per deos gratia gloriæque caue tempus amittas. Sic moneo ut filium: sic fauo, ut mihi: sic hortor, ut & pro patria & amicissimum.

## CICERO PLANCO.

Q V AE locutus est Furnius noster de animo tuo in temp̄ publicam, ea gratissima fuerunt senatui, Populoque Romano probatissima. Quæ autē recitatæ literæ sunt in senatu, nequam contentire cum Furnii oratione vñse sunt. Pacis enim author eras, cum collega tuus vir clarissimus à fedissimis latronibus obfudceretur: qui aut positis armis pacem petere debent: aut si pugnantes eam postulant, victoria pax, no pactione parienda est. Sed de pace litera vel Lepidi, vel tuz, quæ in partem acceptæ sint, ex viro optimo fratre tuo, & ex C. Furnio poteris cognoscere. Me autem impulit tui charitas, ut quanquam nec tibi ipsi cōsilio decessit, & fratis Furniique bencuolentia, fidelisque prudentia tibi præsto esset futura: vellem tamen meæ quoque authoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus præceptū ad te aliquod peruenire. Crede igitur mihi Platice, omnes quos adhuc gradus dignitatis consecutus sis (es autem adeptus amplissimus) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate Pop. Rom. & cum senatus authoritate coniunxeris. Scilicet te quæculo aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincula coniunxerunt. Complures in perturbatione reip. c o s s. dicti, quorum nemo Consularis habitus, nisi qui animo extitit in temp̄. consularis. Talem igitur te esse oportet, qui primum te ab impiorum ciuium tui disimillimorum societate sciungas: deinde & senatui bonisque omnibus authorem, principem, ducem præbebas: postremo, ut pacem esse iudices, non in armis positis, sed in abiecto armorum & seruitutis metu. Hæc si & ages & senties, tum eris

non modo c o s. & Consularis, sed magnus etiam c o s. & Consularis. si aliter, tua in istis amplissimis nominibus honorū, non modo dignitas nulla erit, sed erit summa deformitas. Hæc impulsus benevolentia scripsi paulo severius, quæ tu in experiendo in ea ratione, quæ te digna est, vera esse cognosces. D. X 111. Cal. Apr.

## PLANCUS CICERONI.

7

PLVR A tibi de meis consiliis scriberem, rationēque omnium retuin redderem verboſius, quo magis indicares omnia me reip. præſutisſe quæ & tua exhortatione excepti, & mea affirmatione tibi recepi. non minus enim à te probari quam diligenter volui: nec te magis in culpa defensorem mihi paraui, quam prædicatorem meritorum meorum esse volui. Sed bieuoſorem me duæ res faciunt: una, quod publicis literis omnia sum perfectus: altera, quod M. Variſfidium Eq. R. familiarē meum ipsum ad te transire iuſſi, ex quo omnia cognoscere posse. Non mediocriſ fiduci adoleſcere afficiebar, cum alii occupare poffectionem laudis viderentur: ſed viſque mihi temperauit, dum perducrem eò rem, ut dignum aliquid & Consulatu meo, & velitra expectatione efficerem. Quod ſpero, ſi me fortuna non ſetellerit, me conſecuturum: vt maximō præſidio reip. nos fuſſe & nunc ſentiant homines, & in posterum memoria tencant. A te peto, ut dignitati meæ ſuffrageris: & quarum rerum ſpe ad laudem me vocasti, harū fructū in reliquim facias alaciorem. Non minus poſſe te, quam veſle, exploratum mihi eſt. Fae valcas, mēque mutuo diligas.

## PLANCUS IMP. COS. DEST. S. D. COSS. PRAETT.

TRIBB. PL. S. P. PL. Q. R.

8

SIC VI forte videor diuitius & hominum expectationem & ſpem reip. de mea voluntate tenuiſſe ſuſpēſam, huic priuſe excufandū me eſſe arbitrō, quam de inſequenti offiſio quicquam vlli pollicendum. Non enim præteritam culpam videti volo redēmiſſe: ſed optimæ mentis cogitata iampridem maturo tempore enuntiare. Non me præterit in tanta ſollicitudine hominum, & tam perturbato ſtu ciuitatis, fructuoliflīam eſſe profefſionem bonæ voluntatis, magnisq; honoreſ ex ea re complureis cōſecutus videbam. ſed cum in eum caſum me fortuna demifūſer, ut aut oleriter pollicendo magna in ſpe ad proficiendum impedimenta opponere aut ſi in eo mihi temporauiſſem, maiores occaſiones ad opiniandum haberem: expeditius iter communis ſalutis, quam mea laudis eſſe volui. Nam quis in ea fortuna, quæ mea eſt: & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitrō: & cum ea ſpe, quam in manib; habeo, aut fordidum quicquam pati, aut pernicioſum concupiſſere poterit. Sed aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensis opus fuerunt, ut quæ reip. bonisq; omnibus polliceretur, exiū præſtemus: neque ad auxilium patriæ nudi cum bona voluntate, ſed cum facultatibus accederemus. Cōfirmādus erat exercitus nobis, magnis ſepe præmia ſolicitatibus, ut ab republica potius moderata, quam ab uno, infinita ſperaret. Cōfirmandæ complures ciuitates, quæ ſuperiore anno largitionibus cōcessionibusq; præmiorum erant obligatae: ut & illa vana putarent, & eadem a melioribus authoribus petenda exiſtimarent. Elicienda etiam voluntates reliquorum, qui finitimus prouincias exercitib; ſque præfuerunt: ut potius cum pluribus ſocietatem defendenda libertatis intremus, quam cum paucioribus funestam orbi terrarum victoriarum partitemur. Muniendi vero noſ incepſi fulmus aucto exercitu auxiliisq; multiplicatis: ut cum præterremus ſenſus aperte, tum etiam inuitis quibusdam, ſcri quid defenſu eſſemus, non eſſet periculofum. Ita nunquam diffitebor multa me, ut ad effectum hominum conſiliorum peruenire, & simulaffe inuitum, & diſimulaffe cum dolore: quod præmatura denuntiatio boni ciuiſ imparati, quam periculosa eſſet, ex caſu college videbam. Quo nomine etiam C. Furnio Legato viro forti atque strenuo plura etiam verbo quam ſcriptura mandata dedimus: ut & teſtius ad vos periferrentur, & nos eſſemus tutiores: quib; rebus & communem ſalutem muniri, & nos armari conuenire, præcepimus. Ex quo intelligi potest curam reipublicæ ſumme defendenda iampridem apud nos excubare. Nunc cum Deum benignitate ab omni re fulmus paratores, non ſolum bene ſperare de nobis homines, ſed explorare iudicare volumus. Legiones habeo quinque ſub signis, & ſua

fide virtutēque republīcā coniunctissimas, & nostra liberalitate nobis obsequentes. Provinciam omnium ciuitatum consensu paratissimam, & summa contentione ad officia certantem: equitatus auxiliorūque tantas copias, quantas haec gentes ad defendendam suam salutem libertatemque conficerē possunt. Ipse ita sum animo paratus vel provinciam tueri, vel ire quō resp. vocet, vel tradere exercitum, auxilia, provinciamque: ut vel omnem impetum belli in me conuertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriz salutē tem, aut periculum possim morari. Haec si iam expeditis omnibus rebus, tranquilloque statu ciuitatis pollicor, in damno meū laudis, reip. cōmodo latabor, sī ad societatem integrerrimorum & maximorum periculorum accedam, cōfilia mea aquis iudicibus ab obtestatione inuidorum defendenda commēdo. Mihi quidem ipū fructus meritorum meorum in reipublicz incolumente fatus magnus est paratus. Eos vero qui meam authoritatem & multo magis vestrā fidem fecuti, nec villa ſpe decipi, nec villo meū terteri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum viderur.

## PLANCVS CICERO NI S.

N I H I L me tibi temete, aut te ceteris de me frustra receperisse latet. Certe hoc maius habes testimonium amoris mei, quo maturius tibi quam ceteris confilia mea volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri accessiones peruidere te spero, cogniturū magis recipio. Quod ad me attinet mi Cicero, ita ab imminentibus malis reipublica me adiuuare liberetur: sic homores, prāmāque vestrā suspicio, cōfērenda certe cum immortalitate, ut sine his nihil de meo studio perfuerantiaque fini remissurus. Nisi in multitudine optimorū ciuium impetus animi mei fuerit singularis, & opera præcipua, nihil ad meam dignitatem accedere volo suffragatione vestrā. concupisco autem nihil mihi: contrā quod ipse pugno, & temporis & rei te moderatorem facile patior esse. Nihil aut sero, aut exigue à patria cui tributum potest videri. Exercitu ad v i. Cal. Mai Rhodanū traieci magnis itineribus. Vienna equites mille via breuiore præmisī. ipse sī à Lepido nō impediāt, celeritate satissimam: si autem itineri mico se opposuerit, ad tēpū confilium capiam. Copias adduco & numero & genere & fidelitate firmissimas. Te ut diligas me, si mutuo te facturum scis, rogo. Vale.

## CICERO PLANCO.

E T S I fatis ex Furnio nostro cognoram quā tua voluntas, quod confilium de rep. effet: tamen tuis literis letis, liquidiūs de toto sensu tuo iudicauī. Quānobrem quāquam in uno prælio omnis fortuna rep. discep̄at (quod quidē cum hac legere, iam decretū arbitrabar fore) tamen ipsa fama, quā de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem cōsecutus. Itaque sī c o s. Romā habuissimus, declaratū eset à senatu cum tuis magnis honoribus, quām gratus eset conatus & apparatus tuus. Cuius rei non modo non præterit tempus, sed ne maturū quidem etiam nunc meo quidē iudicio fuit. I S S E N I M D E N I Q V E honos mihi videti soleat, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur & datur. Quare, si modo aliqua resp. in qua honos elucere posse: omnibus, mihi crēde, amplissimis honoribus abūdabis. Is autē qui vere appellari potest honos, nō inuitāmentū ad tempus, sed perpetua virtutis est premium. Quāobrem mi Plancē in- cumbe toto peccato ad laudem, subueni patriz, opitulare collegz, omnium gentium consensum & incredibilem conspirationem adiuua. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fauorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces. Ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, venustate coniuncti, patriz charitas accessit: eāque efficit, ut tuam vitam anteferem mea.

## PLANCVS CICERO NI S.

I M M O R T A L E I S ago tibi gratias, agāmque dum viuam: nam relativū me affirmare non possum. tantis enim tuis officiis nō video mi respondere posse: nisi forte (ut tu gravissime disertissimēque scriptasti) ita sensurus es, ut me referre gratiam putas, cum memoria tenebo. Si de filii tui dignitate eset auctum, amabilius certe nihil facere potuisse. Primā tua sententia infinitis cum muneribus, posteriorē ad tempus arbitriūmque amicorū meorum compoſitū, oratio affida & perpetua de me, iurgia cū obtestatoribus propter me, notissi-

G. illi.

ma mihi sunt non mediocris adhibenda mihi est curia, ut recip. me ciuem dignum tuis laudibus praestem, in amicitia tua memorem atque gratum. Quod reliquum est, tuum munus tue-  
te: & me, siquem esse voluisti, cum exitu rebulque cognoscis, defende ac suscipe. Cum Rhoda-  
num copias traecissem, fratreque cum tribus milibus equinu premissem, ipse iter ad  
Mutinam dirigerem, in itinere de prælio facto, Brutusque & Mutina obsidione liberatis, au-  
diui. Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiæque, quæ cum eo essent, ha-  
bere nisi in his partibus. duisque ei spes esse propositas: vnam Lepidi, ipsius alteram exerci-  
tus. Quod quædam pars exercitus non minus furiosa est, quam qui cum Antonio fuerunt,  
equitatum reuocauit. Ipse in Allobrogibus confitit, vt proinde ad omnia paratus essem, ac  
res me moneret. Si nudus huc se Antonius confert, facile mi videor per me sustinere pos-  
se, tuncque p. ex vestra sententia administrare, quâuis ab exercitu Lepidi recipiatur. Si vero  
copiaru aliquid secum adducet, & si decima legio veterana, qua nostra opera reuocata, cum  
reliquis est, ad eundem furorem redierit: tamen nequid detrimenti fiat, dabitur opera à me:  
Idque me præstaturum spero, dum istine copias trahiantur, coniunctæque nobilissimum faci-  
lius perditos opprimant. Hoc tibi spondeo mi Cicero, neque animum, nec diligètiam mihi  
destitutam. Cupio m'hercules nullam residuum sollicitudinem esse. sed si fuerit: nec at-  
mo, nec benevolentia, nec patientia cuiusquam pro vobis cedam. Do quidem ego operam,  
vt etiam Lepidū ad huius rei societatem incitem: omniaque ei obsequia pollicor, si modo  
temp. respicere volerit. Vt in hac re adiutoribus interpretib[us]que, fratre meo, & Laterense,  
& Furnio nostro. Non me impedit priuatæ offendentes, quo minus pro recip. salutem, etiam  
cum inimicissimo cōsentiam. Quod si nihil proficerò, nihilominus maximo sum animo,  
& maiore fortasse, cum mea gloria vobis satifaciam. Fac valeas, m'que mutuo diligas.

CICERO PLANO.

12

E T S I reip. causa maxime gaudere debeo, tātum ei te præsidii, tantum opis attulisse ex-  
tremis penè temporibus: tamen ita te victorem complectar rep. recuperata, ut magnâ par-  
tem mihi letitiae tua dignitas asserat: quam & esse iam, & futuram amplissimam intelligo.  
Caue enim putes vilas vñquam literas grauiores, quam tuas, in senatu esse recitatas: Idque  
contigit, cum meritorum tuorum in temp. eximia quadam magnitudine, tum verborum  
sententiarumque grauitate. Quod mihi quidem minime nouum qui & te nossem, & tua-  
rum literarum ad me missarum promilla meminisse, & haberem à Furnio nostro tua penitus cōsilia cognita. sed senatus maiora vila sunt, quam erant expectata: non quo vñquam  
de tua voluntate dubitas: sed nec quantu[m] facere posse, nec quoad progredi velles, explo-  
ratum fatis habebat. Itaque cum ad V 1. Id. Apri. mane mihi tuas literas M. Variadius  
reddidisset, c[on]que legisem, incredibili gaudio sum elatus. Cūmque magna multitudo optimorum virorū & ciuium me domo deducret, feci continuo omnis participes mea volu-  
ptatis. Interim ad me venit Munatius noster, vt cōfuerat, at ego ei literas tuas: nihiludi enim  
sciebat: nā ad me primum Variadius, idque fibi à te mandatu esse dicebat. paulopost idem  
mihi Munatius eas literas legendas dedit, quas ipsi miseras, & eas quas publice. Placuit no-  
bis vt statim ad Cornutum Pr. vrb. literas deferremus: qui, quod C o s s. aberant, Consula-  
re munus sustinbat more maiorum. Senatus est cōtinuo conuocatus, frequētique con-  
uenit propter famam atque expectationem tuarum literarum. Recitatis literis oblata reli-  
gio Coenuto est, pulliorum admonitu, non fatis diligenter cum auspiciis operam dedi-  
scit. idque à nostro collegio comprobatur est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die  
magna mihi pro tua dignitate cōtentio cum Scruilio: qui cum gratia effecisset, vt sua sen-  
tentia prima pronuntiaretur, frequens cum senatus reliquit, & in alia omnia discellit, mēz-  
que sententia, quæ secunda pronuntiata erat, cum frequenter assentirentur senatus, rogatu Ser-  
villii P. Titius intercessit. Res in posterū dilata. Venit paratus Scruilius Ioui ipsi iniquus, cu-  
ius in templo res agebatur. Hunc quemadmodū fregetim, quantaque contentione Titium  
intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere. vnum hoc ex meis, senatus  
grauior, constantior, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit. nec vero tibi  
senatus amicior, quam cūcta ciuitas. Mirabiliter enim Pop. Rom. viiiuersus, & omniū ge-

nerum ordinumque consensu ad liberandam temp. confipravit. Perge igitur, vt agis, non  
ménque tuum cōmenda immortalitati, atque hac omnia quæ habet ipeciam gloria, collc  
cta inanissimis splendoris insignibus, cōtemne: breua, fugacia, & caduca existima. V E R M  
D E C U S in virtute positum est, qua maxime illustratur magnis in temp. meritis. Eam fa  
cultatem habes maximam, quam quum cōplexus es & tenes, perfice vt ne minus resp. tibi,  
quam tu reip. debeat. Me tua dignitas non modo autorem, sed etiam amplificatorem co  
gnosces, ad cum reip. quæ mihi vita est mea carior: tum nostræ necessitudini debere fne iu  
dico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptate: quod  
bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam & fidem, magis etiam perspexi in eius incre  
dibili erga te benevolentia & diligentia. 111. Id. Apr. Vale.

CICERO PLANCO.

13

V T P R I M V M potestas data est augēde dignitatis tuz, nihil prætermisi in te ornando, quod possum est aut in præmio virtutis, aut in honore verborum. Id ex ipso s.c. poteris cognoscere: ita enim est per scriptum, vt à me de scripto dicta sententia est, quam fenantur frequens secutus est summō studio magnisque consensu. Ego quanquam ex tuis literis, quas mihi misisti, perspiceram te magis iudicio bonorum, quæ in signibus gloriae dele  
ctari: tamen confiderandum nobis existimauit, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi à  
republica deberetur. Tu contestes extrema cum primis. Qui enim M. Antonium oppre  
dit, is bellum consecravit. Itaque Homerus non Aiacem, nec Achillem, sed Vlyssen appella  
uit πολεμός. Vale.

CICERO PLANCO S.

14

O G R A T A M famam biduo ante victoriam, de subfido tuo, de studio, de celeritate,  
de copiis, atque etiam hostibus suis. Spes omnis est in te. Fugisse enim ex prælio Murinen  
si dicuntur noscissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema delere, quam  
prima depellere. Equidem expectabam iam tuas literas, idque cum multis. Sperabamque  
etiam Lepidum reip. temporibus admonitum, tecum & reip. satis esse facturum. In illam i  
gitur curam incumbere Plance, vt ne quæ scintilla teterumi belli relinquatur. Quod si e  
tit factum, & temp publicam diuino beneficio affecteris, & ipse æternam gloriam consequerere.  
D. 111. Non. Mai.

PLANCUS CICERONI.

15

H I S literis scriptis, quæ postea accidissent scire te, ad temp. putauit pertinere. Sedulitas  
mea (vt spero) & mihi & reip. tulit fructum. Namque aliudius interueniens cum Lepido egī,  
vt omisla omni contentione, reconciliataque voluntate nostra, cōmuni confilio reip. suc  
cuererit: sc̄. liberos, vrbēmque, pluris quam vnum perditū abieictūmque latronem putaret:  
obsequiōque meo, si ita faceret, ad omnes res abuteretur. Profeci itaque per Laterensem in  
ternuntium, fidem mihi dedit sc̄. Antonium si prohibere prouincia sua non potuisset, bello  
persecuturum. Me, vt venirem, copiāque coniungerem, rogauit: cōque magis quod &  
Antonius ab equitatū firmus esset dicebatur: & Lepidus ne mediocritē quidem equitatum habe  
bat. Nam etiam ex paucitate eius, non multis antē diebus, decem qui optimi fuerant, ad me  
transierunt. Quibus rebus ego cognitis, cunctūs non sum in curiu bonorum cōsiliorum:  
Lepidum adiutādum putauit. Aduentus meus quid profecturus esset, vidi: vel quod equitatu  
meo persequi, atque opprimeri equitatū eius possem: vel quod exercitus Lepidi eam partē,  
quæ corrupta est, & ab rep. alienata, & corrigere & coercere præfentia mei exercitus possem.  
Itaque in Hispāia flumine maximo, quod in finibus est Allobrogum, ponte vno die factō,  
ad 111. Id. Mai. exercitum traduxi. Cum vero mihi nuntiatum esset L. Antonium præ  
missum cum equitibus & cohortibus, ad Forum Iulū venisse: fratrem cum equitū quatuor  
millibus, vt occurreret ei, misi ad v. Id. Mai. Ipse maximis itineribus cum 1111. legio  
nibus expeditis, & reliquo equitatū subsequar. Si nos mediocris modo fortuna reip. adiuue  
rit, & audacia perditorū, & nostræ sollicitudinis hīc finem reperiemus. Quod si latro præco  
gnito nostro aduentu, rufus in Italiani se recipere cooperit, Bruti erit officium occidere ei:  
qui scio nec consilium, nec animum defuturum. Ego tamen, si id acciderit, fratrem cum

# 106 Ad L. Plancum, & cæteros.

equitatu mittā qui sequatur, Italiā à vastatione defendat. Fac valeas, mēque mutuo diligas.

C I C E R O P L A N C O.

16

N I H I L post hominum memoriam gloriōsius, nihil gratius, ne tēpore quidem ipso op̄ portunius accidere vidi, quām tuas Plance literas. Redditz sunt enim frequēti senatu Cor-nuto, cum is frigidas sanē & inconstanteis recitatasset literas Lepidi: sub eas statim recitat̄ sunt tuz, non sine magnis quidem clamoribus. Cum rebus enim ipsi essent & studiis benefi ciisq̄ in temp̄. gratissimaz, tum erant grauiissimis verbis ac sentētis. Flagitare senatus insti tit Cornutū, vt referret statim de tuis literis: ille se consyderare velle. Cum ei magnum con uitū fieret cunctō a senatu, quinq̄ Tribb. pl. retulerūt. Scruilus rogatus rem diffulit. Ego cam sententiam dixi, cui sunt alēnsi ad vnum. Ea quā fuerit, ex s.c. cognoscēs. Tu quamquam consilio non es, vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, vt nihil hue rei- cias: nēve in tebus tam subitis, tamque angustis, à senatu consilium petendum putes. Ipse tibi sis senatus, quoconque te ratio rep̄. ducet, sequare. Cures, vt an̄e factū aliquod à te e-gregium audiamus, quām futurum putarimus. Illud tibi promitto: quicquid erit à te factū, id lenatum non modo vt fideliter, sed etiam vt sapienter factum comprobaturum.

P L A N C V S C I C E R O N I.

17

A N T O N I V S Id. Mai. ad Forum Iulii cum primis copiis venit. Ventidius bidui spa- rio abeft ab eo: Lepidus ad Forum Voconii castra habet, qui locus à Foro Iulu quatuor & xx millia passus abeft: ibique me expectare constituit, quemadmodum ipse mihi script̄. Quod si omnia mihi integra, & ipse, & fortuna seruarit, recipie vobis celeriter me negotiū ex sententiā confecturum. Fratrem meum assiduis laboribus, concurbationib⁹ que confe- ctum grauerit se habuisse antea tibi script̄: sed tamen cum primum posse ingredi copit, non magis sibi, quām reip. se conualuisse existimans, ad omnia pericula princeps esse non recusabat. Sed ego eum non solum hortarus sum, verum etiam coagi istò profici: quod & illa valentia magis confidere se, quām me iuuare posset in castris, & quod acerbissimo interitu Coss. temp. nudatam, tali cue Prætore in irbanis officiū indigere existimabam. Quod si qui vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. Lepidus tamen, quod ego defuderabam, fecit, vt Appellā ad me mit teret: quo oblide fidic illius & societatis in rep. administranda viter. Studium mihi suum L. Gellius, de tribus fratribus Segauiano probauit, quo ego interprete nouissime ad Lepidū sum virus. amicum cum reip. cognosc̄e videor, libenterque ei sum testimoni⁹, & omnibus e- ro qui bene merentur. Fac valeas, mēque mutuo diligas, dignitatēmque meam, si meteo, tucaris, sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

P L A N C V S C I C E R O N I.

18

Q. V I D in animo habuerim cum Lævius Nerūque discesserunt à me, & ex literis quas ei dedi, & ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi quod homini pudenti, & cupido satisfaciendi reip. boni s̄que omnibus accide re solet: vt consilium sequetur periculorum magis, dum me probarem, quām tutum, quod habere posset obtrectationem. Itaque post discessum Legatorum cum binis continuis lite- ris & Lepidus me vt venirem rogaret, & Laterensis multo etiam magis, prope implorans obtrectaretur, non villam rem aliam extimescens, quām eandem quæ mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius, non dubitandi putauit quin succur- serem, mēque communī periculo offerrem. Sciebam enim, & cautiū illud erat consilium, expectare me ad Hisaram, dum Brutus traiceret exercitum, & cum collega consciente sicut milites faciunt, hostibus obuiam ire. Tamen siquid Lepidus bene sentiens, detrimenti cepisset, hoc omne assignatum iri aut pertinaciz mez, aut timori videbam, si aut hominem offendit mihi, coniunctum cum rep. non subleuafsem: aut ipse à certamine bellī tam necessarii me remouisse. Itaque potius periclitari volui, si possem mea praefentia & Lepidum tueri, & exercitum facere inclīre, quām nimis cautus videri. Sollicitiorem certe hominem non suis contractis, neminem puto fuisse. Nam quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam afferat sollicitudinem, magnūmque habet casum.

Mihi enim si contigisset ut prior occurrerem Antonio, non mehercules horam cōstituisse, tantum ego & mihi confido, & sic percusas illius copias, Vendidique Mulionis castra despicio. Sed non possum non exhortescere, siquid intra cutem subest vulneris: quod prius no cere potest, quām sciri, curarique possit. Sed certe nūs vno loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adire, quae bene de rep. sentit. Magnum etiam perdidi hostes acciōnēm ubi fecerint, siquas copias à Lepido abstraxissent. Quae si adūtus meus represserit, agam gratias fortunae, constantiaeque meae quae ad hanc experientiam excutauit. Itaque ad x i 1. Cal. Iun. ab Hilare castra mouit: ponte tamen, quem in Hilare fecerā, castellis duobus ad capita positis reliqui: praſidiūque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercitūque eius, sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus v i 1, quibus has literas dabam, cum Lepidi copiis me coniungam.

## CICERO PLANCO.

19

Q. V A N Q. V A M gratiarum actionem à te non defuderabam, cum te ne ipsa, atque animo scirem eis gratissimum, tamen (fatum est enim) huius ea mihi pericula. Sic enim videlicet, quasi ei quae oculis cernuntur, me à te amari. Dices, Quid anteas? Scipio equidem, sed non quam illustrius. Literae tuæ mirabiliter gratae sunt senatu cum rebus ipsiis quae erant gravissimæ, & maxime fortissimi animi, summiisque consilii: tum etiam grauitate sententiarū atque verborum. Sed mihi Plance incumbet ut belli extrema perficias: in hoc erit summa & gratia & gloria. Cupio omnia reip. causa: sed mehercules in ea cōseruanda iam defatigatus, non multo plus patrī faueo, quām tu glorijs: cuius maximā facultatem tibi Dū immortales, ut spero, dedere, quam complectere oblecto. Qui enim Antonium opprescerit, is hoc bellum tētrum periculōsumque confeccerit. Vale.

## CICERO PLANCO.

20

I T A erant omnia quae isti afferebantur, incerta, ut quid ad te scriberem, non occurseret. modo enim quae vellemus de Lepido, modo contraria nuntiabantur. de te tamen fama constans, nec decipi posse, nec vinciri: quorum alterius fortuna partem habet quandam, alterum proprium est prudentia tua. Sed acceperit literas à collega tuo datas Idib. Mai. in quibus erat te adscriptus, à Lepido non recipi Antonium. Quod erit certius, si tu ad nos idem scriperis, sed minus aedes fortasse propter inanem letitiam literarum superiorum. Verum ut errarem, id Plance voluisti (quis enim id effugerit?) sic decipi te non potuisse quis non videt. Nunc vero etiam iam erroris causa sublata est. Culpa enim illa, bis ad eundem, vulgari reprehēsa proverbia est. Sin, ut scripsi ad collegam, ita se res habet, omni cura liberati sumus: nec tamē erimus prius, quām ita esse, tu nos feceris certiores. Mea quidem, ut ad te saepe scripsi, haec sententia est. Qui reliquias huius belli opprescerit, cum totius belli confessio rem fore: quem te & optoesse, & confidio futurum. Studia mea erga te quibus certe nulla esse maiora potuerunt, tibi tam grata esse, quām ego putau fore, minime miror, vehementerque laetor. Quae quidem tu, si recte illuc erit, maiora & grauiora cognosces. I 1 1. Cal. Iun.

## PLANCUS CICERONI.

21

P V D E R E T me inconstantia mearum literarum, si non hac ex aliena levitate penderent. Omnia feci, quare Lepido coniuncto ad temp. defendendam minore solicitudine vestra perdis resisterem. Omnia ei peteti recepi, & vitro pollicitus sum: scripsique tibi biduo ante: confidere me bono Lepido esse vñrum, communique consilio bellum administraturum. Credidi chirographis eius, affirmatione præsentis Laterensis, qui tum apud me erat: conciliare mque me Lepido, fidemque haberem, otabat. Non licuit diutius bene de co spe rare. Illud certe eam, & cauebo, ne mea credulitate reip. summa fallatur. Cum Hilaram flu men vno die, pote effecto, exercitum traduxisse, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipse ut maturarem venire: præsto mihi fuit statos eius cum litteris, quibus ne venirem, denuntiabat. Se posse per se cōficere negotium: interea ad Hilaram expectarem. Indicabo temerarium meum consilium tibi, nihilominus ire decretam, exilimans cum socium glorij vitare. Putabam posse me nec de laude ieiuni homitus delibare quoiquam: & subesse tamen propinquis locis, ut si durius aliquid esset, succurrere celeriter

possem. Ego non malus homo hoc suspicabar. At Laterensis vir sanctissimus suo chirographo mittn̄ mihi literas, m̄isque desperans de se, de exercitu, de Lepidi fide, querensque se, definitum. in quibus aperte denuntiat, videam ne fallar: suam fidem solutam esse, recip. ne defim. exemplar cius chirographi Titio misi. Ipsa chirographa omnia, & quibus credidi, & ea quibus fidem non habendam putau, Læuocipio dabo perferenda, qui omnibus his interfuit rebus. Accesit cō, vt milites eius, cum Lepidus concionaret, improbi per se, corrupti etiā per eos qui pralunt Canidios, Rufrenóque, & ceteros quos, cum opus erit, sciens, declamarint viri boni pacē se velle, neque eſc̄ cum vilis pugnaturos, duobus iam cōs̄ s. singularibus occisi, tot cibis pro patria amissis, hostibus denique omnibus iudicatis, bonis publicatis: neque hoc aut vindicarat Lepidus, aut sanarat. Huc me venire, & duobus exercitibus coniunctis obliuicere exercitum fidelissimum, auxilia maxima, principes Galliz, prouinciam cunctam, summae dementiae & temeritatis esse vidi: mihique, si ita oppresus essem, remque publicā mecum prodidisse, mortuo non modo honorē, sed misericordiam quoque defutatum. Itaque redditurus sum, nec tanta munera perdisit hominibus dari posse finam: vt exercitu locis habeam opportunis, prouinciam tuar, etiam si ille exercitus desierit, omniāque integra seruam, dabo operā, quoad exercitus huc summittatis, parique fortitate remp. hic vindicari. Nec depugnare, si occasio tulerit: nec obsideri, si necesse fuerit: nec mori, si casus inciderit pro vobis, paratus fuit quisquam. Quare hortor te mi Cicero, exercitum hue traicīdū quāprimum cures, & matures prius quā hostes magis corroborentur, & nostri perturbentur. In quo si celeritas erit adhibita, resp. in possessione victoriae deletis sceleratis permanebit. Fac valeas, m̄equē diligas. Fratrem meum tibi, fortissimum cūm, & ad omnia paratissimum excusem literis, qui ex labore in febriculam incidit affiduam & fatis molestam. Cum primum poterit illuc recurrere, non dubitatibit ne quo loco reip. defit. Meam dignitatem commendatas habeas, rogo. Concupiscere me nihil oportet: habeo te & amantissimum mei, & quod optau, summaz authoritatis. Tu videris, quantum & quando tuum munus apud me velis esse. Tantum te rogo, in Hirtii locum me subdas, & ad tuum amorem, & ad meam obseruantiam.

## CICERO PLANO.

22

INTE & in collega omnis spes est, Dūs approbantibus. Cōcordia vefra, quz senatus declarata literis veftris est, mirifice & senatus & cūcta ciuitas delectata est. Quod ad me scri pteras de te agraria, si cōsultus senatus eset, vt quifque honorificentissimā de te sententiā dixisset, cam locutus essem, qui certe ego fuīsem. Ied proper tarditatem sententiarum morāque rerum, cum ea quz cōsulebantur, ad exitum non perueniret, commodissimum mihi, Placōque fratri vifum est, vti eo, quod ne nostro arbitrari componentur, quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouiſe. Sed siue in s. c. siue in ceteris rebus deſyderas aliquid: sic tibi persuade, tātum esse apud omnes bonos tui charitatem, ve nullum genus amplissimaz dignitatis excoſitari posſit, quod tibi non paratum sit. Literas tuas vehe menter expecto, & quidem talcis qualeſ maximē opto. Vale.

## PLANCVS CICERONI.

23

NVNQVAM mehercules mi Cicero me poenitebit maxima pericula pro patria subire, dū ſiquid acciderit mihi, à reprehenſione temeritatis abſim. Conliterer imprudentia me lapſum, à vñquā Lepido ex animo creditissim. CREDVLITAS ENIM error est magis, quam culpa: & quidem in optimi cuiusque mentē faciliime irrept. Sed ego non hoc virio pene ſum deceptus: Lepidum enim pulchre noram. Quid ergo est: Pudor me, qui in bello maxime est periculofus, hunc calum coegit subire. Nam si vno loco ellēm, verebar ne cui obrectatorem videter & nimium pertinaciter Lepido offendis, & mea patientia etiam alter bellū. Itaque copias prop̄ in conspectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſuum ſpatio reliquo confidi: eo conſilio, vt vel celeriter accedere, vel falutariter recipere me possem. Adiunxi haec in loco eligendo, flumen oppoſitum vt haberem, in quo mora tranſitus eset: Vocontii ſub manu vt ellēt, per quorum loca fideliter mihi patet iter. Lepidus desperato aduētu meo, qucm non mediocriter captabat, ſe cum Antonio con-

iunxit ad 111. Cal. Iun. codémque die ad me castra mouerunt. viginti millia passuum cū abcesserunt, rei mihi nuntiata est. Dedi operam Deum benignitate, vt & celeriter me recipere, & hic discessus nihil fugaz simile haberet, non miles ullus, non eques, non quicquam impedimentorum amitteretur, aut ab illis feruentibus latronibus intercipetur. Itaque prid. Non. Iun. omnes copias Hisaram traxi, ponteisque quos feceram, interrupi, vt spatum ad colligendum se homines haberent: & ego me interea cum collega coniungerem, quem triduo cum has dabam literas expeditabam. Laterēs nostri & fidem & animum in rem publicam singularem semper fatebor. sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum, ad hæc pericula perficienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem cum in fraudem se deduxerit, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi affere conatus est. In quo casu tamē interpellatus & adhuc viuit, & dicitur victurus. sed tamen de hoc parum mihi certum est. Magno cum dolore parricidarum elapsus sum his: veniebat enim eodem furore in me quo in patriam incitari. Iucundias autem harum rerum recenteis habebant: quod Lepidum castigare non defliterat, vt extingueret bellum: quod colloquia facta improbabam: quod Lepidum causa fidei Lepidi missos ad me, in conspectum venire vetauerat: quod C. Catium Veltinum Trib. mil. misum ab Antonio ad me cum literis excepera. In quo hanc capio voluntatem, quod certe quo magis me petuerunt, tanto maiorem his frustatio dolorem attulit. Tu mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta: vt vigilanter neruoseque nos, qui stamus in acie, subornem. Veniat Cæsar cum copiis, quas habet firmissimas: aut si ipsius aliqua res impedit, exercitus mittatur, cuius ipsius magnum agitur periculum. Quicquid aliquando furorum fuit in castris perditionum contra patriam, hoc omne iam conuenit. Pro verbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, vt amur? Quod si vos istie non defuentis, profecto quod ad me attiner, omnibus rebus abunde reip. fatigiam. Te quidem mi Cicero in dies mœhercles habeo chariore: solicitudineque meas quotidie magis tua merita excusat, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. Opto vt mihi licet iam praesenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII. Id. Iun. Cuiarone, ex finibus Allobrogum.

## PLANCUS IMP. COS. DESIG. S. D. CICERONI.

24

FACERE non possum quin in singulas res meritæ tua tibi gratias agam. Sed mœhercle facio cum pudore. Neque enim tanta necessitudo, quantam tu mihi tecum esse voluisti, defuderare videtur gratiarum actionem. Neque ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tam vili munere defungor orationis: & malo praetens obleruantia, indulgentia, assiduitate memorem me tibi probare. Quod si mihi vita contigerit, omnis gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates, in tua obleruantia, indulgentia, assiduitate vincam. Amor enim tuus ac iudicium de me, vtrum mihi plus dignitatis in perpetuum an voluptatis quotidie, sit allaturus, non facile dixerim. De milium commodis fuit tibi cura: quos ego non potenter mea causa (nihil enim me non salutariter cogitare scio) ornari volui à senatu, sed prius quod ita meritos iudicabam: deinde quod ad omnes casus coniunctiores reip. esse volebam; nouissime, vt ab omni omnium solicitatione auersos eos, talcis vobis praefare possem quales adhuc fuerunt. Nos adhuc hic omnia integra sustinuimus. Quod cōsilium nostrum, eti quanta sit auditas hominum (non sine ea) talis victoræ scio: tamen vobis probari spero. Non enim siquid in his exercitibus sit offendit, magna subsidia resp. habet, expedita, quibus subito impetu ac latrocino parricidarum refutar. Copias vero nostras notas tibi esse arbitror. In calbris meis legiones sunt veteranæ tres: tyronum vel luculentissima ex omnibus vna. in calbris Brutii vna veterana legio: altera bimacocto, tyronum. ita vniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguis. Quantum autem in acie tyroni sit committendum, nimirum lxxx expertum habemus. Ad hoc robur nostrorum exercituum, sive Africanus exercitus, qui est veteranus, sive Cæsaris accessisset, aquo animo summam temp. in disserimen deducerem. Aliquanto autem proprius esse, quod ad Cæsarem attinet, videbamus. Nihil defitum cum literis hortari, neque ille intermisit affirmare se sine mora venire, cū interim auersum illum ab hac cogitatione ad alia confilia video se contulisse. Ego

tamen ad cum Furnium nostrum cum mandatis literisque misi, siquid forte proficere posset. Scis tu mi Cicero, quod ad Cæsaris amorem attinet, societatem mihi esse tecum, vel quod in familiaritate Cæsaris viuo illo, iam tueri cum, & diligere fuit mihi necesse: vel quod ipse quoad ego nosse potui, moderatissimi atque humanissimi fuit sensus: vel quod ex tam insigni amicitia mea atque Cæsaris, hunc filii loco & illius & vestro iudicio substitutum non proinde habere, turpe mihi videtur. Sed quicquid tibi scribo, dolentes mēhercule magis quam inimicis facio. Quod viuit Antonius hodie, quod Lepidus vna est, quod exercitus, habent non contemnendos, quod sperant, quod audent, id omne Cæsari acceptum referre possumus. Neque ego superiora repetam, sed ex eo tempore, quo ipse mihi proficiens est se venire, si venire voluisset, aut oppressum iam bellum esset, aut in auerissimum illi Hispaniam cum detimento eorum maximo detrusum. Quia mens cum, aut quorum consilia à tanta gloria, sibi vero etiam necessaria ac salutari avocari, & ad cogitationem consulatus bimeticris summo cum tetrore hominum, & insulsa cum efflagitatione trahulere, exputare non possum. Multū in haec te mihi videntur necessarii eius & recip. & ipsius causa proficere posse, plurimū, ut puto, tu quoque: cuius ille tanta merita habet, quāta nemo prater me. Nunquam enim obliuiscar, maxima ac plurima me tibi debere. De his rebus ut exigeret cum eo, Furnio mandaui. Quod si quantum debeo, habuero apud eum autoritatem, plurimum ipsum iuxero. Nos interea diuiriō conditione bellū sustinemus, quod neque expeditissimā dimicationem putamus: neque tamen refugiendo commissuri sumus, aut maius detrimentum resp. accipere possit. Quod si aut Cæsar se respexerit, aut Africanæ legiones celeriter venirent, securos vos ab haec parte reddemus. Tu, ut instituisti, me diligas rogo, proprięte tuum esse tibi persuadeas. v. Cal. Sext. ex castris.

CICERO S. D. FVRNIO.

25

S I N T E R E S T, id quod homines arbitrantur, recipublie te, ut instituisti atque fecisti, nauarē operam, rebusque maximis, quae ad extingendas reliquias belli pertinent, intercessi: nihil videris melius neque laudabilius, neque honestius facere posse. Istamque operam tuam, nauitatem, animum in temp. celeritati Prætūræ anteponendam censco. Nolo enim te ignorare, quantam laudem confeccus sis. mihi crede, proximam Plancum, idque ipsius Planci testimoniō, præterea fama scientiāque omnium. Quamobrem siquid enīam operis tibi nunc restat, id maximo opere censco persequendum. Quid enim honestius, aut quid honesto anteponendum? Sinautem factum reip. putas, celeriter ad comitia, quin mature futura sunt, veniēdū censco: dummodo nequid hac ambitione festinatio aliquid imminuat eius gloriā quam consecuti sumus. Multi clarissimi viri cum reip. darent operam, annū petiōnēs suæ non obierunt. Quod eō facilis nobis est, quod non est annus hic tibi definitus: ut si A Edilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil prætermittere videbere vistati & quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem Plancum c o s. cēsi etiam sine eo rationes expeditas haberet, tamen splendidiorēm petitionem tuam, si modo ista ex sententia confecta essent. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum confiduum iudiciūmque sit, arbitrabor non ita necesse: sed tamen sententiā meā tibi ignotam esse nollebam. Cuius hac est summa, ut omnia te metiri dignitate malim, quām ambitione: maioremque fructū ponere in perpetuitate laudis, quām in celeritate Prætūræ. Hac eadem locutus sum domi mea adhibito Q. fratre meo, & Cecina & Caluifio studiisfūmis tui, cum Dardanus libertus tuus intrescit: omnibus probari videbatur oratio mea: sed tu optime iudicabis.

M. CICERO S. D. C. FVRNIO.

26

L E C T I S tuis literis, quibus declarabas aut omittendos Narbonenses, aut cum periculo dicimandū, illud magis timui, quod vitatum non moleste fero. Quod de Placi & Bruti concordia scribis, i co vel maximam spem pono victoriz. De Gallonum studio, hos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit. sed iam (mihi credo) cognouimus. Itaque iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Scribis enim, Si in Sextili comitia, ciro te: si iam cōfecta, citius, ne diutius cum periculo fatuus sis.

O mi Furni, quām tu tuam causam non nosti, qui alienas tam facile dicas! Tu nunc can-  
didatum te putas, & id cogitas, vt aut ad comitia curras, aut si iam confecta, domi tuz sis,  
ne cū maximo periculo, vt scribis, stultissimus sis! Non arbitror te ita sentire. omnes enim  
tuos ad laudem impetus noui. Quod si, vt scribis, ita sentis: non magis te, quām de te iudi-  
cium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus leuissimi & diuulgatissimi, si ita adi-  
piscate vt plerique, præpropera festinatio abducet à tantis laudibus, quibus te omnes in ex-  
lum iure & vere ferūt! Scilicet id agitur, vtrum hac petitione an proxima Pr. sis, non vt ita  
de rep. mercare, omni honore vt dignissimus iudiceret. Vtrum tiefcis quām alte ascenderis,  
, an pro nihilo id putas? Si nefcis, ibi ignoscis: nos in culpa fumus, fin intelligis! vlla tibi est  
Prætura, vel officio, quod pauci: vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior! Hac de re & ego  
& Calvius homo magni iudicii, tuique amantissimus, re accusamus quotidie. Comitia ta-  
men, quum ex his pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis reipub. arbitra-  
mūr conducerē, in Ianuarium mensē protrudimus. Vincit igitur & vale.

CICERO LEPIDO S.A.L.

27

Q. V O D mihi pro summa erga te benevolentia magna cura est, vt quām amplissima  
dignitate sis, moleste tuli, te Senatui gratias nō egisse, cum esses ab eo ordine ornatus sum-  
mis honoribus. Pacis inter ciues concilianda te cupidum esse latet. cam si à scrutitate sciun-  
gis, confules & reip. & dignitati tuz, fin ista pax perditum hominem in possessionem im-  
potentissimi dominatus relititura est, hoc animo scito omnes sanos, vt morte scrututi an-  
teponant. Itaque sapientius meo quidem iudicio facies, si te in istam pacificationē non in-  
terpones, qua neque Senatui, neque Populo, neque cuiquam botio probatur. Sed hac au-  
diens ex aliis, aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia, quid optimum factū sit, videbis.

CICERO TREBONIO S.A.L.

28

Q. V A M vellem ad illas pulcherrimas epulas me Id. Mart. in uitasse reliquiarum nihil  
haberemus. At nunc cum his tantum negotii est, vt veftrum illud diuinum in temp. bene-  
ficiū nōnullam habeat querelam. Quod vero à te viro optimo seductus est, tuoque benefi-  
cio adhuc vivit haec pefcis: interdū, quod mihi vix fas est, tibi subirafcor. Mihi enim nego  
tii plus reliquisti vni, quam præter me omnibus. Ut enim primum post Antonii sedul-  
lum discellum Senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reuerti pristinum,  
quem tu cum cuius acerrimo patre tuo in ore & amore semper habuisti. Nam cum Senatū  
ad xiiii. Cal. Ian. Tribb. pl. vocauissent, déque alia re referente, totam temp. sum comple-  
xus, egique aceruisse, Senatūque iam languentem & defessum ad pristinam virtutem con-  
fuerūdineisque reuocauit, magis animi quām ingenii viribus. Hic dues meaque contentio  
atque actio spem primum Pop. Ro. attulit libertatis recuperādæ. Nec verò ipse postea tem-  
pus vllum intermis de rep. non cogitandi solum, sed etiam agendi. Quod nisi res vrbanas  
atque omnia ad te perfiri arbitraret, ipse perscriberem: quanquam eram maximis occu-  
pationibus impeditus. Sed illa cognoscet ex aliis: à me pauca, & ea summatim. Habemus  
fortem Senatum, Consulares partum timidos, partum male sentientes. Magnum dannum  
factū est in Servio: L. Cæsar optime sentit, sed quod auiculus est, non acerrimas dicit sen-  
tentias: C o s s. egregiū, præclarus D. Brutus: puer egregius Cæsar, de quo spero equidem re-  
liqua. Hoc vero certum habeto, nī ille veterans celeriter conscripseret, legionēque duæ  
de exercitu Antonii ad eius se autoritatem cōulissent, atque is oppositus esset terror An-  
tonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis præteritum fuisse. Hac tibi, et si audita  
esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

CICERO APPIO S.

29

D E M E O studio erga salutem & incolumentatē tuam, credo te cognoscere ex literis tuo-  
num, quibus me cumulatissime satissimè certo scio. nec his concedo, quanquam sunt singu-  
lari in te benevolentia, vt te saluum malint, quām ego. Illi mihi necesse est concedant, vt  
tibi plus, quām ipsi hoc tēpore prædictis possim: quod quidem nec destiti facere, nec desistā:  
& iam in maxima re feci, & fundamēta ieci salutis tuz. Tu fac bonū animo magnōque sis,  
mēque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pr. Non. Quint.

DECIMO SEPTIMO Cal. Mai. quo die Panſa in caſtris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram (nam ci obuiam proceroram millia paſſus centum, quo maturius veniret) Antonius legiones eduxit duas, ſecundam & quintam trigesimam: & cohorteis prætorias diuina, vnam fuan, alteram Silani, cuocatorum partem. Ita obuiam venir nobis, quod nos quatuor legiones tyronum habere ſolum arbitrabatur. Sed noctu, quod tutius venire in caltra poſſemus, legionem Martiam, cui ego præfeci ſolebam, & duas cohorteis prætorias misericet Hirtius nobis. Cum equites Antonii appauifent, contineri neque legio Martia, neque cohorteis prætoria potuerunt: quas ſequi cœpimus coſti, quim eis rennere non poteramus. Antonius ad Forum Gallorum fuas copias continebat, neque ſciri volebat, fe legiones habere: tantum equitatum & leuem armaturam oſtendebar. Poſtequam vidit ſe inuitio legionem ire Panſa, ſequi ſe duas legiones iuſſit tyronum. poſtequam anguſtias paludis & fyluarum tranſiuius, acies eft inſtruſta à nobis, x i. cohortium. Non dum veſerant legiones i. i. repente Antonius in aciem suas copias de viro produxit, & fine mora concurrit. Primò ita pugnatum eft, vt acrius non poſſet ex vtraque parte pugnari. & ſi de- xtenius cornu, in quo eram cum Martia legionis cohortibus octo, impetu primo fugauerat legionem x x v. Antonii, vt amplius paſſus \* vltra aciem quo loco ſeterat, pro- cefſerit. Itaque cum equites noſtrum cornu circumire vellent, recipere me corpori, & leuem ar- maturam opponere Maurorum equinibus, ne auerſos noſtrios aggredierentur. Interim vi- deo me eſſe inter Antonianos, Antoniuſque poſt me eſſe aliquanto: repente equum im- mili ad eam legionem Tironum, quæ venebat ex caſtris, ſculo reiecto. Antoniani me in- ſequi noſtri pila coniicere velle. Ita neſcio quo fato ſum feruatus, quod ſum cito à noſtris cognitus. In ipſa AEmilie, vbi cohors Cæſariorum prætoria erat, diu pugnatum eft. Cornu ſiniſterius, quod erat infirmius, vbi Martia legionis duæ cohorteſ crant, & cohors prætoria pe- dem referre cooperunt, quod ab equitatū circumibantur, quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes ſe recepiſſent noſtri ordines, recipere me nouiffimus cœpi ad caſtra. Antonius tanquam vīctor, caſtra putauit ſe poſſe capere. Quo cum venit, complureis ibi amifit, nec egiſt quicquam. Auditore Hirtius cum cohortibus x x. veteranis rediunti Antonio in ſua caſtra occurrit, copiæque eius omnes deleuit, fugauit codicemque loco vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cum equinibus hora noctis quarta, ſe in caſtra ſua ad Mu- tinam recepit. Hirtius in ea caſtra rediit vnde Panſa exierat, vbi duas legiones reliquerat, quæ ab Antonio erant oppugnata. Sic partem maiorem ſuarum copiarum Antonius ami- fit veteranarum. Nec id tamen sine aliqua iaſtura cohortium prætorianarum noſtrarum, & legionis Martia fieri potuit. Aquilæ duæ, ſigna l. x. ſunt relata Antonii. Res bene geſta eft. Ad x i. Cal. Mai. ex caſtris.

## C. ASINIVS POLLIO CICERONI S. D.

M I N I M E mirum tibi debet videri nihil me ſcripſiſſe de rep. poſte quād itum eft ad arma. Nam saltus Caſtulonēſis, qui ſemper tenuit noſtris tabellarios, eti nunc frequen- ribus latrociniis infiſtor factus eft: tamen nequaquam tanta in mora eft, quanta qui locis omnibus diſpoſiti ab vtraque parte ſcrutantur tabellarios, & retinent. Itaque niſi nau per- late literæ eſſent, omnino neſciem quid iſſic fieret. Nunc vero nauctus occaſionem, poſte quam nauigari cœptum eft, cupidissime, & quād cerebrinme potero, ſcribam ad te. Ne mo- uare eius leſtonibus, quem tameti nemo eft qui videre velit, tamne nequaquam proinde ac dignus eft, oderūt homines: periculum non eft. Adeo eft enim inuifus mihi, vt nihil non acerbum putem, quod commune cum illo ſit. Natura autem mea & ſtudia trahunt me ad pacis & libertatis cupiditatē. Itaque illud initium ciuilis bellī ſzpe defleui. Cum verò non licet mihi nullius parti eſſe, quia vtrōbique magnos inimicos habebam, ex caſtra fugi, in quibus plane tutum me ab inuidiis inimici ſciebam non futurum: compulſus eō, quod mini me volebam, ne in extremis eſſem, plane pericula non dubitanter adiui. Cæſar verò quod me in tata fortuna, modo cognitum vetuſiſmorum familiariorum loco habuit, dilexi ſumma cum pietate & fide. Quæ mea ſententia gerere mihi licuit, ita feci vt optimus quisque ma-

xime probat .Quod iussus sum eo tempore, atque ita feci, ut appareret inuitu imperatum esse.Cuius facti iniustissima inuidia eridire me potuit quam iucunda libertas, & quam misera sub dominatione vita esset . Ita si id agitur , ut rurius in potestate omnia viuis fuit, quicunque is est, ei me profiteor inimicum . Nec periculum est vllum, quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Sed C o s s . neque S . C . neque literis suis praeceperant mihi quid facrem. Vnas enim post Id.Mart.demum à Panfa literas accepi, in quibus hortatur me ut Senatu scribam, me & exercitum in potestate eius futurum:quod cum Lepidus concionaretur, atque omnibus scribebat se consentire cum Antonio, maxime contrarium fuit. Nam quibus commeatibus inuitu illo per illius prouinciam legiones ducere nraut si cetera transisem, num etiam Alpeis poteram transiulare , quz praefidio illius tenentur Adde hoc, quod perferri litera nulla conditione potuerunt. Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retincentur à Lepido tabellarii . Illud me Cordubz pro concione dixisse ne vocabit in dubium, prouinciam me nulli, nisi qui à Senatu missus venisset, traditurum. Nam de legione trigenda tradenda quantas conciones habuerint, quid ego scribam? Qua tradita, quanto pro rep. infirmior futurus fuerim, quis ignorat ? Hac enim legione noli acris aut pugnacius queque putare esse. Quare cum me exsista esse, qui primum pacis cupidus sumus sum:omneis enim ciues plane studio esse saluosi:deinde qui & me, & rep. vindicare in libertatem paratus sim. Quod familiarem-meum tuorum numero habes, opinione tua mihi gratius est.in video illi tamē quod ambulat & iocatur tecum. quz res, quanti astimem, si vnguam licuerit viuere in otio, experieris. Nullū enim vestigium abs te discessurus sum. Illud vehementer admiror non scripsiisse te mihi, manendo in prouincia, an ducendo exercitus in Italiam, reip. magis satisfactare possim. Ego quidem eti mihi tutius ac minus labiosum est manere, tamen quia video tali tempore multo magis legionibus opus esse quam prouincias, quz praeferim recuperati nullo negotio possunt, constitui, ut nunc est, cum exercitu proficiam. Deinde ex literis, quas Panze misi, cognosces omnia: nam tibi carum exemplar misi. x v i i . Cal.Apr.Cordubz.

## C. ASINIVS POLLIO CICERO NI.

32

B A L B U S Questor, magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidē militibus reddito, duxit se à Gadibus, & tri duum tempestate retentus ad Calpen, Cal.Iun.traiecit se in regnum Bogudis, plane bene peculiatus. His rumoribus vtrum Gadeis referatur, an Romam(ad singulos enim nuntios turpissime confusa mutata) nondum scio.fed prater furta & rapinas, & virgis cafos socios, hac quoque fecit, ut ipse gloriari solet, eadem quz C. Cesar ludis quos Gadibus fecit. Hennium Gallum hilfrionem summo ludorum die anulo aureo donatum in x i i i . sef. sum deduxit.tot enim fecerat ordines equestris loci. Quatuorviroatum sibi protogauit: comitia biennii biduo habuit, hoc est renuniauit: quos ei visum est, exules reduxit, non horum temporum, sed illoru quibus à seditionis Senatus trucidatus aut expulsus est, Sex.Varo Procos. Illa veto iam ne Caesaris quidem exemplo, quod ludis praetextam de suo itinere ad L. Lentulū Procos.solicitudinem posuit. Et quidem cum ageretur, fleuit memoria rerum gestarum commotus. Gladiatoribus autem Fadium quedam militem Pompeianum quia cum depreclus in ludum bis gratis depugnasset, authore sefe nolebat, & ad populum configerat: primū Gallos equites immixti in populū (coniecti enim lapides sunt in eum, cum arriperent Fadius) deinde abstractum defodit in ludo, & viuum cobusuit: cum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum rejectis inambularet, & illi miseris quirianti, C.R.natus sum:responderet, Abi nunc, populi fidem implora. Bestiis vero ciueis Romanos, in his circulatorum quandam actionum notissimum hominem Hilpalī, quia deformis erat, obicit. Cum huiusmodi porteto res mihi fuit. Sed de illo plura corām. Nunc quod praefat, quid me velitis facere, constituite. Tres legiones firmas habeo, quarum vnam x x v i i . cum ad se initio belli arcessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum: in victoria vero cadentia præmia quz suis legionibus, quorum quis villam finem, aut modum futurum putauit: in-

H.i.

citatissimam retinui, ægre mehercules: nec retinuisse, si uno loco habuissent, vtpote cum singulæ quædam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non delituit literis, atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus vñst me & suis & Antoni literis, vt legionem x x mitterem sibi. Itaque quem exercitum neque vendere vñlis præmus volui, nec eorum periculorum metu quæ victoribus illis portendebantur, diminuere, debetis existimare retenunt & conseruatum reip. esse, atque ita credere quodcumque imperasset, facturum fuisse, si quod iussisse feci. Nam & prouinciam in otio, & exercitum in mea potestate tenui: finibus meæ prouincie nusquam excessi. Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vñllum quoquam misi: & si quis equites decedentes nactus sum, supplicio affeci. quarum rerum fructum sat is magnum rep. salua tulisse me putabo. Sed reip. si me fatis nouisset, & maior pars Senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolam quam Balbo cum etiam nunc in prouincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam prætextam si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum poscito. V. 1.  
Id. Iun. Corduba.

## POLLIO CICERONI SAL. PLVRIMAM.

33

S. V. B. E. E. Q. V. Quò tardius certior fieri de præliis apud Mutinam factis, Lepidus esse cit, qui meos tabellarios V 1 1 1. dies tenuit. Tametsi ramtant calamitatem reip. quam tardissime audire optandum est: fed illis qui prodeste nihil possunt, neque mederi. Atque utinam eodem s. c. quo Plancum & Lepidum in Italiam arcessistis, me quoque iussissestis venire: profectò non accepisset resip. hoc vulnus. quo siqui latentur in præsentia, quia videntur & duces, & veterani Cæsaris partium interisse: tamen postmodum necesse est dolant, cum vastitatem Italiz respexerint. Nam & robur & soboles militum interrit: si quidè quæ nuntiantur, vlla ex parte vera sunt. Neque ego non videbam quanto vñsi reip. cœlum futurus, si ad Lepidum venissem: omnem enim cunctationem eius disfusissim, præfertim adiutore Plancio. Sed scribenti ad me eiusmodi literas quas leges, & concionibus videlicet quas Narbone habuisse dicitur, similis, palmarer plane necesse erat, si vellem commeatus per prouinciam eius iter faciens habere. Præterea verbär ne si ante quām ego incepta perficerent, prælium conciliatum esset, pium consilium meum raperent in contraria partem obtrectatores mei, propter amicitiam quæ mihi cum Antonio, non maior tamen, quām Plancio fuit. Itaque à Gadibus mens Aprili binis tabellariis in duas nauis impositis, & tibi & c o s s. & Octauiano scripsi, vt me facretis certiorum, quonam modo plurimum possem prodeste reip. Sed vt rationem in eo quo die prælium Pansa commisisti, eodem à Gadibus nauis proficisci sunt. Nulla enim post hyemem fuit ante eam diem nauigatio. Et hercules longe remotus ab omni suspitione futuri ciuilis tumultus, penitus in Lusitania legiones in hybernis collocaram. Ita porro festinavit uterque configgere, tanquam nihil peius timerent, quām ne sine maximo reip. detimento bellum componeretur. Sed si properandum fuit, nihil non summi dueis confuso gelisse Hirtium video. Nunc hæc mihi feriuntur ex Gallia Lepidi, & nuntiantur. Paniz exercitum concisum esse, Pansam ex vulneribus mortuum, eodem prælio Martiam legiōnem interisse, & L. Fabatum, & C. Peduzum, & D. Carfulenum. Hirtino autem prælio & quartam legiōnem, & omnes perque Antonii cæsas, item Hirtii. Quartam verò cum caltra quoque Antoniū capiſſer, à quinta legione concisam esse. Ibi Hirtium quoque perisse, & Pontium Aquilam: dici etiam Octauianum cecidisse. Quæ si quod Dii prohibeant vera sunt, non mediocreto doleo. Antonium turpiter Mutinæ obſessionem reliquisse, fed habere equitum legiones sub signis armatas tres, & P. Bagienni vnam, incrébris bene multos. Ventidium quoque se cum legione V 1 1. V 1 1 1. V 1 1 1 1. coniunxisse: si nihil in Lepido speci sit, delenclurum ad extrema: & non modo nationes, sed etiam seruitia concitaturn: Parmam direptam: L. Antonium Alpeis occupasse. Quæ si vera sunt, nemini noltrum cessandum est, nec expectandum quid decernat Senatus. Res enim cogir huc tanto intentio succurrere omneis, qui aut impictum, aut nomen denique populi Ro. saluum volunt esse. Brutum enim cohortes x V 1 1. & duas non frequenteis tytonum legiones, quas conscriperat Antonius, habe-

re audio. Neque tamen dubito quin omnes qui superint de Hirtii exercitu confluant ad eum. Nam in delectu non multū spēi puto esse, præteritum cum nihil sit periculosius, quā spatiū confirmandi se se Antonio dari. Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat, propterea quia frumenta aut in agris, aut in villis sunt. Itaque proximis literis consilium meum expedietur. Nam neque decisi, neque superesse reip. volo. Maxime tamen doleo, ad eo & longo & infesto itinere ad me veniri, ut die quadragefimo post, aut ultra etiam quā facta sunt omnia, nuntientur.

LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. M. T. CICERONI. 35

S.V.B.E.E.V. Cum audisssem Antonium cum suis copiis, præmisso L. Antonio cum parte equitatus in prouinciam meam venire, cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra moui, ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum Vocontium veni, & ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonios feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo, & ultra me castra posuit. Habebat antea legionem V. & ex reliquis legionibus magnā multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum, nam omnis ex prælio integer discessit, ita ut sint amplius equitum. \* Itaque ad me complures milites, & equites ab eo transierunt, & in dies singulos eius copias minuantur. Silanus & Culeo ab eo discesserunt. Nos eti grauter ab iis lassos eramus, quod contra nostrā voluntatem ad Antonium erant: tamen nostra humanitatis & necessitudinis causa, eoru salutis rationem habuimus. Nec tamen eorum opera vtimur: neque in castris habemus, neque ulli negotio præfecimus. Quod ad bellū hoc attinet, nec Senatus, nec reip. decremusque postea egerimus, faciam te certiore. Etsi omni tempore summa studia officii muro inter nos certatim constituerunt pro nostra inter nos familiaritate, & proinde diligenter ab utroque conservata sunt, tamen non dubito in tanto, & tam repentinio reip. motu, quin nonnulla de meis falsis rumoribus a meis obrectatoribus me indigna ad te delata sint, quæ tuum animum magno opere mouerent pro tuo amore in temp. Ea te moderate accipille, neque temere credendum iudeas, à meis procuratoribus certior sum factus. quæ mihi, ut debet, gratissima sunt. Memini enim & illa superiora quæ abs tua voluntate profecta sunt, ad meam dignitatem augendam & ornandam, quæ perpetuo animo meo fixa manebunt. Abs te mi Cicerio magnopere peto, si meam vitam, studium diligētissimi superioribus temporibus in rep. administranda, quæ Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria, aut eo ampliora reliquo tempore expectes. & proinde tua autoritate metuendum existimes, quæ tibi plura tuo merito debo. Vale. D.X I. Cal. Iun. ex Caſt. ex Ponte argenteo.

LEPIDVS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. SENAT. 34

POPVL PLEB IQVE ROMANÆ.

s.v. liberique vestri V.B.E.E.Q.V. Deos hominēsque testor P. C. quæ mente & quo animo semper in temp. fuerim, & quā nihil antiquis communī salute ac libertate indicarim. quod vobis breui probasset, nisi mihi fortuna proprium consilium extorseret. Nam exercitus cunctus coniunctudinem suam in ciubus obseruandis, communique pace, seditione facta retinuit: neque tanta multitudinis ciuium Romanorum salutis atque incolutitatis causam suscipere, ut vere dicam, coegit. In qua re ego vos P. C. oro atque obsecro, ut priuatis offenditionibus omillis, summa R.P. consularis: neve misericordiam nostram exercitūsque nostri in ciuili diffensione sceleris loco ponatis. Quod si salutis omnium ac dignitatis rationem habueritis, melius & vobis & reip. consuletis. Data III. Cal. à Ponte Argenteo.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIB. XI.

D. BRVTVS BRVTO SVO ET CASSIO S.

Q VO IN statu simus, cognoscite. Heri vesperi apud me Hirtius fuit: quæ mente esset Antonius, demōlrauit, pessima scilicet & infidelissima. Nam se neque mihi pro*H.ii.*

uinciam dare posse aiebat, neque arbitrari tutò in vrbe esse quenquam nostrum: adeo esse militum concitatos animos & plebis. Quod vtrique falsum esse, puto vos animaduertere: atque illud esse verum quod Hirtius demonstrabat, timere eum, ne si mediocre auxilium dignitatis nostrae habuissimus, nulla partes ius in rep. relinquenterentur. Cum in his angustiis verferet, placitum est mihi vt postularem legationem liberam mihi, reliquaque nostris, vt aliqua causa proficisci honesta quereretur. Haec se impetraturum pollicitus est, nec tam men impetraturum confido: tanta est hominum insolentia, & nostri infectatio. Ac si dede-  
rent quod petimus, tamen paulopòst futurum puto vt hostes iudicemur, aut aqua & igni nobis interdicatur. Quid ergo est, inquis, tu confiliis dandus est locus fortunæ, cedèdum ex Italia, migrandum Rhodum, aut aliquò terrarum arbitror. Si melior casus fuerit, reuerte-  
mur Româ: si mediocris, in exilio viuemus: si pessimus, ad nouissima auxilia descendemus. Succurret fortasse hoc loco aliquic' vestrum, cur nouissimum tèpus expectemus potius, qnàm nunc aliiquid moliamur. Quia vbi cōsultamus non habemus prater Sex. Pompeium & Bas-  
sum Cæcilium, qui nūihi videntur hoc munio de Cæsare allato firmiores futuri. Satis tem-  
pore ad eos accedemus, vbi quid valeant, scierimus. Pro Cassio & te, siquid me velitis recipere, recipiat. postulat enim hoc Hirtius vt faciam. Rogo vos quamprimum mihi refri-  
batis, nam non dubito quin his de rebus ante horam quartam Hirtius certiore me sit fa-  
cturus, quem iti locum cōuenire possimus: quod me velitis venire, rescribe. Post nouissimū  
Hirtii sermonem, placitum est mihi postulare vt liceret nobis Româ esse publico praefidio:  
quod illos nobis cōcessuros noti puto. magnam enim inuidiam ius faciemus. Nihil tamen  
non postulandum putauit quod sequimur esse statuerem.

B R V T V S E T C A S S I V S P R A E T T. M. A N T O N I O C O S. 2

D E T V A fide & benevolentia in nos, nisi perfusum esset nobis, non cōscriptissimus  
hzc tibi, quæ profecto, quum istum animalum habes, iù optimam partem accipies. Scribitur  
tobis magna veteranorum multitudinem Romam cōuenisse iam, & ad Cal. Jun. futuram  
multo maiore. de te si dubitemus, aut vercamur, sumus nostri dissimiles. Sed certe cum ipsi  
in tua potestate fuerimus, tu quoque adducti consilio dimiserimus ex municipiis nostros ne-  
cessarios, neque solù edicto, sed etiam literis id fecerimus: digni sumus quos habeas tui con-  
filiis participes, in ea præsertim te quæ ad nos pertinet. Quare petimus à te, facias nos certio-  
res tua voluntatis in nos. Putemus nos tutos fore in tanta frequetia militum veteranorum,  
quos etiam deponenda atra cogitare audiimus quod velle te probare vix quicquam posse  
videtur qui nos falios & honestos velit. Nos ab initio spectaclo otium, nec quicquam aliud  
libertate communi quællisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest, nisi tu: quod certe ab-  
est à tua virtute & fide. sed alius nemo facultatem habet decipiendi nos. tibi cuim vni credi-  
dimus, & credituri sumus. Maximo timore de nobis afficiuntur amici nostri. quibus etià tua  
fides explotata est, tamen illud in mentem venit, multitudine veteranorum facilius impelli-  
ab aliis quolibet, quam à te retineri posse. Rescribas nobis ad omnia, rogamus. Nam il-  
lud valde leue est ac nugatorium, ea re denuntiatum esse veteranis, quod de commodis eo-  
rum mense Iunio latens est. Quem enim impedimento futurum putas, cum de nobis cer-  
tum sit nos quieturos? Non debemus cuiquam videri nimium cupidi vite, cum accedere no-  
bis nihil possit sine pernicie & confusione omnium rerum.

B R V T V S E T C A S S I V S P R A E T T. S. D. A N T O N I O C O S. 3

S.V.B. Literas tuas legitimus simillimas edicti tui consumeliosas, minaces, minime dignas  
quæ à te nobis mitterentur. Nos Antoni te nulla lacessimus iniuria: neque miraturi cre-  
didimus, si Prætores & ea dignitate homines aliquid edicto postulassimus à C o s. Quod  
si indignaris auctor id facere, concede nobis vt doleamus ne hoc quidem abs te Bruto  
& Cassio tribui. Nam de delectibus habitis & pecunia imperatis, exercitibus sollicitatis, &  
nuntiis trans mare missis quod te questum esse negas, nos quidem tibi credimus optimo a-  
nimō te fecisse: sed tamen neque agnoscamus quicquam eorum, & te miratur, cum hzc  
retuleris, non potuisse continere iracundiam tuam, quin nobis de morte Cæsaris oblige-  
tes. Illud vero quemadmodum secundum sit, tute cogita: non licet Prætoribus concordiz

ac libertatis causa, per edictum de suo iure decidere, quin C o s. arma minetur. Quorum fiducia nihil est quod nos terreas. Neque enim decet aut conuenit nobis pericula vlli submittere animum nostrum. Neque est Antonio postulandum ut iis imperio quorum opera liber est. Nos si alii hortarentur ut bellum ciuiile suscitare vellemus, literae tuæ nihil proficerent. Nulla enim minantur authoritas apud liberos est. Sed pulchre intelligis non posse nos quoquam impelli: & fortassis ea te minaciter agis, ut iudicium nostrum metus videatur. Nos in hac sententia sumus, ut te cupiamus in libera rep. magnum arque honestum effevocemus te ad nullas inimicitias: sed tamen pluris nostram libertatem, quam tuam amiciam estimemus. Tu etiam atque etiam vide quid suscipias, quid sustineri possis: neque quandiu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, fac cogites. Deos quæsumus consilia tua reip. salutaria sint, ac tibi: si minus, ut salua atque honesta rep. tibi quamminimū noceant opamus. Prid. Non. Sext.

## D. B R V T V S I M P. C O S. D E S I G. S. D. C I C E R O N I.

4

S I. DE tua in me voluntate dubitarem, multis à te verbis petere ut dignitatem meam tuereris. sed profecto est ita ut mihi persuasi, me tibi esse curz. Progredi sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorum captans, quam cupiens militibus satisfacere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere, quod mihi videor consecutus. Nam & libertatem nostram & animum sunt experti, cum omnium bellicissimis bellum gessi: multa castella capi: multa vastani. Non sine causa ad Senatum literas misi. Adiuua nos tua sententia, quod cum facies, ex magna parte communni commido inferueris.

## M. C I C E R O S. D. B R V T O I M P. C O S. D E S I G.

5

L V P V S familiaris noster cum à te venisset, cùmque Romæ quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis in quibus maxime tuba me esse arbitrabar. Eò factum est vt ad te Lupa, sine meis literis redire, cum tamen curassem tuas ad me preferendas. Romanum autem veni ad v. Id. Decemb. nec habui quicquam antiquius quam ut Panoram statim conuenire, ex quo ea de te cognoui, qua maxime optabam. Quare hortatione tu quidem non eges, si ne in illa quidem re, que à te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti. Illud tamen breuiter significādum viderur, Pop. Ro. omnia à te expectare, atque in te aliquando recuperandæ libertatis omnem spem ponere. Tu si dies noctesque memineris (quod te facere certò scio) quantam rem gessis, non obliuiscere profecto quanto tibi etiam nunc gerendæ sunt. Si enim iste prouinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui antequam illum intellecti non modo aperie, sed etiam libenter cum rep. bello gerere spem reliquam nullam video salutis. Quamobrem te obsecro iisdem precibus, quibus S. P. Q. R. vt in perpetuum temp. dominatu regio liberes: ut principis conseniant exitus. Tuum est hoc munus, tuæ partes: à te hoc ciuitas vel omnes potius gentes non expectant solum, sed etiam postulant: quanquæ cum hortatione non eges, ut suprà scripsi, non utar ea pluribus verbis: faciam illud quod meum est, ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicar, quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebunt. quamobrem velim tibi ita persuades, me, cum reip. causa, quæ mihi vita mea est charior: tum quod tibi ipsi fauam, tuamque dignitatem amplificari velim tuis optimis cōsiliis, amplitudini, gloriis, nullo loco defuturum.

## M. C I C E R O S. D. B R V T O I M P. C O S. D E S I G.

6

L V P V S noster cum Româ v. die Mutina venisset, postridie me mane conuenit, tuaque mihi mandata diligissime exposuit, & literas reddidit. Quod mihi tuam dignitatem cōmedas, eodem tempore existimo te mihi meam dignitatē commendare: quam mehercule non habeo tua chariorē. Quare mihi gratissimum facies, si exploratū habebis, tuis ludi bus nullo loco nec cōsiliū, nec studium meum defuturū. Cū Tribb. pl. edixissent, Senatus adiicit ad xiiii. Cal. Ian. haberentque in animo de praefidio C o s s. desig. refere: quam statueram in Senatum ante Cal. Ian. non venire, tamen cum co di ipso edictū tuum propositum esset, nefas esse duxi aut ita haberi Senatum, ut de tuis diuinis in temp. meritis silentetur (quod factū esset, nisi ego venissim) aut etiam siquid de te honorifice dicetur, me

H. iii.

non adesse. Itaque in Senatu veni manc. quod cum esset animaduersum, frequentissimi Senatores conuererunt. Quæ de te in Senatu egerim, quæ in cōcione maxima dixerim, aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi periudas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinēbunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturnū & definiūtur: quod quanquam intelligo me, cum multis esse facturum, tamen appetā huius rei principatum.

M. CICERO S. D. D. BRVTTO IMP. COS. DESIG. 7

CVM adhibuisset domi mez Lupus me, & Libonem, & Seruum consobrinū tuum, quæ mea fuit sententia, cognosce te ex M. Seio arbitro qui nostro sermone interfuit. Reliquæ, quanquam statim Scium Græcius est subsecutus, tamen ex Græcio poteris cognoscere. Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere & meminisse volam: ut ne in libertate & salute P. R. construanda autoritatē Senatus expectes nondum liberi, ne & tuum factū comedimes (nullo enim publico cōsilio remp. liberauisti, quod etiam & res illa maior & clarior) & adolescentem vel puerum potius Cælarem iudices temere fecisse, qui tantam cauam publicam priuato cōsilio suscepserit: denique homines rusticos, sed fortissimos viros ciuīsque optimos dementis fuisse indices, primum milites veteranos commilitones tuos, deinde legionem Martiam, legiōnē I I I, quæ suum C O s. hostem iudicauerunt, sequē ad salutem reip. defendandam contulerunt. Voluntas Senatus pro authoritate haberi debet, cum authoritas impeditur metu. Postremo suscepta tibi caua iam bis est, vt non sit integrum. primum Id. Mart. deinde proxime exercitu nouo, & copiis comparatis. Quamobrem ad omnia ita paratus & animatus debes esse, non vt nihil facias, nūl iussus: sed vt ea geras, quæ ab omnibus summa cum admiratione laudentur.

M. CICERO S. D. D. BRVTTO IMP. COS. DESIG. 8

E O tempore Polla tua misit, vt ad te siquid vellem darem literarū, cum quid scriberem, non habebam. Omnia enim erant suspensa propter expectationem Legatorum, qui quid egissent, nihil mundum nuntiabat. Hæc tamen scribenda existimau. Primum, S.P.Q.R. de te labore, non solum salutis fuz caua, sed etiam dignitatis tuz. Admirabilis enim est quædam tui nominis charitas, amōrōte in te singularis omnium ciuium. Ita enim sperant, atque confidunt, vt ante Rege, sic hoc tempore regno te remp. liberaturum. Romæ delectus habetur, totāq. Italia, si hic delectus appellandus est cum vltro se offerunt omnes. tantus ardor occupauit animos hominum defyderio libertatis, odiōq. diutina seruitutis. De reliquis rebus à te iam expectare literas debemus, quid ipse agas, quid noster Hirius, quid Cz far meus: quos spero breui tempore societate victoriz tecum copulatos fore. Reliquum est vt de me id scribam, quod te ex tuorum literis & spero, & malo cognoscere: me neque des fe villa in te, neque visquam defuturum dignitati tuz.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 9

P A N S A amissio, quantum detrimenti resp. accepserit, non te preterit: nunc authoritate & prudentia tua propicias oportet, ne inimici nostri C O S S. sublati, sperent se conualescere posse. Ego, ne confistere possit in Italia Antonius, dabo operam. sequar eum cōfessim. vt nunquam me praefaturum spero, ne aut Ventiadis elabatur, aut Antonius in Italia moretur. In primis rogo te ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit Antonio sibi cōiuncto. Nam de Pollio Afinio puto te perspicere quid futurus sit. Multæ & bonæ & firmæ sunt legiones Lepidi & Afini. Neque hæc ideitudo tibi scribo, quod te non eadem animaduertere sciam: sed quod mihi persuasissimum est Lepidum recte facturum nunquam, si forte vobis id de hoc dubium est. Plancum quoque confirmatis oro: quem spero pulso Antonio reip. non defuturum. Si se Alpeis Antonius traicerit, constitui praesidium in Alpibus conlocare, & te de omni te facere certiorem. 111. Cal. Mai. ex calbris Regii.

D. BRVTVS S. D. M. CICERONI. 10

N O N mihi temp. plus debere arbitror, quām me tibi gratiore me esse in te posse, quām isti peruersi sint in me, exploratum habes. Si autem hoc tempore ab his videatur dici cau-

• sa simulationis, mallem mehercule tuum iudicium, quam ex altera parte omnium istotū. Tu enim à certo sensu & vero iudicas de nobis: quod isti ne faciant, summa malevolentia & liuore impediuunt. Interpellent me, quò minus honoratus sum, dum ne interpellent quo minus resp. à me cōmode administrari possit. Quæ quāto sit in periculo, quam potero bre uislime exponam. Primum omnium quātam perturbationem rerum urbanaū aferat obi-  
+ tus Consulū, quātamque cupiditatē hominibus iniiciat vacuitas, non te fugit. Satis me multa scriptū, quæ literis commendari possint, arbitror. Scio enim cui scribam. Reuer-  
tor nunc ad Antonium, qui ex fuga cum paruulam manut peditum haberet inermium,  
ergaſula ſoluendo, omnique genus hominum arripiendo, satis magnum numerum vide-  
tur effecisse. Huc accedit manus Vendidū, quæ trans Appeninū itinere facta difficultimo,  
ad Vada percutit, arque ibi se cum Antonio cōunxit. Est numerus veteranoū & armato-  
rum satis frequens cum Venedio. Confilia Antonii hæc sint necesse eft: aut ad Lepidū vt fe-  
conferat, si recipitur aut Appenino Alpibüsque ſe teneat, & decurſionibus per equites quos  
habet multos, vaſtæ ea loca in quæ incirciterit: aut rufius ſe in Etruriam referat, quod ea  
pars Italiz ſine exercitu eft. Quod ſi me Cesar audiret, atque Appeninū tranſiſſet, in tan-  
tas angustias Antonium compulſiſſem, vt inopia potius, quam ferro cōſiceretur. Sed neque  
Cesar imperari potest, nec Cesar exercitu ſuo, quod vtrunque pelliſſum eft. Cum hæc ta-  
lia ſint, quo minus quod ad me pertinebit homines interpellent, vt ſupræ ſcripsi, non impe-  
dio. Hæc quemadmodum explicari possint, aut à te cum explicabuntur, ne impediāntur, ti-  
meo. Alete iam milites non poſſim. Cum ad temp. liberandam accedam, mihi fuit pecu-  
niz c. c. c. amplius. Tantum abeft, vt mei rei familiaris liberum ſit quicquam, vt om-  
neis iam meos amicos ære alieno obſtrinxerim. Scipiem numerum nūc legionum alio: qua  
difficultate, tu arbitrare. Non ſi Varronis theſtauros habeā, ſubſtento ſumptui poſſem. Cum  
primum de Antonio exploratum habuero, faciam te certiorem. Tu me amabis ita, ſi hoc  
idem me in te facere ſenleris. 111. Non. Mai. ex caſtris Derthoma.

D. B R V T V S I M P. C O S. D E S. S. D. M. C I C E R O N I .

11

E ODEM exemplo à te mi literæ reddite ſunt, quo pueri mei attulerunt. Tātum me ti-  
bi debere exiftimo, quantum perſolueret difficile eft. Scripti tibi quæ hic gererentur: in itine-  
re eft Antonius, ad Lepidum profiſſicitur: ne de Plancō quidem ſpem adhuc abieci, vt ex  
libellis eius animaduerti qui in me incidentur. In quibus quos ad Afinium, quos ad Lepi-  
dum, quos ad Plancum mitteret, ſcribebat. Ego tamen non habui ambiguum, & ſtatim ad  
Plancum mihi, & biduo ab Allobrogibus, & totius Galliz Legatos expeſcio, quos coſfirmati-  
mos domum remittam. Tu, quæ iſtic opus erunt adminiſtrari, proſpicias, vt ex tua voluntate  
te, relique publicæ cōmodo fiant. Malevolentia hominum in me, ſi poteris, occurrē: ſi non  
poteris, hoc conſolabere, quod me de ſtatu meo nullis contumelias deterre poſſunt. Prid.  
Non. Mai. ex caſtris, finibus Statiellenſium.

M. C I C E R O S. D. B R V T O I M P. C O S. D E S I G .

12

TREIS vno die à te accepi epiftolas: vnam brevē, quā Flacco Volumnio dederas: duas  
plenioreſ, quarum alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis  
literis, & ex Gracci oratione, non modo non refiñētum bellum, ſed etiam inflammatum  
videtur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia, quin perſpicias, ſi aliquid firmita-  
tis nauctus sit Antonius, omnia tua illa prælara in temp. merita ad nihilum eſt vētura. Ita  
enim Romam erat nūriatum, ita perſuaſum omnibus, cum paucis inermis, perterritis me-  
tu, fracto animo, fugiſſe Antonium. Qui ſi ita ſe haberet, vt quæmadmodū audiebam de Grz  
ceo) cōſligi cum eo ſine periculo non poſſit: non ille mihi fugiſſe à Mutina videtur, ſed lo-  
cum bellī gerendi mutaſſe. Itaque homines alii faeti ſunt: non nulli etiam queruntur, quod  
persecuti non ſunt: opprimi potuiffi ſi celeritas adhibita eſt, exiſtimant. Omnino eft hoc  
populi, maximique nostri, in eo potiſſimum abuti libertate, per quem eam conſecutus ſit.  
Sed tamen prouidēdum ſit, ne quæ iusta querela eſſe poſſit. Res ſe ſic habet. Is bellum con-  
feceſſit, qui Antonium oppreſſerit. Hoc quam vim habeat, te exiſtimare malo, quam me a-  
pertius ſcriberem.

H.iii.

D. B R V T V S I M P. C O S. D E S I G. S. D. M. C I C E R O N I . 13

I A M non ago tibi gratias. Cui enim re vix referre possum, huic verbis non patitur res satisfieri. Artendere te volo quæ in manibus sunt: qua enim prudentia es, nihil te fugier, si meas literas diligenter legeris. Sequi conseruum Antonium his de causis Cicero non potui, eram sine equinibus, sine iumentis. Hirnum perisse nesciebam: Cæsari non credebam prius, quam conuenissim, & conlocutus essem. Hic dies hoc modo abut. Postero die mane à Pan fa fum accersitus Bononijs. Cum in itinere essem, nuntiatum mihi est cum mortuum esse. Recurri ad meas copolas, sic enim verè eas appellare possum: sunt extenuatissimæ, & in opia omnium rerum pessime accepta. Biduo me Antonius antecellit, itinera multò maiora fugiens, quam ego lequens. Ille enim iit passim, ego ordinatim: quacunque iit, erga fulta solvit, homines atripuit, constitit nusquam, priusquam ad Vada venit: quem locum volo tibi esse notum, iacet inter Appenninum & Alpis, impeditissimus ad iter faciendum. Cum abessem ab eo millia passuum x x x, & se iam Ventidius coniunxit, concio eius ad me est allata, in qua peterecepit à militibus, vt se trans Alpes feruerentur, fibi cum M. Lepido conuenire. Succelatum est, & frequenter à militibus Ventidianis (nam suos valde quam paucos habet) fibi aut in Italia pereundum esse aut vincendum. Et orare coeperunt, vt Pollentiam iter facerent. Cum sustinere eos non posset, in posterū diem iter suum constituit. Hac re mihi nuntiata, statim quinque cohortes Pollentiam premissi, mecumque iter eō contulit. hora ante præsidium meum Pollentiam venit, quam Trebellius cum equitibus sanè quam sum gauis, in hoc enim victoriā puto consilire. In spem venerat, quod neque Planci quatuor legiones omnibus suis copiis patres arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitum traxi possit credebant. quos ipsi adhuc satis arroganter Allobroges, equitatū que omnis, qui eō præmissus erat à nobis, sustinebant: nostrisque aduentu sustineti facilius posse confidimus. Tamen si quo etiam casu Hisaram se traicerint, ne quod detrimentum reip. iniungant, summa à nobis dabitus opera. vos magnum animum, optimaque spem de summa rep. habere volumus, cum & nos, & exercitus nostros singulari concordia coniunctos, ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, daretque operam, vt quamparatissimi & ab exercitu, reliquaque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium configamus: qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subito ad patrī periculum conuerterunt.

M. C I C E R O D. B R V T O C O S. D E S I G. S. D.

14

M I R A B I L I T E R mi Brute lator, mīa consilia, mēfique sententias à te probari de Decembris, de ornando adolescentē. Sed quid referem mihi credere homini non glorioſo, plane iam Brute frigo. ~~q̄~~ enī etiam etat meum Senatus, id iam est dissolutum. Tantam spem attulerat explorat̄ visoriz, tua præclarā Mutina eruptio, fuga Antonii conciso exercitu, vt omnium animi relaxati sint, mēque illæ vhenementes contentiones tanquam ~~enī~~ esse videantur. Sed vt ad rem redcam, legiōnē Martiam & quartā negant, qui illas norūt, villa conditione ad te posse perdici. Pecunia, quam defyderas, ratio potest haberi, eaque habebitur. De Bruto arcessendo, Cæsarēque ad Italiz præfidū tenendo, valde tibi aſſentior. Sed vt scribis, habes obtrēctatores, quos equidem facilime sustineo, sed impediunt tamen. Ex Aphties legiones expectantur. Sed bellum istie renatum mirantur homines. nihil tam præter spem vñquam. Nam die tuo natali victoria nuntiata, in multa secula videbamus temp. liberatam. Noui timores retexunt superiora. Scripſisti autem ad me iis, quas Id. Mai. dedisti, modo te acceperis à Plancō literas, non recipi Antonium à Lepido. si ita est, omnia facilita: ſin aliter, magnum negotium, cuius exitum non extimesco, tuꝝ partes ſint. Ego plus, quam feci, facere non possum. Te tamen, id quod ſpeto, omnium maximum & clariſſimum videre cupio.

M. C I C E R O D. B R V T O C O S. D E S I G. S. D.

15

E T S I mihi tua literæ iucūdissimæ ſunt, tamen iucūdius ſuit, quod in ſumma occupatio: tua Plancō Collēge mādasti, vt te mihi per literas excufaret. quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. Coniunctio tua cū Collega, cōcor-

diaque vestra, quæ literis communibus declarata est, s.p. Q.R. gratissima accedit. Quod superest, perge mi Brute: & iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praetertim ad te, quo magistro breuitatis vti cogito. Literas tuas vehementer expecto, & quidem taleis, qualeis maxime opto.

M. CICERO D. BRVTO. COS. DESIG. S. D. 16

PER MAGNI interest, quo tibi hæc tempore epistola redditæ sit, vitrum cum sollicitudinis aliquid haberes, an cū omni molesta vacuuæ es. Itaque ei præcepit quem ad te misi, vt tempus obseruerat epistole tibi reddendæ. Nam quemadmodum coram qui ad nos intemperie audeant, molestiæ sepe sunt: sic epistole offendunt non loco redditæ. Si autem, vt spero, nihil te perturbat, nihil impedit: & ille cui mandauit, fatis scite & commode tempus ad te cepit audeundi: confido me, quod velim, facile à te impetraturum. L. Lamia Praetoram petit: hoc ego vtor vno omnium plurimum. Magna vetustas, magna consuetudo intercep-  
dit: quodque plurimum valer, nihil mihi eius est familiaritate iucundius. Magno præterea beneficio eius, magnoque merito sum obligatus. Nam Clodianis temporibus cū equestris ordinis princeps esset, proque mea salute acerrime propugnaret, à Gabino Consule relegatus est: quod ante id tempus ciui R. Romæ contigit nemini. Hoc cum Populus Rom. meminist, meipsum nō meminisse turpissimum est. Quapropter persuade tibi mi Brute, me petere Praetoram. Quanquæ enim Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificen-  
tissimo munere adilicio: tamen quasi ea ita non essent, ego suscepit totū negotium. Nunc si  
me tanti facis, quāt̄ certe facis, quum equitum ceterias tenes, in quic̄ regnas: mitte ad Lu-  
pum nostrum vt is nobis eas centurias cōficiat. Non tenebo te pluribus. Ponā in extremo,  
quod sentio. Nihil est Brute, cum omnia à te expectem, quod mihi gratius facere possis.

M. CICERO D. BRVTO S. D. 17

LAMIA vno omnium familiarissime vtor. Magna eius in me nō dico officia, sed merita, cāque sunt Pop. Rom. notissima. Is magnificissimo munere AEreditatis perfunctus petit Praetoram: omnēsque intelligūt nec dignitatem ei decesse, nec gratiam. Sed is ambitus excitare videtur, vt ego omnia pertinebam, totāmque petitionem Lamiz mihi sustinendam putem. In ea re quantum me possis adiuuare, facile perspicio. nec vero, quantum mea causa velis, dubito. Vclim igitur mi Brute tibi persuades, nihil me maiore studio à te petere, nihil te mihi gratius facere posse, quām si omnibus tuis opibus, omni studio, Lamiam in petitione iuveris: quod vt facias, vchementer te rogo.

M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG. 18

ET SI ex mandatis, quæ Galbae Volumniisque ad Senatum dedisti, quid timendum spicandumque putares, luspicabamur: tamē timidiora mandata videbantur, quam erat dignum tua, Populiisque Ro. victoria. Senatus autē mi Brute fortis est, & habet fortis duces. Itaque moleste ferbat, s.e. à te, quem omnium quicunque fuissent, fortissimum iudicaret, timidum atque ignavum iudicari. Etenim cum te inclusi spem maximam omnes habuissent in tua virtute florente Antonio: quis erat qui quicquam timeret profligato illo, te liberato? Nec verò Lepidum timebamus, quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitrarentur, vt qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum recipi publice indicaret? Nec dubito quin tu plus prouideas. Sed tame tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia Deorum templâ fecimus, renouatio timoris magnâ molestem aferebat. Quare velim eisdem, id quod spero, vt planè abiecius, & fractus sit Antonius. Sin aliquid virium forte collegerit, sentiat nec Senatus cōsilium, nec Pop. Rom. virtutem defesse, nec reip. te viuō, Imperatorem. X I I I I. Cal. Iun.

D. BRVTVS IMP. COS. DESIG. S. D. M. CICERONI. 19

AD SENATVM quas literas misi, velim prius perlegas, & sequa tibi videbuntur, cōmutes. Necessario me scripsi: ipse animaduertes. nam cum putarem quartam & Martiam legiones mecum futuras, vt Druſo Paulique placuerat, vobis assentientibus: minus de reliquis rebus laborandum existimau. nunc verò cum sim cum tyromibus egenissimis, valde & meam & veltram vicem timcam needesse est. Vicinii me & M. Brutum præcipue obser-

# 122 Ad M. Brutum, & cæteros.

uant. His ne quam patiare iniuriam fieri in Senatu vernarum causa, à te peto. Causam habent optimam, officium in temp. sumnum, genus hominum aduersariorum seditionis & inertissimum. x i. Cal. Jun. Vercellis.

D. B R V T V S S. D. M. C I C E R O N I .

20

Q. V O D pro me nō facio, id pro te facere amor meus in te, māque officia cogunt, vt ti-  
meam. Sepe enim mihi cum esset dictum, neque à me contemptum, nouissime Labeo Seguliū homo sibi sumillimus, narrat mihi apud Cæsarem se fuisse, multumque sermonem de te habitu esse. Ipsum Cæsarem nihil sane de te questum, nisi dictum quod diceret te di-  
xisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum: si non esse cōmisiſſum, vt tolli pos-  
sit. Hoc ego Labconem credo illi retulisse, aut finxisse dictum, nō ab adolescentē prolatum.  
Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere, & tibi ab iis infare periculū: ma-  
ximēque indignari quod in Decemviris neque Cæsar, neque ego habiti essemus: atque o-  
mnia ad vestrū arbitrium essent conlata. Hæc cum audirem, & iam in itinere essem, com-  
mittendum nōdum putau, prius vt Alpeis transgrederer, quād quid iste ageretur, scirem.  
Nam de tuo periculo, crede mihi, lactatione verborū, & denuntiatione periculi, sperare eos  
te pertimefacto, adolescentē impulsō, posse magna consequi premia: & totam iſtam can-  
tilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucifaciant. Neque tamen non te cautum esse  
volo, & infidias vitantem. Nihil enim tua mihi vita potest esse incūdīs, neque charius. Il-  
lud vide, ne timendo, magis timere cogare: & quibus rebus potest occurri veteranis, occur-  
ras. Primum quod defuderat de Decemviris, facias: deinde de præmiis. Si tibi videtur, a-  
gros eorum militē qui cum Antonio veterani fuerunt, his dandos censcas ab vtrisque no-  
bis. De nummis lente, ac ratione habita pecunia Scenam de ea re cōstituturum. quatuor  
legionibus iis, quibus agros dandos censuisti, video facultatem fore ex agris Silani & agro  
Capano. A Equaliter, aut forte agros legionibus assignari puto oportere. Hæc me tibi feri-  
bere nō prudentia mea hortatur, sed amor in te & cupiditas otii, quod sine te cōsistere non  
potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam: legiones armo, paro: spero me  
non pellitum exercitum habiturum ad omneis casus, & impetus hominum . de exercitu 10  
quem Panis habuit, legionem mihi Cæsar non remittit. Ad has literas statim mihi rescri-  
be, tuorūmque aliquem mitte, siquid reconditum magis erit, mēque scire opus esse putaris.  
v i i. Cal. Jun. Eporedia.

M. C I C E R O S. D. D. B R V T O I M P. C O S. D E S I G .

21

D 11 ifti Segulio malefacent homini nequissimo omnium qui sunt, qui fuerunt, qui fu-  
turi sunt. Quid tu illum tecum solū, aut cum Cæsare, qui neminem prætermiserit, quicum  
loqui potuerit, cui nō cadent ifta dixerit? Te tamen mi Brute sic amo, vt debeo, quod illud  
(quicquid esset) rugarū me scire voluisti. signum enim magnū amoris dedisti. Nam quod  
idem Segulius veterans queri, quod tu & Cæsar in Decemviris non essetis, vtinam ne ego  
quidem essem. Quid enim molctius? Sed tamen cum ego sensiſſem de iis qui exercitus ha-  
berent, sententiam ferri oportere: iudem illi qui solent, reclamarunt. Itaque excepti etiam e-  
stis me vehementer repugnate. Quocirca Segulium negligamus qui res nouas querit: non  
quo vetrem comedet (nullam enim habuit) sed hanc spiam recentem nouam deuoravit.

Quod autē scribis, te, quod pro te ipso non facias, id pro me, vt de me timeas aliquid: o-  
mni te vir optime, mihiq̄ue charissime Brute, de me metu libero. Ego enim quiz prouideri  
poterunt, non fallar in his: quz cautionem nō habebunt, de his non ita valde labore. Sim  
etenim impudens, si plus postulem, quād homini à rerum natura tribui potest. Quod mihi  
principis vt caueam, ne timendo magis timere cogar: & sapienter & amicissime preci-  
pis. Sed velim tibi persuadeas, cum te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam ex-  
timeas, nunguan perturbere: me huic tuis virtuti proxime accedere. Quād obrem nec me-  
tuam quiequa, & cauebo omnia. Sed vide, ne tua iam mi Brute culpa futura sit, si ego quie-  
quam timeam. Tuis enim opibus & Consulatu tuo, etiam si timidi essemus, tame omnem  
timorem ablucremus: præfertim cum persuasum omni bus esset, mihiq̄ue maxime, à te nos  
vnice diligi. Consilii tuis, quaz scribis de quatuor legionibus, dēque agris assignandis ab

utrisque vestrum, vehementer assentior. Itaque cum quidam de Collegis nostris agrariam curationem ligurirent, disturbauit rem, tocamque vobis integrum rescutauit. Siquid erit occasio cultus, & (vt scribis) reconditus, ricorum aliquem mitram, quod fidelius ad te litera perferrantur. Pr. Non. Jun.

## M. CICERO S. D. D. BRVTO.

22

CVM Appio Claudio C.F. summa mihi necessitate est, multis eius officiis, & meis multis constituta. Peto a te maiorem in modum, vel humanitatem tuam, vel mea causa, ut cum autoritate tua, que plurimum valeret, conferuanum velis. Volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam elementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento, nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse faluum. Cuius quidem causa hoc melior debet esse, quod pie-tate adductus propter patris restitutionem, me cum Antonio coniunxit. Quare et si minus veram causam habebis, tam eadem probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest a hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum præterea & gratissimum, in columem in ciuitate retinere. Quod ut facias ita a te peto, ut maiore studio, magisve ex animo petere non possim.

## D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

23

N O S hic valemus recte, & quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode de nobis sentire videtur: omni timore deposito debemus liberè resp. consulere. Quod si omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus propriis resp. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & semper habuisti, & nunc fortuna adiuuante augere potes. Que tibi superioribus literis mea manu scripsi, terrendi tui causa homines loquuntur. Si frenum momorderas, percarnis, si te omnes quos sunt, conantem loqui ferre poterint. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te litera veniant, in Italia morabor. VIII. Cal. Jun. Eporedia:

## M. CICERO S. D. D. BRVTO IMP. COS. DESIG.

24

N A R R O tibi, antea subirasebar breuitati tuarum literarum: nunc mihi loquax esse videor, te igitur imitabor. quam multa, quam paucis te recte valere, operamque dare, ut quotidie melius: Lepidum commode sentire: tribus exercitibus, quidam nos oportere confidere. Si timidus essem, tamen ista epistola mi omnem metum absterfesses. Sed, ut mones, frenum momordi. etenim qui te includit omni spem habuerim in te, quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meam Brute tibi tradere, sed ita, ut ne desum cõstantia mea. Quod scribis in Italia te moratur, dum tibi literæ meæ veniant: si per hostem licet, non errans. Multa enim Romæ. Sin aduentu tuo bellū confici potest, nihil sit antiquius. Pecunia expeditissima quæ stat, tibi decreta est. Habet amantissimum Serum: nos non desumus. V III I. Id. Jun.

## M. CICERO S. D. D. BRVTO.

25

E X P E C T A N T I mihi tuas quotidie literas. Lupus noster subito denuntiavit ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem eti quid scriberem, non habebam (acta enim ad te mitti scibam) inanem autem sermonem literarum tibi iniucundum esse audiebam: breuitatem fecutus sum, te magistro. Sciso igitur in te, & in Collega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego quemadmodum pricipis, priuatis literis ad bellum communie vocare non definio, qui vitam iam adeset: intellitnū vrbi malū, quod est non mediocre, minus timetremus. Sed quid agor non imitor ~~etiam~~ tuum: altera iam pagella procedit. Vince, & vale. X III I. Cal. Quint.

## D. BRVTVS S. D. M. CICERONI.

26

M A X I M O meo dolore hoc solatio vtor, quod intelligent homines non sine causa me timuisse ista quæ acciderunt. Deliberent utrum trahiant legiones ex Africâ, necne, & ex Sardinia: & Brutum acserant, necne: & mihi stipendium dent, an decernant. Ad Scrutum literas misi. Crede mihi, nisi ista omnia ita fiunt, quemadmodum scribo, magnum nos omnem adituros periculum. Rego te, videte quibus hominibus negotium detis, qui ad me legiones adducant: & fide opus est, & celeritate. 111. Non. Jun. ex castris.

## M. CICERO MATIO S.

27

N O N D V M satis constitui, molestiae plus an volupcatis attulerit mihi Trebatius no-

iter homo cum plenus offici, tum vtriusque nostrum amantissimum. Nam cum in Tusculanum vesperi venissem, postridie ille ad me, nondum fatus firmo corpore cum esset, mane venit. Quem cum obiurgarem quod parum valeudini parceret: tum ille nihil sibi longius fuisse, quam vt me videret. Nunquid nam, inquit, noui? Deutulit ad me querela tuam: de qua prius quam respondeo, pauca præponam. Quantum memoria repetere præterita possum, nemo est mihi te amicus antiquior. sed venustas habet aliquid commune cum multis: amor non habet. Dilexi te quo die cognoui: mēque à te diligi iudicavi. Tinus deinde dices, si que diuturnus, ambitio nostra & vita dissimilitudo non est passa voluntates nostras conluetudine conglutinari, tum tamen erga me animum adgnoui multis annis ante bellum ciuile, cum Cæsar esset in Gallia. Quod enim vehementer mihi utile esse putabas, nec inutile ipse Cæsar, perfecisti vt ille me diligenter, eoleret, haberet in suis. Multa prætereo quæ temporibus illis inter nos familiarissime dicta, scripta, comunicata sunt, grauiora enim confessuta sunt. Et initio belli ciuilis cū Brundisium versus ies ad Cæsare, venisti ad me in Formianum. Primum hoc ipsum quanti, præseruit temporibus illis: Deinde, oblitus me putas, consiliū, sermonis, humanitatis tuæ, quibus rebus interesse memini Trebatium. Nec vero sum oblitus literarum tuarum quas ad me misisti, cum Cæsari obiam venissem in agro (vt arbitror) Trebulano. Secutū illud tempus est, cum me ad Pompeium proficisci, sive pudor meus coegerit, sive officium, sive fortuna. quod officium tuū, quod studium vel in abiente me, vel in præsentes meos defuit: quem portò omnes mei & mihi & sibi te amiciorem iudicauit. Veni Brundisium oblitum me putas, qua celeritate, vt primum audieris, ad me Tarento aduolaris sequitur tua fuerit affectio, oratio, confirmatio animi mei fracti cōmunitum misericordia metu. Tandem aliquando Romæ esse cœpimus: quid defuit nostræ familiatati in maximis rebus? Quoniammodo gererem me aduersus Cæsarem, vñus tuo cōfilio sum. In reliquis officiis cui tu tribuisti, excepto Cæsare, præter me, vt domum ventitantes, horis quæ multas sepe suauissimo sermone consumerent, cum etiam, si meministi, vt hæc scriberem, tu me impulisti. Post Cæsaris reditum, quid tibi maiori cura fuit, quām vt essem ego illi quam familiatissimus: quod efficeras. Quorsum igitur hæc oratio longior quām putaram? Quia sum admiratus te, qui hæc nosse deberes, quicquā à me commisum, quod eset alienum nostra amicitia, credidisse. Nam præter hæc, quæ cōmemorau, quæ testa sunt, & illustris: habeo multo occultiora, quæ vix verbis exequi possum. Omnia me tua delectant, sed maxime: maxima cum fides in amicitia, consilium, grauitas, constantia, tum lepos, humanitas, literæ. Quapropter redio nunc ad querelam. Ego te suffragium tulisse in illa lege, primum no credidi: deinde si credidissem, nunquā id sine aliqua iusta causa existimarem te cœscere. Dignitas tua facit, vt animaduertatur quicquid facias: malevolentia autem hominum, vt nonnulla durius, quām à te facta sint, proferuntur. Ea tu si non audis, quid dicam nescio: equidem sequendo audio, tam defendo, quām me scio à te contra iniquos meos soletere defendi. Defensio autem est duplex, alia sunt quæ liquidè negare soleamus: vt de isto ipso suffragio, alia quæ defendam à te pī fieri & humanæ: vt de curatione ludorum. Sed te hominem doctissimum non fugit, si Cæsar Rex fuerit (quod mihi quidem videtur) in vñtrance partem de tuo officio disputari posse: vel in eam, qua ego soleo vni, laudandum esse fidem & humanitatem tuam, qui amicum etiam mortuum diligas: vel in eam, qua non nulli vñtrunt, libertatem patriz, vitæ amici anteponendam. Ex his sermonibus vñtrana effent delata ad te disputationes metu. Illa vero duo quæ maxima sunt laudū tuarum, quis aut libentius quām ego, cōmemorat aut sepius: te & non suscipiendo belli ciuilis grauissimum authorem fuisse, & moderanda victoriam. In quo qui mihi non assentirentur inueni neminem. Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro, qui mihi dedit causam harum literarum: quibus nisi credideris, me omnis offici, & humanitatis expertem indicaris: quo nec mihi grauius quicquam potest esse, nec te alienius.

M A T I V S C I C E R O N I S.

28

M A G N A M voluptatem ex tuis literis capi, quod quam speraram atque optaram ha-  
bene te de me opinionem, cognoui. De qua eti non dubitabam, tamen quia maximi asti-

mabam, ut incorrupta manaret, laborabam. Conscius autem mihi eram, nihil à me cōmis-  
sum esse quod bona cuiusquam offendenter animum. Eo minus credebam plurimis atque  
optimis artibus ornato tibi temere quicquid persuaderi potuisse, præfertim in quem mea  
propensa & perpetua fuisse atque esset benevolentia. Quod quum, ut volui, scio esse: reipō-  
deo criminibus, quibus tu pro me, ut par erat, tua singulari bonitate & amicitia nostra te  
pe restitisti. Nota enim mihi sunt quae in me post Cæsaris mortem contulerint. Vito mihi  
dant quod mortem hominis necessarii graueri fecerunt; atque eum quem dilexi, perisse indi-  
gnor. autem enim patre amicitiam præponendam esse: proinde ac si iam vicerint, obitum  
cuius reip. fuisse utile. Sed non agam astute. Fato me ad istum gradū sapientiæ non per-  
uenisse. Neque enim Cæsarem in diffensione ciuili sum fecutus: sed amicum, quanquam re-  
offendebatur, tamen non deserui. neque bellum vñquam ciuale, aut etiam causam diffensionis  
probaui, quam etiam nascentem extingui summe studui. Itaque in victoria hominis necel-  
larii, neque honoris, neque pecunie duleidine sum captus: quibus premiis reliqui, minus a-  
pud cum quā ego, cum possent, immoderate sunt abusi. Atque etiam res familiaris mea,  
lege Cæsaris diminuta est: cuius beneficio plerique, qui Cæsaris morte latentur, reman-  
sunt in ciuitate. Ciubus viciis ut parceretur, æquè ac pro mea salute laborau. Possum igit-  
tur, qui omnes voluerim incoluere, eum, a quo id impetratum est, perisse non indiguar.  
cum præfertim isdem homines illi & insuidiz & exitio fuerint. Plecteris ergo, inquieti, quā  
factum nostrum improbare audes. O superbiam inaudita talios in facinore gloriari, alius  
ne dolere quidem impunitate licere. At hæc etiam seruis semper libera fuerunt, tuncne gau-  
derent, dolerent, sicut nobis ex tortuore conantur. Sed nihil agunt. Nullius vñquam periculi  
terribus ab officio, aut ab humanitate deficcam. nunquā enim honestam mortem fugi-  
endam, sepe etiam oppetenda putavi. Sed quid mihi sufficiensent, si id opto, ut peniteat eos  
sui facti: cupio enim Cæsaris morte omnibus esse acerbam. At debo pro ciuili parte remp-  
velle salvam. Id quidē me cupere, nisi & ante acta vita, & reliqua mea spes tacente me pro-  
bat, dicendo vincere non posculo. Quare maiorem in modum te rogo, ut rem ponorem o-  
ratione ducas: mihique si sensis expedite, recte fieri, credas nullam communionem cum im-  
probis esse posse. An quod adolescentis præfeti, cum etiam errare cum excusatione possem:  
id nunc & tate præcipitata commutem, ac me ipse retexame. Non faciam, neque quod disipli-  
ce cōmittam, præterquam quod hominis mihi coniunctissimi ac viri amplissimi doleo  
grauem casum. Quod si alter etsem animatus, nunquam quod facerem negarem: ne & in  
peccando improbus, & in dissimulando timidus ac vanus existimaret. At ludos, quos Cæ-  
saris vicitur Cæsar adolescentis fecit, curauit. At id ad priuatum officium, non ad statu reip.  
pertinet. Quod tamen munus, & hominis amicissimi memoriz ac honoribus præstatore etiam  
mortui debui: & optimæ speci adolescentis ac dignissimo Cæsari pertenti negare non po-  
tui. Veni etiam Consulis Antonii domū sepe salutandi causa: ad quem, qui me patrem pa-  
trix amantem esse existimant, rogandi quidem aliquid, aut auterendi cauila frequentes ven-  
titare reperies. Sed quæ hæc est arrogatiæ, quod Cæsar nunquam interpellauit, quin quibus  
vellet, atque etiam quos ipse nō diligebat, tamen iis uteretur: eos, qui mihi amicum trahue-  
runt, carpendo me elicere conari, ne quos velim diligamus. Sed non vereor ne aut meæ viræ  
modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores: aut ne etiam u. qui me non  
amant, propter meam in Cæsarem constantiam, non malint mei, quiam sui similes amicos  
habent. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est virtus, in otio Rhodi degam:  
fin casus aliquis interpellari, ita ero Romæ, ut recte fieri semper cupiam. Trebatio nostro  
magnas ago gratias, quod tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit: &  
quod cum, quem semper lubenter dilexi, quo magis iure colere atque obseruare deberem,  
fecit. Bene vale, & me dilige.

CICERO APPIO S. D.

29

DUBITANTI mihi (quod scit Atticus noster) de hoc toto cōsilio profectionis, quod  
in utramque partem in montem multa veniebant, magnum pondus accedit ad tollendum

dubitacionem, iudicium & confilium tuum. Nam & scripsi aperte quid tibi videretur: & Atticus ad me sermonem tuum pertulit. Semper iudicau in te, & in capiendo cōsilio prudentiam summam esse: & in dādo, fidem. Maximēque sum expertus, cum initio ciuilis belli per literas te consuluisse, quid mihi faciendum esse censeret: cundūmne ad Pompeium, at manendum in Italia. Sustulisti vt consulrem dignitat mea: ex quo quid sentires intellexi, & sum admiratus fidem tuam, & in cōsilio dando religionem: quod cum aliud male amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum, quam illius voluntas fuit. Evidem & ante hoc tēp̄us te dilexi, & semper me à te diligē sensi. Et cum abesse, atque in magnis periculis esset, & me absente, & meos præsentes te cultos & defensos esse memini. Et post meum reditum, quām familiariter mecum vixeris, quāque ego de te & senserim & prædicarim, omnes qui solēt hēc animaduertere, testes habemus. Grauiissimum vero iudicium de mea fide & de constanteria fecisti, cum post mortem Cæsarī & totum te ad amicitiam meam conculisti. Quod tuum iudicium tuī mea summa benevolentia erga te, omnibusque meritis comprobato, ipse me hominem non putabo. Tu mi Oppi conferuabis amorem tuum (etsi more magis hoc quidem scribo, quam quo te admonendū putem) meaque omnia tuebere, quāz tibi ne ignota essent, Attico mandaui. A me autem, cum paullum otii nacti erimus, vberiores literas expectato. Da operam vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

## M. TULLII CICERO NIS EPISTOLARVM LIB. XII.

## CICERO CASSIO S.

**F**INEM nullam facio, mihi erede, Cassi de te, & de Bruto nostro, id est de tota rep. cogitandi: cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto: quam quidem iam habeo ipse meliorem, rep. à Dolabella meo præclarissime gesta. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidē & Vrbi, & orio diffidet urbano. Sed ita compresa est, vt mihi videamur omne iam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo periculo tuti futuri. Reliqua magna sunt ac multa, sed posita omnia in vobis: quanquam primum quidque explicemus. Nam vt adhuc quidem actum est, non regno, sed Rege liberati vide-  
mur. Interfectio enim Rege, regios omnes nutrit tuemur. Necque verò id folum, sed etiam quāz ipse ille, si viueret, non facaret, ea nos quasi cogitata ab illo probamus: nec eius quidem rei finem video. tabulæ figuruntur, immunitates dantur, pecuniae maximæ describuntur, exiles reducuntur, s. c. falsa referuntur: vt tantummodo odium illud hominum impuri, & seruitus dolor depulsus esse videatur: resp. iaceat in his perturbationibus, in quas eā ille concidit. Hēc omnia vobis sunt expedienda: nec hoc cogitandum, satis iam habere remp. à vobis. Habet illa quidem tantum, quantum nunquam mihi in mentem venit optare, sed cōtentā nō est: & pro magnitudine & animi & beneficii vestri à vobis magna desiderat. Adhuc vita suas iniurias est per vos interitu tyranti: nihil amplius. Ornamenta verò sua quāz recuperauerāt quod ei mortuo paret, quem viuum ferre non poterat: eius æra refigere debemus, cuius etiam chirographa defendimus. At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quāz valent in rep. plurimum: sed immoderate quidam, & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hēc propediem, & multa alia corām. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum reip. quam semper habui charissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ esse tuam dignitatem. Da operam vt valeas. Vale.

## CICERO CASSIO S.

**V**EHEMENTER. Iator tibi probati sententiam & orationem meam: qua si fæpius vti liberet, nihil esset negotii libertatem & remp. recuperare: Sed homo amens & perditus, multoq; nequior, quam ille ipse quem tu nequissimum occisum esse dixisti, cædis initium quāz: it: nullāmque aliam ob causam me authorem huius Cæsaris interficiendi criminatur, nisi vt in me veterani incidentur. Quod ego periculum non extimdeo, modo vestri facti

gloriam cum mea laude cōmunicet. Ita nec Pifoni, qui in eum primus inuenitus est nullo assidente; nec mihi, qui idem tricelimo post die feci; nec P. Scutlio, qui me est consecutus, tuto in Senatu venire licet. Cædem enim gladiator querit, cuiusque initium ad x i i. Cal. Octob. à me se factum putauit. At quam paratus venerat, cum in villa Metelli complures dies cōmentarii esset. Quia autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse, itaque omnibus est visus, ut ad te ante scripsi, vomere suo more, non dicere. Quare quod scribis te confidere, autoritate & eloquentia nostra aliquid profici posse: non nihil, vt in tantis malis, est profectum. Intelligit enim populus Ro. tres esse Consulares, qui, quia de rep. bene senserint, libere locuti sunt, tuto in Senatu venire non possint. Nec est præterea quod quiesceat, quam expecces. Tuus enim necessarius affinitate noua delectatur. Itaque iam non est studiosus ludorum, infinitoque fratrii tui plausu dirumpitur. Alter item affinis nouis committatus Cæsaris definitus est. Sed hæc tolerabilius: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno filium suum Consulē futurum putet, ob cāmque causam se huic latorni defensuire præ se ferat. Nam L. Cotta familiaris meus fatali quadam desperatione, ut ait, minus in Senatum venit. L. Cæsar optimus & fortissimus eius valetudine impeditur. Scr. Sulpitius, & summa authoritate, & optime sentiens, non addit. Reliquos, exceptos designatis (ignosce mihi, si non numero) Consulare habes, authores consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus exiguis est, quid censes perditis? Quare spes est omnis in vobis: qui si idcirco abestis ut sitis in tutto, ne in vobis quidem: sin aliquid dignum vestra gloria cogitat, velim saluis nobis: sin id minus, res tamen pub. per vos brevi tempore ius suum recuperabit. ego tuis neque defum, neque decreo: qui sive ad me referent, sive non, mea tibi tamen benevolentia fidesque præstabitur.

Vale.

## CICERO CASSIO S.

A V G E T tuus amicus furerem in dies, primum in statua quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO. vt non modo sicarii, sed iam etiam particidz iudicemini: quid dico iudicemini? iudicemur potius. Vestri enim pulcherrimi tacti ille furiosus me principem dicit fuisse. Vitam quidem suissem, molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est: quod quum præterier, vitam habet quid vobis darem consilii. Sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciendum sit. Quid enim est, quod cōtra vim sine vi fieri possit? Consilium omne autem hoc est illorum, vt mortem Cæsaris persequantur. Itaque ante diē V l. Non. Octob. productus in cōcionem à Cannutio turpissime illæ quidem discessit: sed tamen ea dixit de cōsulatoribus patrī, quæ dici deberent de proditoribus. De me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio, & vos fecissetis, & Cannutius facceret. Cetera eiusmodi sint, ex hoc iudica, quod Legato tuo viaticū cripuerunt. Quid eos interpretari putas cum hoc faciunt ad hostem scilicet portari. O rem miseram dominum fere non potuimus, conseruo scrūmus. Et tamen me quidem fauente magis, quam sperauit, etiam nunc refidet spes in virtute tua. Sed ubi sunt copiae? De reliquo, malo teipsum tecum loqui, quām nostra dicta cognoscere. Vale.

## CICERO CASSIO S.

V E L L E M Id. Mart. me ad coenam inuitasse: reliquiatum nihil fuisset. Nunc me reliquæ vestre exerceant, & quidem præter ceteros me. quanquam egregios Cōsules habemus, sed turpissimos Consulareis. Senatum fortem, sed iustissimo, quenque honore fortissimum. Populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiisque vniuersa. Nihil autem fœdus Philippo & Pifone Legatis, nihil flagitiosius: qui, cum essent missi ut Antonio ex Senatus sententia certas res nuntiarent, cum ille carum rerum nulli parvissit, vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt. Itaque ad nos cōcurrunt, factique iam in re salutati populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, vbi denique es, nesciebam. Fama nūtiabat te esse in Syria: author erat nemo. De Btuto, quod proprius est, cō firmiora videtur esse quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulosis, quod tibi tam cito succederet, cum tu viximus x x dies in Syria fuisses. Itaque constabat cum tecipi in Syiam nouo oportere. Summa laus & tua & Btuti est, quod exercitum præter spem existimantem com-

paræc. Scriberem plura, si rem causamque nossem. Nunc quæ scribo, scribo ex opinione hominum atque fama. Tuas literas audie exspecto. Vale.

## CICERO CASSIO S.

H Y E M E M credo adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus quid ageres, maximèque vbi esses. Loquebantur omnes tamen (credo quod) volebant in Syria te esse) habere copias. id autem è facilius credebatur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem poster egregiam laudem est consecutus. Res enim tantas gesit, tamque inopinatas, ut et cum per te grata essent, tum ornatores propter celeritatem. Quod si tu ex tenes quæ putamus, magnis subditiis fulta resp. est. A prima enim ora Gracis, usque ad AEgyptum optimorū ciuii imperii muniti erimus & copiis. Quaquam nisi me fallegat, res se sic habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positū videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil bellī reliqui fore videbatur. Parvus omnino iam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiā tenebat Antonius. Erat autem Claterna noster Hirtius, ad forū Cornelium Cæsar, uterque cum firmo exercitu: magnisque Romæ Panis copias ex deleto Italiaz coparat. Hyems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi cōsiderate, ut mihi cōbris literis significat, acturus videbatur. Præter Bononiā, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studioissimam reip. Tuos etiam clientes Transpadanos mirifice coniunctos cum causa habebamus. Erat firmissimus Senatus exceptis Consularibus: ex quibus unus L. Cæsar firmus est & rectus. Ser. Sulpicci morte magnū praesidium amisimus. Reliqui partim inertes, partim improbi: nonnulli inuident eorum laudi quos in rep. probari vident. Populi vero R. rotiūsque Italiz mira cōsensio est. Hæc erant sere quæ tibi nota esse vellem. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuz lumen eluceat. Vale.

## CICERO CASSIO S.

Q V I status rerum fuerit tum, cū has literas dedi, scire poteris ex C. Tidio Strabone viro bono, & optime de rep. sentiente. Nam quid dicam cupidissimo tui, qui domo & fortunis reliquis, ad te potissimum protectus sit? Itaque cum tibi ne cōmodo quidem: aduentus ipsius ad te satis cum commendabit. Tu velim si existimes, tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te & Bruto esse positū, si (quod nolim) aduersi quid cuenerit. Res, cum hæc scribem, erat in extremum adducta discrimen. Brutus enim Mutinæ vir iam sustinebat. Qui si conseruatus erit, vicimus: si (quod Diū omen auertant) omnis omnium curfus est ad vos. Proinde fac animum tantum habeas, tantumque apparatus, quanto opus est ad vniuersam rem. recuperandam. Vale.

## CICERO CASSIO S.

Q V A N T O studio dignitatem tuam & in Senatu & ad populu defensorim: ex tuis te malo, quam ex me cognoscere. Quæ mea sententia in Senatu facile valuisse, nisi Panis vehementer obstatuerit. Ea sententia dicta, productus sum in concionem à Trib. Pl. M. Scruilio. Dixi de te quæ potui, tanta contentione, quantum forum est: tanto clamore, cōsensuque populi, ut nihil vñquā simile videbim. Id velim mihi ignoscas, quod inuita socii tua fecerim. mulier timida verbatur ne Panis animus offendiceret. In cōcione quidem Panis dixit matrem quoque tuam, & fratrem, illam à me sententiam noluisse dici. Sed me hæc non mouebant: alia malebam. Fauebam & rep. cui semper faui, & dignitati ac gloriæ tuz. Quod autem & in Senatu pluribus verbis dissensi, dixi in cōcione, in eo velim fidem meam liberes. Promisi enim & propè confirmavi te non expectasse, nec expectaturum decreta noltras fed te ipsum tuo more remp. defensurum. & quanquam nihil audieramus, nec vbi esses, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnes quæ in istis partibus cōsent opes copiæque, tuas esse: per tēque Asiam prouinciam confidebam iam rep. recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

## CICERO CASSIO S.

S C E L V S adfinis tui Lepidi, summamque leuitatē & inconstantiam, ex actis quæ ad te mitti certo scio, cognosce te arbitror. Itaque nos cōscito bello, ut arbitrabamur, renouatum bellum gerimus, spernque omnem in D. Bruto & Plancō habemus: si verum queris, in te,

& in meo Bruto non solum ad præsens perfugium, si (quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamus quæ vellemus: sed certos authores non habebamus. Te quidem magnum hominem, & præfenti iudicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum quod non Populus Rom. à te perfici atque obtineri posse iudicet. Vale.

## CICERO CASSIO S.

9

BREVITAS tuarum literarum me quoque breuiorem in scribendo facit: & verè vt dicam, non satis occurrit quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio: tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perierit ad nos præter rumeores de oppresso Dolabellæ: satis illos quidem constantes, sed adhuc sine authore. Nos confectum bellum cum putaremus, repente à Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti. Itaque tibi persuade, maximam reip. spem in te & in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen vt omnia, vt spero, prospere procedant, multum interteſt te venire. Exigua enim spes est reip. nam nullam, non liber dicere: sed quæcunque est ea despondetur anno Consulatus tui. Vale.

## CICERO CASSIO S.

10

LEPIDVS tuus adfinis, meus familiaris, pr. Cal. Quint. sententiis omnibus hostis à Senatu iudicatus est, ceterique qui vñā cum illo à rep. defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeuntem ante Cal. Sept. potestas facta est. Fortis sanè Senanus, sed maxime spe subſidiū tui. Bellum quidem, cum hæc scriberam, sancè magnum erat scelerē & leuitate Lepidi. Nos de Dolabellæ quotidie quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine authore, rumeore nuntio. Quod cum ita esset, tamen literis tuis quas Non. Mai. ex caſtris datas accepteramus, ita perſuasum erat ciuitati vt illum iam opprimum omnes arbitrauerit, te autem in Italiam venire cum exercitu: vt si hæc ex sententia conſecta effent, confilio atque autho-ritate tua: si quid forte titubatum (vt fit in bello) exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum, quibuscumque potuero rebus, ornabo, cuius rei tum tempus erit, cum quid opis reip. laturus sit exercitus sit, aut quid iam tulerit, notum esse experit. Nam adhuc tan-tum conatus audiūtur, optimi illi quidem & præclarissimi, sed gesta res expectatur. Quam quidem, aut iam esse aliquam, aut appropinquare confido. Tua virtute, magnitudine animi nihil est nobilis. Itaque optamus vt quamprimum te in Italia videamus: temp. nos habe-re arbitrabimur si vos habebimus. Praclare viceramus, nisi spoliati, inermem, fugientem Lepidus recipiſſet Antonium. Itaque nunquam tanto odio ciuitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta rep. hic ex pace & victoria bellum excitauit. Huic op-positos Consules designatos habemus, in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cu-ra propter incertos exitus præriorum. Periuade tibi igitur, in te & in Bruto tuo esse omnia: vos expectari, Brutum quidem iam iamque. Quod si, vt spero, vietiis hostibus nostris ve-noritis, tamen autoritate vefra resp. exurget, & in aliquo ſtatu tolerabili confister. Sunt e-• nim permulta quibus erit modendum, etiam si resp. satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

## C. CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI.

11

S.V.B.E.E.Q.V. In Syriam me profectum esse scito ad L. Murcum & Q. Crispum. Impp. Viti fortes optimisque ciues postea quam audierunt quæ Romæ gerentur, exercitus mihi tradiderunt, ipsique mecum vñā fortissimo animo temp. administrant. Item legionem quam Q. Cæcilius Bassus habuit, ad me venisse scito. Quatuorque legiones quas A. Alienus ex AEgypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito. Nunc te cohortatione non puto indigere vt nos absenteis, remque pub. quantum est in te, defendas. Scire te volo, firma praesidia vo-bis Senatuque non decisi, vt optima spe, & maximo animo temp. defendas. Reliqua tecum ager L. Cartetus familiaris meus. Vale. D. Non. Mart. Ex caſtris Taricheis.

## CASSIVS PROCOS. S. D. M. CICERONI SVO.

12

S.V.B.E.E.Q.V. Legi tuas literas, in quibus mirificum tuum erga me amorem recogno-  
I.i.

ui. Videbaris enim noti solum fauere nobis, id quod & nostri & reip. causa semper fecisti: sed etiam grauein curam suscepisti, vehementerque esse de nobis sollicitus. Itaque quod te pri-  
mum exultimare putabam, nos oppresa rep. quiescere non posse: deinde cum suspicare nos moliri, quod te solecum cœl & de salute nostra, & de rerum euentu putabam: tum ac-  
legiones accipi, quas A. Alienus eduxerat ex AEgypto, scripsi ad te, tabellarioris que com-  
plures Romanæ misi. Scripti etiam ad Senatum literas, quas reddi vetui prius quam tibi re-  
citatae essent: si forte mei obtemperare mihi voluerint. Quod si literæ perlatæ non sunt, non +  
dubito quin Dolabella, qui ntarie Trebonio occiso Asia occupauit, tabellarioris meos  
depêchenderit, literasque intercepterit. Exercitus omnes qui in Syria fuere, tenco. Habeo  
paululum moræ, dum promulgâ militibus persoluo. Nunc iam sum expeditus. A te puto,  
ut dignitatem meam commendatam tibi habeas, si me intelligis nullum neque periculum,  
neque laborem pati et denegasse: si contra importunitissimos latrones arma capi te hortan-  
te, & authore: si non solum exercitus ad temp. libertatemque defendendam comparauit, sed  
etiam crudelissimis tyrannis eripi. Quos si occupasit Dolabella, non solum aduentu, sed &  
etiam opinione & expectatione exercitus sui, Antonium confirmasset. Quas ob res mili-  
tes tuere, si eos mirifice de rep. meritos esse animaduertis: & effice, ne quem peniteat, temp.  
quam spem præde & rapisarum, sequi maluisse. Item Murei & Crispī Imp. dignitatem,  
quantum est in te, tuere. Nam Bassus misere noluit mihi legiom tradere. Quod nisi mil-  
ites inuito co Legatos ad me misilente, clausam Apameam tenuisse, quoad vi esset expu-  
gnata. Hæc à te peto, non solum rep. quæ tibi semper fuit charissima: sed etiam amicitia  
nostra nomine, quam confido apud te pluimum posse. Crede mihi, hunc exercitum  
quem habeo, Scnatus atque optimi cuiusque esse, maximèque tuum. De cuius voluntate  
affidus audiendo, mirifice te diligit, charumque habet. Qui si intellexerit commoda sua cu-  
ra tibi esse, debere etiam se tibi omnia putabit. Literis scriptis audi Dolbellam in Cili-  
ciam venisse cum suis copiis: proficisci in Ciliciam. quid egerim, celeriter ut scias dabo  
operam. Ac velim ut mercuri de rep. sic toxices simus. Fac valeas, meque ames. Non. Mai.  
Ex castris. Vale.

## C. CASSIUS Q. S. D. M. CICERONI.

13

S. V. B. E. V. Cum reip. vel salute, vel victoria gaudemus: tum instaurazione tuarum lau-  
dum, quod maximus Consularis maximum Consulē te ipsum vicit, & latamur, & mira-  
ri satis non possumus. Fatalis iudicio quid tuæ virtuti datum: id quod sapientiam experti su-  
mus. Est enim tua toga omnium armis iæclicior, quæ nunc quoque nobis pene viciam  
temp. ex manibus hoitum eripuit ac redditid. Nunc ergo viuenimus liberi. nunc te omni-  
um maxime ciuis & mi charissime, id quod maxime rep. tenebris competristi, nunc te ha-  
bebimus testem nostri & in te, & ip coniunctissimam tibi temp. amoris. & quæ sapientia pol-  
licitus es, te & taciturnum, dum seruiremus: & dicturum de me, tum, cum milii profutura  
essent, nunc illa non ego quidem dici tantopere defyderabo, quam sentiri à te ipso. Neque enim omnium iudicio malum me à te commendari, quana ipse tuo iudicio digna ac me-  
reor, commendatus esse: vt hæc nouissima nostra facta non subita, nec inconvenientia;  
sed familia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fasce iudices: meque ad optimam spem  
patris ton minimum tibi ipsi producendum putes. Sunt tibi M. Tulli liberi propinquique  
digni quidem te, & merito tibi charissimi. cœl etiam debet in repub. proxime hos chari,  
qui studiorum tuorum sunt æmuli, quorum esse cupio tibi copiam: sed tamen non ma-  
xima me turba puto excludi, quod minus tibi vacet me excipere, & ad omnia quæ velis  
& probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probabamus. ingenium diutina ser-  
uitus certe qualecumque est, minus tamen quam erat, passa est videri. Nos ex ora maritima  
Asia prouincia, & ex insulis, quas potuimus, nauis deduximus. Delectum remigum,  
magna contumacia ciuitatum, tamen latissimè habuimus. Secuti sumus classem Do-  
labelle, cui Lucilius præterat: qui spem sapientia transitionis præbendo, neque unquam non  
decendendo, nouissime Corycum se contulit, & clauso portu se tenere ceperit. Nos illa reli-  
cta, quod & in castra peruenire satius esse putabamus, & sequebatur classis altera, quæ anno

priore in Bithynia Tullius Cimber compararat, cui Turulius Quæstor præterat, Cyprus petiuitus. Ibi, quæ cognouimus, scribere ad vos quam celeriter voluimus. Dolabellam ut Tarserens pessimi foci, ita Laodiceni multo amentiores vltro arcisierunt, ex quibus utrisque ciuitatis, Græcorū militum numero speciem exercitus efficit. Castra habet ante oppidum Laodicam posita, & partem muri demolitus est, & castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus & cohortibus, x x auxiliariis, & quatuor millium equitatu, à millibus passuum x x, castra habet posita: & existimat le sine prælio posse vincere. Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est: nisi quid nauibus Laodicenorum supportaret, cito fame pereat necesse est. Ne suppportare possit, & Cassii classis bene magna, cui præfet Sextilius Rufus, & tres quas nos adduximus, ego, Turulius, Patiscus, facile præstabant. Et volo bene sperare: & remp. vt vos istic expeditiss, ita pro nostra parte celeriter nobis expediti possit, confidere. Vale. Data Id. Iun. Cypro à Crommyu acride.

LENTVLVS CICERO NI SVO S. P. D.

14

CVM Brutum nostrum conuenisset, eumque tardius in Asiam venturum animaduerterem, in Asiam redi ut reliquias mei laboris colliget, & pecuniam quam primum Romanum mitterem. Interim cognoui in Lycia esse cladem Dolabellam, ampliusque centum naues onerarias, in quas exercitus eius imponi posset. Idque Dolabellam ex mente comparsisse, vt si Syriz spes cum frustrata esset, condescenderet in nauis, & Italiam petret, sive que cū Antonius & reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui ut omnibus rebus relictis cum paucioribus & minoribus nauibus ad illas ire conatus sim. Quia res, si à Rhodiis non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profli-gata est. Quum quidem classis dissipata est, adueniens nostri timore milites duceisque effugerunt: onerariz omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ. Certè, quod maxime timui, videor esse consecutus, vt non possit Dolabella in Italiam peruenire, nec suis focus firmatis durius vobis efficere negotium. Rhodiis nos, & remp. quam valde desperauerint, ex literis, quas publice misi, cognoscet. Et quidem multo pacius scripsi, miran noli: mira est corum amentia. nec me mez vilz priuatim iniuriz vnuquam, malus animus eorum in nostra salute, cupiditas parvum aliarum, persecuerant in contemptione optimi cuiusque, ferenda mihi non fuit. nec tamen omnes perditos esse puto. Sed iudem illi qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pôpeium, qui ceteros viros clarissimos nō recuperent, iudem tanquam aliquo fate & nunc aut magistratu gerunt, aut eos qui sunt in magistratu, in sua habent potestate, itaque eadē superbia in prauitate vtuntur. Quoniam improbitatem aliquando renundi, & non pati impunitate augeri, non solum vtile est neip. nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi ut semper cura sit: & quoconque tempore occasionem haberius, & in Scenatu, & ceteris rebus laudi nostra suffragere. Quum Consulibus decreta est Asia, & permillium est his, vt dum ipsi venient, darent negotium qui Asiam obteinent: rogo te petas ab his vt hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi denr negotium ut Asiam obtineam, dum ipolorum alteruter venit. Nam quod huc proponent in magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est: & vt tu diuina tua mente prospexit & prædictasti, dum isti veniunt, Cassius cum opprimet. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confusis vrbe, Laodicam quæ est in Syria ad mare, le cœulit. Ibi spero celeriter cum penas daturum. Nam neque quod refugia, habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Spero etiam conjectum esse iam & oppellum Dolabellam. Quare non puto Paniam & Hirtium in Consulatu properatores in prouincias exire, sed Roma acturos Consulatum. Itaque si ab his petieris ut interea nobis procurationem Asia dent, spero te posse impetrare. Præterea mihi promiserunt Pania & Hirtius coram, & absenti mihi scripserunt: Veriōque nostro Pania affirmauit se daturum operam ne in suo Consulatu mihi succedatur. Ego porro non mediussidius cupiditate prouinciaz produci longius spatium mihi volo. nam mihi suir ita prouincia plena laboris, periculi, detrimenti. quæ ego ne frustra subiecrim, nœc prius, quam reliquias meæ diligentiz consequar, dece-

dere cogar, valde labore. Nam si ponuisse quam exegeram pecuniam vniuersam mittere postularem ut mihi succederetur. Nunc quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amissus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia corū qui mihi fidem rēque pub. non præfuerunt, id consequi & refici volo. Quod aliter nō potest fieri, nisi spatiū habuero. id vt per te consequar, velim, vt soler, tibi curz sit. Ego me de rep. puto esse meritum, vt nō prouineiz istius beneficium expectare debeam: sed tantum, quantū Cassius & Brutus, nō solum illius facti periculi que societate, sed etiam huius temporis studio & virtute. Primus enim ego leges Antonias fregi: primus equitatum Dolabellæ ad rem publicā traduxi. Cassioque tradidi: primus dilectus habui pro salute omnium contra coniurationem secelerissimam: solus Cassio & reip. Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi. Nam nisi ega tantam pecuniam, tantaque præfidia, & tam celeriter Cassio dedidsem, ne ausus quidē esset ire in Syriam: & nunc non minora pericula reip. à Dolabellæ instaret, quām ab Antonio. Atque hac omnia is feci, qui sodalis & familiarissimus Dolabellæ eram, coniunctissimus sanguine Antonii, prouinciam quoque illorum beneficio habebam, sed ~~tutelam~~ <sup>latus pugnans</sup> ~~latus pugnans~~ nō omnibus meis bellum primus indixi. Hæc etiū adhuc non magno opere mihi tulisse fructum animaduerto, tamen non despero: nec defanigabor permanere nō solum in studio libertatis, sed etiam in labore & periculis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta & merita prouocabimur, Senatus, & optimi cuiusque officiis, maiore cum autoritate apud ceteros, erimus, & eo plus prodeſſe reip. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus. sed mediussidius ea esse cum opinione, & tua & ipsius, & in primis mes causa gaudio. Fratris enim loco mihi est, qui exte natuſ, tēque dignus est. Vale. D. I I I I . Cal. Iun. Perga.

P. LENTVLVS P. F. PROQ. PROPR. S. D. COSS. PRAETT.  
TRIBB. PL. SENATVI. P. PLEBHQVE R.

S.V.I.V.V.B.E.V. Scletere Dolabellæ oppressa Asia, in proximam prouinciam Macedoniam præfidiisque reip. quæ M. Br. V. C. tenebat, me consuli: & id egi, vt per quos celerrime posse, Asia prouincia, vestigialiaque in vestram potestate redigerentur. Quod cum pertinuerit Dolabellæ, vaftata prouincia, correptis vestigialibus, præcipue ciuibus R. omnibus crudelissime denudatis ac diueditis, celeriusque Asia excessus est quam eū præfidiū adduci potuerit: diutius morari aut expeditare præsidium nō necesse habuit: & quam primum ad meū officium reuertendū mihi esse existimauit, vt & reliqua vestigalia exigere, & quam depofui pecuniam, colligetem: quicquid ex ea corruptū esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscetem quāptimum, & vos de omni re faciem certiores. Interim cū per insulas in Asiam nauiganti mihi nunciati esset classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiisque nauicis complureis instruētas & paratas in aqua habere, cum his nauibus quas aut mecum adduxeram, aut comparauerat Patricus Proq. homo mihi cum familiaritate, tum etiam sensibus in rep. coniunctissimus, Rhodium reuerti confisus autoritate vestra, s. que c. quo hostem Dolabellam iudicarat, feede quoque quod cum his M. Marcello, Seruio Sulpicio renouatum erat, quo iurauerant Rhodii coſdcin hostes se habitus quos S.P.Q.:R. Quæ res nos vehementer fecellit. tantum enim absuit vt illorum præsidio nostram firmatremus classem, vt etiam à Rhodiis vrbe, portu, statione, que extra vrbem est, cōmiciatu, aqua denique prohiberentur nostri milites: nos vix ipsi singulis cum nauigiolis recipemur. Quam indignitatē diminutionē in maiclatis non solum iuris nostri, sed etiam imperii populi Romani, idcirco tulimus, quod intercaptis literis cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria, AEgyptoque (quod necesse erat fieri) in nauicis cum omnibus suis latronibus arque omni pecunia conſecdere esse paratum, Italiāque petere. Idcirco etiam nauicis onerarias, quarū minor nulla erae duum millium amphorū contractas in Lycia à classi eius obſideri. Huius rei timore, P. C. percitus, iniurias perpeti, & cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in vrbem, & in Senatum corum, quādiligentissime potui causam reip. egi: periculūque omne, quod instaret, si ille latro cum suis omnibus nauicis conſondidisset, exposui. Rhodios autem

tanta in prauitate animaduerti, ut omnis firmiores putarent, quam bonos: ut hanc concordiam & cōspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propense non crederent esse factam: ut patientiam Senatus, & optimi cuiusque manere etiam nunc confiderent, nec potuisse audere quenquam Dolabellam hostem iudicare: ut denique omnia, quae improbi fingebat, magis vera existimat, quam quae vere facta erant, & à nobis docebantur. Qua mente etiam ante nostrū aduentum, post Trebonii indignissimā cōdem, exterraque tot, tamquam nepharia facinora, binz profecta erant ad Dolabellam legationis eorū, & quidem nouo exemplo, cōtra leges ipsorum, prohibentibus iūs qui tum magistratus gerabant. Hæc siue timore (vt dicitant) de agris quos in cōtinenti habent, siue furore, siue paucitatem paucorum, qui & antea pari cōcūmela viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus gerentes, nullo exemplo, neque vestra ex parte, neque nostro præsentium, neque imminentium Italiz, vrbisque nostra periculo, si ille parricida cum suis latronibus, nauibus ex Asia Syriaque expulsus Italiā petulasset, moderi cū facile possent, noluerunt. Non nullis etiam ipsi magistratus veniebāt in suspicione, detinuisse nos, & demorati esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de aduento noltro. Quam suspicione cōsecutæ res aliquæ auxerunt: maxime quod subito ex Lycia Sext. Manius & C. Titius Legati Dolabellæ à clas se discesserunt, nauique longa profugerunt, onerariis relictis, in quibus colligendis non minimum temporis laborisque conculplerunt. Itaque cum à Rhodo cum quas habueramus, nauibus in Lyiciā venissemus, nauicis onerariis recipimus, dominis que restituimus: idemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cū suis latronibus in Italiā venire, timere detinuisse: classem fugiente perfecuti sumus usque Sidam, quæ extrema regio est provincie meæ. Ibi cognoui partem nauium Dolabelli diffugisse, reliquias Syriam Cyprumque petuisse. Quibus discessis, cū scirem C. Cassiū singularis ciuis & ducis classem maximam fore praefito, in Syriam ad meū officium reuertit: daboque operā ut meum studium, diligenter vobis P.C. rēquā pub. præstē: pecuniamque quam maximam potero, & quam ceteris cogam, omnib[us]que rationibus ad vos mittam. Si percurro prouinciam, & cognovero qui nobis & reip. fidem praefuerunt in conseruanda pecunia à me deposita, quicunque scelere vltro defrētes pecuniam publicā hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inferunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si ut meriti sunt, grauitor constitueritis, nōque vestra autoritate firmaueritis: facilis & reliqua exigere vestigalia, & exacta feruare poterimus. Inter ea quod commodius vestigalia tueri, prouineatamque ab iniuria defendere possum, praefidum voluntarium necessariumque comparaui. His literis scriptis, milites circiter x x x, quos Dolabella ex Asia conscriperat, è Syria fugientes in Pamphyliam venerunt. hi nuntiauerunt Dolabellam Antiocham, quæ in Syria est, venisse: nō receptum, conatum esse aliquoties vi introire, repulsum semper esse cum magno suo detimento. Itaque centum circiter amilis, agris relictis, noctū Annocha protulisse Laodiceam versus. Ea nocte omnes ferè Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad octingentos Antiocham rediisse, & se iū tradidisse qui à Cassio relicti, vrbī illi præterant: ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero se quoque esse dicebant: Cassiu[m] autem cum suis omnibus copiis nuntiatum esse quadrupli iter Laodicea absuisse tum, cum Dolabella cōtenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem pœnas daturum. I I I. Non. Iun. Perge.

## T R E B O N I V S C I C E R O N I S.

16

s. v. B. Athenas veni ad x 1. Cal. Iun. atque ibi, quod maxime optabā, vidi filium tuū deditū optimis studiis, summāque modefīz fama. Quia ex te quātam voluptatē ceperim, scire potes etiam me tacente, nō enim nescis quanti te faciam, & quām pro nostro veteri- mo, verissimōque amore omnibus tuis enī minimis cōmodis, non modo tāto bono graudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare, qihil adolescēte tuo, atque adeo no stro (nihil enim mihi à te potest esse scīentū) aut amabilius omnibus iūs, qui Athenis sunt, est: aut studiosius carū artium quas tu maxime amas, hoc est optimariū. Itaque tibi, quod ve- re facere possum, libēter quoque gratulor, nec minus etiā nobis: quod cum, quē necesse erat

diligere, qualisunque esset, talem habemus ut libenter quoque diligamus. Qui cum mihi in sermone inicilat se velle Asiae visere, non modo iniuratus, sed etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obtinentibus prouinciam faceret. Cui nos & charitate & amore tuū officiū præstatoris non debes dubitare. Illud quoque crit nobis curz, ut Cratippus vñā cū eo sit, ne putes in Asia seriatu illum ab iis studiis in quæ tua cohortatione incitatius, futurū. Nam illum paratum ut video, & ingressum pleno gradu, cohortari nō intermittemus, quod in dies longius discedo exercendōque se, procedat. Vos quid ageritis in rep. cum has literas dabam, non sciebā. Audiebam quædam turbulenta, quæ scilicet cupio esse falsa: ut aliquando oriofa libertate fruamur, quod vel minime mihi adhuc contigit. Ego tamen natūrā in navigatione nostra pusillum laxamenti, concinnauī tibi munusculum ex instituto meo: & dictū, cum magno nostro honore à te dictū, coclusi, & tibi infra subscriptū. In quibus verisculis si tibi quibusdā verbis ~~adspicuntur~~ videbor: turpitudō personæ eius, in quā liberius inuchimur, nos vindicabit. Ignorēs etiam iracundia nostra, quæ iusta est in eiusmodi & homines & ciues. Deinde qui magis hoc Lucilio licent affumere libertatis, quam nobis: cum etiam si odio per furerit in eos quos laſit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurrit. Tu sicut mihi pollicitus es, adiūges me quamprimum ad tuos sermones. Nanque illud non dubito, quin, siquid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris me minimam partem, & rei & amoris tui ferre. Vale, & matrem meōsque tibi commendatos habe. D. VIII. Cal. Tan. Athenis.

## CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

17

G R A T A mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti literis: quam ut conferueris (non quo de tua cōstantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi) rogo. Ex Syria nobis tumultuofiora quædam nuntiata sunt: quæ quia tibi sunt propria, quam nobis, tua me causa magis mouent, quam mea. Roma: summum otium est, sed ita, ut malis salubre aliquod & honestum negotium: quod spero fore, video id curz esse Cæsari. Me scito, dum tu abis, quasi occasionem quādam & licentiam nocturnam, scribere audacius: & cætra quidē fortasse, quæ etiam tu concederes. sed proxime scripti de optimo genere dicēdi, in quo sape suspicatus sum te à iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem à non indocto, paululum dissidere. Huic tu libro maxime velim ex animo: si minus, gratia causa, suffragere. Dicam tuis, ut cum, si velint, describāt, ad tèque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probabis, tamē in ista solitudine quicquid à me profectū sit, iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me, cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimū tribuam, tū de summo ingenio, & de studiis tuis optimis, & de spe amplissimæ dignitatis ita iudicare, ut nemini tibi anteponam, comparem paucos.

## CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

18

Q V O D exterritum fuit in ea epistola quā à te proxime accepi, ad id primum responso. Animum adiutori enim hoc vos magnos oratores facere nonnunquam. Epistolas requistis meas: ego autem nunquam, cum mihi denuntiatum esset à tuis ire aliquem, non dedi. Quod mihi video ex tuis literis intelligere, te nihil commissurum esse temere, nec ante quā scis quod iste nefcio qui Cæcilius Bassus erumperet, quicquam certi constitutum: si ego & speraram prudentia tua fretus: & ut confiderem, fecerunt tuz gratissime mihi literæ. Idque ut facias quālissimæ, ut & quid tu agas, & quid agatur scire possum, & etiam quid acturus sis, valde te rogo. Et si periniquo patiebar animo te à me digredit, tamen, eo tempore me consolabar, quod & in summum otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis discedere. Vtrunque contraria accidit. Istie enim bellum est exortum, hic pax consecuta: sed tamen eiusmodi pax, in qua si adesse, multa te non delectaret, ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarem quidem delectant. Bellorum enim civilium hi semper exitus sunt: ut non ea solum fiant quæ velit viator, sed etiam ut his mos gerendus sit quibus adiutoribus sit parta victoria. Evidem sic iam obdurui, ut ludis Cæsaris nostri animo æquissimo viderem T. Plancum, audirem Laberii & Publpii poemata. Nihil mihi tam deesse sci-

to, quām qui cum hac familiariter doctōrē rideam. Is tu eris, si quam primum veneris;  
Quod vt facias, non mea solum, sed etiam tua intercessus arbitror.

## CICERO CORNIFICIO S.

19

L I B E N T I S S I M E legi tuas literas: in quibus incundissimū mihi fuit, quōd cognoui meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam quin eas lubenter lecturas essem: verebar vt redderentur. Bellum quod est in Syria, Syriā inquit provinciam tibi tributā esse à Cæsare, ex tuis literis cognoui. ēdem rem tibi volo bene & feliciter eveneri. Quod ita fore confido, fretus & industria & prudentia tua. Sed de Parthici belli suspitione quod scribis, sanè me commouit. Quantū copiarum haberes, cum ipse conjectura consequi poteram, num ex tuis literis cognoui. Itaque opto ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones haꝝ perducant, quas audio duci. Quōd si pares copias ad configendum non habebis, non te fugiet vi consilio M. Bibuli, qui sc̄ oppido munitissimo & copiosissimo tandem temuit quādū in provincia Parthi fuerūt. Sed hanc melius ex te & ex tempore constitutes. Mihi quidem visque curz erit quid agas, dū quid egeris sciero. Literas ad te nunquā habui cui dare quin dederim. A te, vt idem facias, peto: in primisque vt ita ad tuos scribas, vt me tuū sciant esse.

## CICERO CORNIFICIO.

20

G R A T A E mihi tuꝝ literas, nisi quōd Sinuellanum diuersorium contemplasti. Quā quidem cōtumeliam villa pusilla iniquo animo feret, nisi in Cumano & Pōpeiano reddideris. Sic igitur facies, méque amabis, & scripto aliquo laceſſes. Ego enim respondere facilius possum, quām prouocare. Quōd si, vt es, cellabis, laceſſam: nec tua ignavia etiam incertiam afficeret. Plura otiosus. Hac cum eſſem in Senatu, exaraui.

## CICERO CORNIFICIO.

21

C. A N I C I V S familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera: cum velim rebus omnibus adiuves, operāmque des vt quām cōmodissime tua negotia conficiat. In primisque quod ei chanissimum est, dignitatem eius tibi commando, idque à te per, quod ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, vt omnibus Senatoribus lictores darem: quod idem accepérā & cognoveram à summis viris factitatum. Hoc igitur mihi Cornifici facies: ceterisque rebus omnibus, eius dignitati, reque, si me amas, consules. erit id mihi gratissimum. Da operam vt valeas.

## CICERO CORNIFICIO S.

22

N O S h̄c cum homine gladiatore omnium nequissimo Collega vestro Antonio bellū gerimus: sed non pari conditione contra arma verbis. At etiam de te concionatur, nec impunēnam sentiet quos laceſſerit. Ego autem acta ad te omnia arbitror perscribi ab aliis: à me futura debes cognoscere. quorum quidem non est difficultis conjectura. Oppressa omnia sunt: nec habent duces boni: nostrique ~~reip. Rom.~~ longe gentium absunt: Panſa & sentit bene, & loquitur fortiter: Hirius noster tardius cōualeſcit. Quid futurū sit, plane neficio. Spes tamen vna est, aliquando Pop. Rom. maiorum similem fore. Ego certe recip. non decreo: & quiequid acciderit, à quo mea culpa abſit, animo forti feram. Illud profecto quoad potero, tuam famam & dignitatem tuebor. Ad xii. 1. Cal. Ian. Senatus frequens mihi est affensus, cum de ceteris rebus magnis & necessariis, tum de provinciis ab iis qui obtinerent, retinendis, neque cuiquā tradendis, nisi qui ex s. c. succellisset. Hoc ego cum reip. causa censur, tum mehercule in primis retinebam dignitatis tuꝝ. Quādrem te amoris nostri causa rogo, reip. causa horror vt ne cui quicquā iuris in tua provincia esse patiare: atque vt omnia referas ad dignitatem, qua nihil esse potest praefarrantis. Vere tecū agam, vt necessitudo nostra postulat: in Sempronio si meis literis obtemperasses, maximā ab omnibus laudem adepuit es. Sed illud & præterit, & levius est. Hac magna res est. Fac vt provincia retineas in potestate reip. Plura scripsi, nisi tui festinarent. itaque Cherippo nostro me velim excusas. Vale.

## CICERO CORNIFICIO S.

23

O M N E M conditionem imperii tui statūm que provincie mihi demonstrauit Stratorius. O multa intolerabilia locis omnibus. Sed quōd tua maior dignitas, cōd quāz tibi accidēt minus ferēda. Neque enim quāz tu propter magnitudinē & animi & ingenii moderat-

fers, à te non vlciscenda sunt, etiam si non sunt dolenda. Sed hæc posterius. Rerum urbana-  
rum acta tibi mitti certò scio, quod ni ita putarem, ipse perscriberem, in primisque Cesaris  
Octaviani conatu, de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam  
adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probant.  
Quid quartus magna spes est in eo, nihil est quod non existimetur laudis & gloriæ causâ fa-  
cturus. Antonius autem noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut cum interfectoris  
suos domi comprehendenterit, rem proferte non audeat. Ad. viii. Id. Oct. Brundisium erat  
protectus obuiam legionibus Macedonicis 1111, quas sibi conciliare pecunia cogitabat,  
eisque ad urbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. Habet formam tripli in ca-  
stris potest esse resp. in qua tuam vicem sepe doleo, quod nullam partem per zatem sanæ  
& salutis reip. gustare potuisti. Atque antehac quidem sperare falem licebat: nunc etiam id  
crepnum est. Quia enim est spes, cum in concione dicere ausus sit Antonius, Cannutum a-  
pud eos locum sibi querere, quibus se saluo locus in ciuitate esse non posset? Equidem &  
hæc, & omnia quæ homini accidere possunt, sic sero, ut philosophia magnam habeam gra-  
tiam, quæ me non modo à sollicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunæ impetus  
armat: tibique idem censco faciendum, nec à quo culpa absit, quicquam in malis nume-  
randum. Sed hæc tu melius. Stratotum nostrum cum semper probassim, tum maxime in  
tuis rebus summam cius fidem, diligentiam, prudentiamque cognoui. Da operam ut va-  
leas: hoc mihi gratis facere nihil potes.

## CICERO CORNIFICIO S.

24

Ego nullum locum prætermitto (nec enim debeo) non modo laudandi tui, sed ne ot-  
nandi quidem. Sed mea studia erga te & officia malo tibi ex tuorum literis, quæ ex meis  
esse nota. Te tamen hortor ut omni cura in rem. incumbas. hoc est animi, hoc est ingenui  
tui, hoc cuius speci, quam habere debes amplificanda dignitatis tuz. Sed hac de re alias ad te  
pluribus. cum enim hæc scribebam, in expectatione erant omnia. nondum Legati redierat,  
quos Senatus non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum miserat, nisi Le-  
gatorum nuntio paruissent. Ego tamen ut priuatum occasio data est, meo pristino more remp.  
defendi: me principem Senatui populoque R. professus sum: nec postea, quæ suscepit cau-  
sam libertatis, minimum tempus amili tuendæ salutis, libertatisque communis. Sed hæc  
quoque te ex aliis malo. T. Pinarium familiarissimum meum, tanto tibi studio commen-  
do, ut maiore non possim. Cui cum propter omnes virtutes, tum etiam propter studia cō-  
muni sum amicissimus. Is procurat rationes negotiisque Dionysii nostri, quem & tu mul-  
tum amas, & ego omnium plurimum. Ea tibi ego non debo commendare: sed commen-  
do tamen. Facies igitur, ut ex Pinarii gratissimi hominis literis tuum & erga illum, & erga  
Dionysium studium perspicias.

## CICERO CORNIFICIO S.

25

L I B E R A L I B V S literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero viceclimo die, ut  
dicebat, reddidit. Eo die non fuit Senatus, neque postero. Quinquatribus frequenti Senatu  
causam tuam ergi non invita Minerua. Etenim eo ipso die Senatus decreuit, ut Minerua no-  
stra, cultus urbis, quæ turbo deiecerat, restituatur. Pania tuas literas recitauit. Magna Se-  
natus approbatio consecuta est cum summo gaudio & offensione Minotauri, id est Calui-  
sii & Tauri. Factum de te s.c. honorificum. Postulabatur autem, etiam illi notarentur sed  
Panis clementior. Ego mi Cornifici quo die primum in spem libertatis ingressus sum, &  
cunctantibus ceteris ad xiiii. Cal. Ian. fundamenta ieci reip. eo ipso die prouidi multum,  
aque habui ratione dignitatis tuz. Mihi enim est assensus Senatus de obtinendis prouinciis.  
Nec vero postea deliti labefactare cum qui summa cū tua iniuria contumelia que reip.  
prouinciam absens obtinebat. Itaque crebras vel potius quotidianas copulations meas nō  
tulit, séque in urbem recepit iniurias: neque solum spe, sed certa re iam & possessione detur-  
barus est. Meo iustissimo honestissimoque cōsilio te tuam dignitatem summa tua virtute  
tenuisse, prouinciaque honoribus amplissimis affectū, vehementer gaudeo. Quod te mihi de  
Sempronio purgas, accipio excusationem: fuit enim illud quoddam egregium tempus fer-

uitotis. Ego tuorum consiliorum author dignitatisque fautor, iratus temporibus in Gra-  
ciam deciprata libertate rapiebar, cum me Etsia quasi boni ciuii relinquenter temp. pro-  
sequi noluerunt: Aufterque aduersus maximo flatu me ad tribuleis tuos Rheygium retu-  
lir: atque inde vetis remis in patriam omni scitinatione properau, postridieque in summa  
reliquorum scrutitate liber vnuus fui. Sic sum in Antonium inuectus, vt ille non ferret, om-  
nemque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet: meque cum elicere vellet ad  
cadis causam, cum tentaret insidias: quem ego ruantem & nauicantem conieci in Cæsa-  
ris Octavianii plagas. Puer enim egregius præsidium sibi primum & nobis, deinde summaz  
reip. comparauit, qui nisi fuisset, Antonii reditus à Brundisio, pessis patribus fuisset. Quæ dein  
ceps acta sint, scire te arbitror. Sed redeamus illuc vnde diuertimus. Accipio exculpati-  
tuam de Sempronio: neque enim statuti quid in tanta perturbatione habere potuisti. Nunc  
hic dies aliam vitam dicit, alios mores postulat, vt ait Terentius. Quamobrem mi Quinte,  
conficide nobiscum, & quidem ad puppim. Vna nauis est iam bonorum omnium: quam  
quidem nos damus operam vt rectam teneamus: vtinam prospero cursu. Sed quicunque  
veni crunt, ars nostra certe non abeat. Quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac vt  
magno animo sis & excelsus cogiteisque omnem dignitatem tuam cum rep. coniunctam es  
se debere. P. Luccum mihi meum commendas: quem quibuscumque rebus potero, diligenter  
tuebor. Hirtium quidem & Paianum Collegas nostros homines in Consulatu rep. salutareis  
alieno sane tempore amissimus, rep. Antoniano quidè latrocinio liberata, sed nondum om-  
nino explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur: quanquam admodum sumus iam  
defatigati. Sed **NULLA LASSITUDINE** impeditre officium & fidem debet. Verū haec ha-  
ctenus. Ab aliis te de me, quā à meipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea quæ ma-  
xime vellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibuldam literis ad cælum laudibus extulisti,  
rumores duriores erant. Id quale sit, omninoque quid illic agatur, facias me velim certiore.  
Q. Turius, qui in Africa negotiatus est, vir bonus & honestus, hæredes fecit similes sui Cn.  
Saturninum, Sex. Aufidium, C. Annicum, Q. Cœtidium Gallum, L. Scrutium Posthumum,  
C. Rubellium. ex cotute oratione intellexi gratiarum actione eos magis egere, quam com-  
mendatione. Tanta enim liberalitate se tua viros prædicabant, vt iis plus à te tributum in-  
telligerem, quā ego te auderem rogare: audebo tamen, scio enim quantum ponderis mea  
commendatio sit habitura. Quare à te peto vt ad eam liberalitatem, qua sine meis literis  
vñs es, quanquam maximus his literis cumulus accedat. Caput autem est meæ commendatio-  
nis, ne patiare Erotem Tuium Q. Turii libertum, vt adhuc fecit, hæreditatem Tuiianam  
auertere, ex terisque omnibus rebus habetas eos à me commendatissimos. Magnam ex eo-  
rum splendorē & obseruatiā capies voluptatem. Quod vt velsis, te vehementer etiam atque  
ctiam rogo.

## CICERO CORNIFICIO SAL.

26

**S E X T U S.** Aufidius & obseruantia, qui me colit, accedir ad proximos: & splendore Eq. R.  
nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, vt summa severitas, sum-  
ma cum humanitate iungatur. Cuius tibi negotia quæ sunt in Africa, ita commando, vt  
maiore studio, magisve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris si de-  
deris operam vt is intelligat meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te ve-  
hementer, mi Cornifici, rogo.

## CICERO CORNIFICIO SAL.

27

**A D S E N T I O R** tibi, eos quos scribis Lilybae minari, istuc potens dare debuisse: sed  
metuisti, vt aīs, ne nimis liber in vñscendo videbatur. Metuisti igitur ne grauis ciuiis, ne ni-  
mis fortis, ne nimis te dignus videbatur. Quod societatem reip. conseruandæ tibi mecum à  
patre acceptam renouas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mi Cornifici, manebit.  
Gratum etiam illud quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas: nec enim id inter  
nos facere debemus. Senatus sapienter pro dignitate tua appellaretur, si absentibus Cossis, vn-  
quam, nisi ad rem nouam cogeretur. Itaque nec de his x. x. nec de his D.C.C. quicquam agi-  
nunc per Senatum potest. Tibi autem ex s. C. imperandum, mutuūque sumendum cen-

Scio. In rep. quid agatur, credo te ex eorum literis cognoscere qui ad te acta debent perfcribere. Ego sum ssp bona: confilio, cura, labore non detum: omnibus inimicis reip. etc me a-cerrimum hostem præ me fero. Res neque nunc difficulti loco mihi videtur etc: & fuisset facillima, si culpa à quibusdam abhuiisset.

## CICERO CORNIFICIO SAL.

28

NON modo tibi, cui nostra omnia notissima sunt, sed nemine in P. R. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas, quæ mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinio C o s. relegatus, quod liber & fortiter salutem meam defendisset. Nec ex eo amor inter nos natu est: sed quod erat virtus & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitauit. Ad hæc officia vel merita potius, iucundissima cœsuctudo accedit, vt nullo profus plus homine delectet. Non puto te iam expectare quibus cum tibi verbis commendem: causa enim tanti amoris intelligis quæ verba defuderet, iis me omnibus vñsum putato. Tantum velim existimes, si negotia Lamiz, procuratores, libertos, familiam, quibuscumque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuissest ad rem familiarē meam. Nec dubito quin sine mea commendatione (quod tuum est iudicium de hominibus) ipsius Lamiz causa studiose omnia facturus sis: quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui s. c. quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam adhuiisse: qui omnino C o s. illis nunquam fuit ad scribendum. Deinde omnia tum falsa s. c. deferabantur. Nisi forte etiam illo Scamproniano s. c. me censes adhuiisse, qui ne Romæ quidem tum fui, dèque eo ad te scripti te recenti. Sed hæc haec tenus. Te mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, vt omnia Lamiz negotia, mea putes es securèque vt intelligat hanc commendationem maximo fibi vñsum fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura vt valeas.

## CICERO CORNIFICIO SAL.

29

ITANE: præter litigatores, nemo ad te meas literas multæ istæ quidem. tu enim perfecisti, vt nemo sine literis meis tibi se commendatum putaret. sed quis vñquam tuorum mihi dixit esse cui darem, quin dederim? aut quid iucundius, quam cum coram tecum loqui non possum, aut scribere ad te, aut tuas legere literas: Illud magis mihi solet esse molestem; tantis me impeditri occupationibus, vt ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim ex epistolis, sed voluminibus laceferem: quibus quidem me à te prouocari oportebat. Quanvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes. Aut si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiana exhibere, & à me literas crebriores, cum tu mihi raro mittas, flagitare. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis temp. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multo distinco vñchementius. Vt enim grauius agrotant ii, qui cum leuati morbo videntur, in cum de integro incidentur: sic vñchementius nos laboramus, qui profligato bello ac pene sublato renouatum bellum gerere conamur. Sed hæc haec tenus. Tu tibi mi Cornifici, tac vt persuadeas, non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt à te vinci possim: aut officiis aut amore. Non dubitabam quidem: veruntamen multo mihi notiorum amorem tuum effecit Chezrippus. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suaevem. Vultus mchercule tuos mihi expressit omnes: non solum animu ac verbo pertulit. Itaque noli veteri ne tibi successuerim quod codem exemplo ad me quo ad ceteros. Requisitus quidem proprias ad me vñnum à te literas: sed neque vehementer & amanter. De sumptu quem te in rem militarem facere & fecisse dicas, nihil sane possum tibi optulari, propterea quod & orbus Senatus C o s. amissis: & incredibilis angustia pecuniz publicæ, quæ conquiritur vndique, vt optimè meritis militibus promissa soluātur. quod quidè fieri fine tributo posse non arbitror. De Attio Dionysio nihil puto esse: quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Luccio nihil tibi concedo, quo studiosior eius sis quam ego sum. est enim nobis necessarius. Sed à magistris cum contendrem de proferendo die, probarunt mihi se: quod minus id facerent, & compromisso & iurecūando impediri. Quare veniendum arbitror Luccio. quanquam si meis literis obtemperauerit, cum tu hac leges, illum Romæ esse oportebit. Cx-

teris de rebus, maximèque de pecunia, cum Panſe mortem ignorares, ſcripſisti quæ per nos ab eo conſequi te poſſe arbitrarere, quæ te non ſcéliffent, ſi viueret: nam te diligebat. poſt mortem autem eius quid fieri poſſet non videbamus. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo, quod ſcribis, quod illi animo zqiuore ferrent, te tuis etiam Legatis lictores ademiff. Honore enim cum ignominia dignis non erant comparan di: eſque ex s. c. ſi non decadunt, cogendos ut decadant exſtimo. Hæc fere ad eas literas quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo velim tibi perſuadeas, non eſſe mihi meam dignitatem tua chariorem.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIB. XIII.

M. CICERO S. D. MEMMIO.

**E**T SI non fatis mihi conſtituerat, cum aliquâne animi mei moleſtia, an potius libenter te Athenis viſurus eſſem, quod in iuria, quam accepisti, dolore me afficeret: ſapienția tua, qua fers in iuriā, lentiā: tamen vidilſe te mallem. Nam quod eſt moleſtia, non ſane muſto leuius eſt, cum te nō video, quod eſſe potuit voluptatis: certe ſi vidilſem te, plus fuifet. Itaque non dubitabo dare operam ut te videam, cum id fatis commode facere poteſto. Interca quod per literas & agi tecum, & ut arbitror, confici poſteſt, agam nunc. Ac te illud primum rogabo, ne quid in iuitus mea cauſa facias: ſed id quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interereſſe: ita mihi deſi, ſi tibi ut id libenter facias, ante perſuaderis. Cum Patrone Epicureo mihi omnia ſunt: niſi quod in philofophia vehementer ab eo diſſentio. Sed & initio Rome, cum te quoque & tuos omnes obſeruabat, me coluit in primis: & nuper cum ea quæ voluit de suis commodiſ & premiis conſecutus eſt, memē habuit ſuorum defenſorū, & amicorum ſerè principem, & iam à Phædro, qui nobis cum pueri eſſemus, ante quām Philonem cognouimus, valde ut philofophus, poſteſ tamē ut vir bonus & ſuavis & officiosus probabatur, traditus, mihiq̄e cōmendatus eſt. Is igitur Patro, cum ad me Romā literas miſiſſet vti ſibi placarem, petrēmque ut neſcio quid illud Epicuri parietinārum ſibi concederes: nihil ſcripſi ad te ob eam rem, quod adiſicationis tuæ conſilium commendatione mea noleba impediſſi. Idem ut veni Athēnas, cum idem ad te ſcriberem rogaſſet: ob eam cauſam impetravit, quod te abieciſſe illam adiſicationem conſtabat inter omnes amicos tuos. Quod ſi ita eſt, & ſi iam tua plane nihil intereſſet, velim, ſi quia offenſiuncula facta eſt animi tui perueritate aliquorum (noui enim gentem illam) de te ad lenitatem, vel propter ſummaria humanitatē, vel etiam honoris mei cauſa. Equidem ſiquid ipſe ſentiam quāris, nec cur ille tantopere contendat video, nec cur tu repugnes: niſi tamen multo minus concedi poſteſt, quām illi laborare ſine cauſa. Quanquam Patronis & orationem & cauſam tibi cognitam eſſe certo ſcio, honorem, officium, teſtamento-rium ins. Epicuri authoritatem, Phædri obteſtationē, ſedem, domiciliū, veſtigia ſummo-rum hominum ſibi tuenda eſſe dicit. Totam hominis vitam rationēmque, quam ſequitur in philofophia, derideamus licet, ſi hanc eius contentionem volumus reprehendere. Sed mehercules quām illi exteſiſque, quos illa delectant, non valde inimici ſuntius, neſcio an igno ſcēdum ſit huic, ſi tantopere laborat, in quo etiam ſi peccat, magis ineptiis, quām improbi-ty, tate peccat. Sed ne plura (dicendum enim aliquando eſt) Pōponium Atticum ſic amo, ut al-terum fratrem: nihil eſt illo mihi nec charius nec iucūdius. Is (non quo ſit ex iſtis, eſt enim omni liberali doctrina poliſſimus: ſed valde diligit Patronē, valde Phædrum amauit) ſic à me hoc contendit homo minime ambitionis, minime in rogoando moleſtus, ut nihil vnu-quaſ magis. nec dubitat quin ego à te ntu hoc conſequi poſſem, etiam ſi adiſicatus eſt. Nunc vero ſi audierit te adiſicationē depoſuile, neque tamē me à te impetrarſe, non te in me illiberalem, ſed me in ſe negligentem putabit. Quamobrem peto à te ut ſcribas ad tuos poſſe tua voluntate decretum illud Areopagitatum, quem illi vocat,

tolli. Sed redeo ad prima. Prius velim tibi perſuadeas ut hoc mea cauſa libeter facias, quām

# 140 Ad C. Memmium, & cæteros.

vt facias, sic tamen habeto, si feceris quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

CICERO MEMMIO SAL.

C. AVIANO Euandro, qui habitat in tuo factrio, & ipso multum vtor, & patrono eius M. AEmilio familiarissime. Peto igitur à te in maiorem modum, quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione accommodes. Nam propter opera instituta multa multorum, subiunctum est ei remigrare. Cal. Quint. impedit oratione, ne te pluribus verbis togē. Neque tamen dubito quin si tua nihil aut non multum interficit, eo sis animo quo ego essem siquid tu me rogares: mihi certe gratissimum feceris.

CICERO MEMMIO SAL.

A. F V F I V M vnum ex meis intimis obseruantissimum studiosissimumq[ue] nostri, eru-  
ditum hominem, & summa humanitate tuaque amicitia dignissimum, velut ita tristes  
vt mihi coram recipisci. Tam gratum mihi id erit quam quod gratissimum. Ipsum præter-  
ea summo officio & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Vale.

M. CICERO S.D. Q. VALERIO Q. F. ORCAE LEGA-  
TO PROPR.

CVM municipibus Volaterranis mihi summa necessitudo est: magno enim meo beneficio affecti, cumularissime mihi gratiam retulerunt: nam nec in honoribus meis laboribus vñquam defuerunt. Cum quibus, si mihi nulla causa intercederet, tamen quod te vehemen-  
tissime diligo, quodque me à te plurimi fieri sentio, & monere te, & hortarer vt corum for-  
tunis conuleres, præstissim cum propè præcipuum causam habent ad ius obtainendum.  
Primum quod Syllani temporis accepitatem Deorum immortalium benignitate subter-  
fugitur. Deinde quod summō studio P.R. à me in Cofulatu meo defensi sunt, cum Tribb.  
pl. legem iniuriamq[ue] deorum agris promulgauissent, facile s. p. Q. R. perfusi, vt eos +  
cives quibus fortuna pepercisset, saluos eis vellent. Hanc actionem meam C. Caſar primo  
fuo Cofulatu lege in agraria comprobauit, agrumq[ue] Volaterranum & oppidum omni pe-  
niculo in perpetuum liberavit: vt mihi dubium nō sit quin is qui nouas necessitudines ad-  
iungat, vetera sua beneficia conferuari velit. Quamobrem est tuz prudentia, aut sequi eius  
authoritatem, cuius se tam atque imperium summa cum tua dignitate fecutus es: aut cer-  
te illi integrum omnem causam referuare. Illud vero dubitare non debes, quin tam graue,  
tam firmum, tam honestū municipium tibi tuo summo beneficio in perpetuum obligare,  
velis. Sed hac que suprad scripta sunt, cō speciat, vt te horter & suadeam. Reliqua sunt quæ  
pertinent ad rogandum: vt non solū tua causa tibi consilium me dare putes, sed etiam quod  
mihi opus sit, me à te petere & rogare. Gratissimum igitur mihi feceris, si Volaterranos o-  
mnibus rebus integros incolumelique esse volueris. Eorum ego domicilia, sedes, rem, fortu-  
nas, quæ & à diis immortalibus & à præstantissimis in nostra rep. ciuiis summo s. p. Q.  
R. studio conferuata sunt, tuz fidei, iustitiae, bonitatisque cōmendo. Si pro meis pristinis opi-  
bus facultatem mihi res hoc tempore daret vt ita defendere possem Volaterranos, quemadmodum  
modum cōiucui tueri meos, nullum officium, nullum denique certamen, in quo illis pro-  
delle possem, prætermitterem. Sed quum apud te nihilominus hoc tempore valere me con-  
fido, quām valuerit semper apud omnes, pro nostra summa necessitudine, parique inter  
nos & mutua bencuolentia abs te peto, vt ita de Volaterranis mercare, vt existimant cum  
quasi diuino consilio isti negotio præpositum esse, apud quem vnum nos corum perpetui  
defensores pluriū valere possemus.

CICERO S.D. VALERIO LEG.

N O N moleste fero eam necessitudinē quæ mihi tecum est, notam esse quamplurimis, neque tamen ob eam causam, quod tu optime existimare potes, te impedio quod minus su-  
scruptrum negotium pro tua fide & diligentia ex voluntate Caesaris, qui tibi rem magnam  
difficilemque commisit, gerere possis. Nam cum multi à me perant multa, quod de tua er-  
ga me voluntate non dubitent, non commirto vt ambitione mea conturbem officium  
tuum. C. Curtio ab incunte xstate familiarissime sum visus. Eius & Sullani reponis iniustitia  
calamitate dolui: & quum iis qui similem iniuriam acceperant amissi omnibus fortu-

• nisi, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumentis fui. Is habet in Volaterrano possessionem, cum in eam tanquam è naufragio reliquias contulisset. Hoc autem tempore eum Cæsar in Senatum legit; quem ordinem ille ista possessione amissi tueri vix potest. Gratiissimum autem est cum superior factus sit ordine, inferiorē de fortuna: minimèque consenserit ex eo agro qui Cæsar is ussu dividatur, cum moueri qui Cæsaris beneficio Senator sit. Sed mihi minus liber multa de æquitate rei scribere, ne causa potius apud te valuisse videar quām gratia. Quamobrem te in maiorem modum rogo ut  
7 C. Curtii rem, meam putas esse: quicquid mea causa faceres, vt id C. Curtii causa cum feceris, existimes quid ille per me habuerit, id me habere abs te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

M. CICERO Q. VALERIO Q. F. ORCAE PROCOS. 6

S. V. B. E. V. Credo te memoria tenere, me & coram P. Cuspio tecum loquutū esse, cum te prolequeret paludatum: & item postea pluribus verbis tecum egisse, vt quoquecumque tibi eius necessarios commendarem, haberes eos in numero meorum necessariorū. Id tu pro tua summa erga me bencoualentia, perpetuaque obseruantia mihi liberalissime atque humanissime receperisti. Cuspius homo in omneis suis officiis mirifice quosdam homines ex ista prouincia tuerit & diligit, propterea quod fuit in Africa bis, cū maximis societatis negotiis præflet. Itaque hoc eius officium quod adhibet erga illos, ego mea facultate & gratia soleo quārum possum adiuuare. Quare Cuspianorum omnium commendationis causam haec tibi epistola exponendam putavi. reliquis epistolis rātum faciam vt notam apponam eam quā mihi tecum conuenit, & simul significem de numero esse Cuspīi amicorum. Sed hanc commēdationē quām his literis confignate volui, scito eis omnīū grauiissimam. Nam P. Cuspius singulari studio contendit à me vt tibi quam diligenterissime L. Iulium cōmendarem. Eius ego studio vix video mihi satiſfacere posse, si vtar verbis iis, quibus cum diligentissime quid agimus, vi solemus. Noun quādam postulat: & putat me, eius generis artūcū quoddam tenere ei ego pollicitus sum, me ex ineīa nostra arte de-prōptūrū mirificū genus commendationis. Id quād assequi non possum, tu te velim efficias ut ille genere meātū literarū incredibili quiddam perfectum arbitretur. Id facies, si omne genus liberalitatis, quod & ab humanitate tua & potestate proficiē poterit, nō modo re, sed etiam verbis, vultu denique ex prōspēris, quātū in prouincia valeant, vellem expertus essem. Sed tamen suspicor ipsum hominem quem tibi commando, perdignum esse tua amicitia, non solum quā mihi Cuspius dicit, credo (tametsi id fatis esse debebat) sed quia noui cuius iudicium in hominibus & amicis diligendis. Harum literarū vis quāta fuerit, propediem iudicabo: tibique vt confido, gratias agam. Ego quā te velle, quāque ad te pertinet arbitror, omnia studiose diligenterque curabo. Cura vt valcas.

P. Cornelius qui tibi literas dedit, est mihi à P. Cuspio commendatus: cuius causa quanto opere cuperem debetēque, profecto ex me facile cognosti. Vehementer te rogo vt cures vt ex hac commendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primum, quam sapientissime gratias agat. Vale.

CICERO CLVIVIO SAL. 8

CVM in Galliam proficisciēs pro nostra necessitudine (quā tua summa in me obseruantia) ad me domum venies, locutus sum tecum de agro vētigali municipiū Atellati qui es in Gallia: quantōque opere eius municipiū caūa laborare, tibi ostendi. Post tuam autem proficationem, cum & maxima res municipiū honestissimi, miliisque coniunctissimi, & summum meum officium ageretur, pro tuo animo in me singulare existimauit me oportere ad te accuratius scribere. etiū non sum necius & quā temporum ratio, & quā tua potestas sit, tibique negotiū datum esse à C. Cæsare, non iudicium præclarare intelligo. Quare à te tantum peto quantum & te facere posse, & libenter mea causa facturum esse arbitror: Et primum velim existimes, quod res est, municipiū fortunas omnes in isto vētigali consistere: his autem temporibus hoc municipiū maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus. Hoc etiū commune videtur esse cum multis, tamen mihi crede singula-

142 Ad C. Memmum, & cæteros.

rcis huic municipio calamitates accidisse. quas idcirco non cōmemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines quos nolo, videar offendere. Itaque nisi magnam spem haberem C. Cesari nos causam municipii probaturos, non erat causa cur à te hoc tempore aliquid contendarem: sed quia confido, mihique persuasi illum & dignitatis munici-  
pii, & aequitatis, & etiam voluntatis erga se habiturum esse rationem, ideo à te non dubitau-  
ti contendere vt hanc causam illi integrum conferuares. Quod etiā nihilominus à te pe-  
terem, si nihil audiuissem te tale fecisse: tamen maiorem spem impetrādi naētus sum post-  
ea quām mihi dictum est hoc idem à te Regiones impetravisse: qui etiā te aliqua necelitu-  
dine attingunt, tamen tuus amor in me sperare me cogit, te quod tuus necessariis tribueris,  
idem esse tributarum meis: præsertim cum ego pro his vniū petam, habeam autem qui simili  
causa laborent, complurcis necessarios. Hoc me non sine causa facere, neque aliqua le-  
ui ambitione commotum à te contendere, etiā te exultimare arbitror: tamen mihi affirmant  
ti credas velim, me huic municipio debere plurimum: nullum vñquam fuisse tempus ne-  
que honorum, neque laborum meorum, in quo non huīs municipii studium in me exti-  
terit singulare. Qui propter à te etiam atque etiam pro nostra summa cōiunctione, p̄bque  
tua in me perpetua & maxima benevolentia, maiorem in modum peto atque contendo, vt  
cum fortunas agi eius municipii intelligas, quod sit mihi necessitudine, officiis, benevolentia  
coniunctissimum, id mihi des. Quod erit huiusmodi, vt si à Cesare quod speramus im-  
petrāmus, tuo beneficio nos id conlectos esse iudicemus: si minus, pro eo tamen id ha-  
beamus, quum à te data sit opera, vt impetrāmus. Hoc tum mihi gratissimū feceris, tum  
viros optimos, homines honestissimos, cōfēdēque gratissimos, & tua necessitudine dignis-  
simos, summo beneficio in perpetuum tibi vñisque detinxeris.

M. CICERO M. RVTILIO SAL.

9

C V M & mihi conscius essem quanti te facarem, & tuam erga me benevolentiam exper-  
tus essem, non dubitau- à te petere quod mihi petendum esset. P. Sestium quanti faciam, ip-  
se optime scio: quanti autem facere debeam, & tu & omnes homines sciunt. Is cum ex aliis  
te mei studiosissimum esse cognolset, petivit à me vt ad te quām accuratissime scriberem  
de re C. Albini Senatoris, cuius ex filia natus est L. Sestius optimus adolescentis, filius P. Se-  
stii. Hoc idcirco scripsi, vt intelligeres non solum me pro P. Sestio laborare debere, sed Se-  
stium etiam pro Albinio. Res autē est hæc. A. M. Laberio C. Albinius prædia in æstimationem accepit, quæ prædia Laberius emerat à Cesare de bonis Plotianis: ea si dicā non esse  
è rep. diuidi, docere te videar, non togare. Sed tamē quum Cesār Sulanas vēditiones & alli-  
gnationes esse velit ratas, quòd firmiores exultimur suz: si ea prædia diuidentur, quæ ipse  
Cesār vendidit, que tandem in eis vēditionibus esse poterit autoritas? Sed hoc quale sit;  
tu pro tua prudentia cōsiderabis. Ego te plane rogo, atque ita, vt maiore studio, iustiore de-  
causa, magis ex animo rogare nihil possum, vt Albinio parcas, prædia Laberiana ne attin-  
gas. Magna me afficeris non modo iætitia, sed etiam quodammodo gloria, si P. Sestius ho-  
mini maxime necessario satiſfecerit, per me vt ego illi vni plurimum debeam. Quod vt fa-  
cias, ut vehementer etiam atque etiam rogo. Maius mihi beneficium dare nullum potes. Id  
mihi intelliges esse gratissimum.

CICERO CRASSIPEDI SAL.

10

Q V A N Q V A M tibi præfens commendau, vt potui, diligentissime socios Bithyniz:  
tēque tum mea commēdatione, tum etiam tua sponte intellecti cupere ei societati, quibus-  
cunque rebus posses commodare: tamen cum ii quorum res agitur, magni sua interesse ar-  
bitrarentur, me etiam per literas declarare tibi qua essem erga ipsos volūtate, non dubitau-  
hac ad te scribere. Volo enim te exultimare me, cum vniuerso ordinis publicanorum sem-  
per libetissime tribuerim, idque magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim, tum  
in primis amicum esse huic Bithynicæ societati: quæ societas ordine, ipso hominū genere  
pars est maxima ciuitatis. cōstat enim ex cæteris societatis: & casu permulti sunt in ea so-  
ciates valde mihi familiares, in primisque is cuius præcipuum officium agitur hoc tempo  
re, P. Rupilius P. F. Men. qui est magister in ea societate. Quæ cum ita sint, in maiorem mo-

dum à te peto, Cn. Pupium, qui est in operis eius societatis, omnibus eius officiis atque omni liberalitate tucare: curisque ut eius operae, quod tibi facile factu est, quam gratissimum sint sociis: remque & utilitatem sociorum (cuius rei quam tam potestatam Quaestor habeat, non sum ignarus) per te quam maxime defensam & auctam velis. Id tum mihi gratissimum feceris, tum illud tibi expertus promitto & spondeo te socios Bithyniz, si his commodaris, memor esse & gratos cogniturn.

## CICERO BRVTO SAL.

11

CVM ad te tuus Quaestor M. Varro proficisciatur, commendatione egere cum non putabam. Satis enim commendatum tibi cum arbitrabar ab ipso more maiorum: qui ut te non fugit, hanc Quaesturam coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse. Sed cum libi ita persuasisset ipse, meas de se accurate scriptas literas, maximū apud te pondus habituras, à meque contendenter ut quam diligenter scriberem: malu facete quod meus familiaris tantū sua interesse arbitraretur. Ut igitur debere me facere hoc intelligas: cum primum M. Terentius in forum venit, ad amicitiam se meam contulit. Deinde ut se eorum roborauit, duz causæ accesserunt quæ meam in illum benevolentiam augerent. Una, quod versabatur in hoc studio nostro: quo etiam nunc maxime delectamur, & cum ingenio, ut nosti, nec sine industria. Deinde, quod mature se contulit in societas publicanorum, quod quidem nolle. maximis enim damnis adiectus est, sed tamen causa communis ordinis mihi commendatissimi fecit amicitiam nostram firmiorem. Deinde versatus in vrisque subcelliis optima & fide, & fama iam ante hanc commutationem reip. scilicet petitioni dedit, honorēque honestissimū exstimator fructū laboris sui. Haec autem tēporibus à me Brundisio cum literis & madatis projectus ad Cæsarem est, qua in re & amorem eius in futuropiando negotio perspici, & in confiando ac renuntiando fidem. Videor mihi cum separati de probitate eius & moribus dicturus suis, si prius causam cuiuscum tam opere diligenter, tibi exposuiscem, in ipsa causa exponenta satis etiam de probitate dixisse. Sed tamen separatis promoto, in meque recipio fore cum tibi & voluntati & visu. Nam & modicum hominem cognoscere & prudentem, & à cupiditate omni remotissimum. præterea magni laboris summaque industria. Neque ego hinc polliceri debeo, quæ tibi ipse, cum bene cognosis, iudicanda sunt: sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus ad dictus sit, & quæ commendatione quasi amicizies aperiantur. Quod ego his literis efficerem volui, eti id ipsa per se necessitudo Quaesturæ effectu debet tamen nihil infirmius illud hoc addito. Cura igitur, si me tati tacis quanti & Varro exstimator, & ipse sentio, ut quā primum intelligam hanc meam commendationem tantum illi utilitatis attulisse, quantum & ipse sperari, nec ego dubitarim.

## CICERO BRVTO SAL.

12

QVIA semper animaduerti studio te operam dare ut nequid meoru tibi esset ignotum, propterea non dubito quin scias, non solum cuius municipii sim, sed etiam quām diligenter locam meos municipes Arpinatis tueri. Quorum quidem omnia commoda, omnique facultates, quibus & facra conficer, & farta testa adiutum sacrarum locorumque communium tueri possint, consistunt in his vestigalibus quæ habent in prouincia Gallia. Ad ea visenda, pecuniasque quæ à colonis debentur exigendas, totamque tecum & cognoscendam & administrandam, Legatos Eq. R. misimus Q. Fusidium Q. F. M. Faucum, M. F. Q. Mamercum Q. F. Peto a te in maiorem modum pro nostra necessitudine, ut tibi ea res curze sit, operamque des ut per te quammodumque negotium municipii administretur, quam primumque conficiatur: ipsosque, quorum nomina scripsi, ut quam honorificissime pro tua natura, & quam liberaliter tractes. Bonos viros ad tuam necessitudinem adiunxeris: municipiumque gratissimum beneficio tuo deuinxeris: mihi vero etiam gratias feceris, quod cum semper tueri municipes meos confueri, tum hic annus præcipue ad meam curam officiumque pertinet. Nam constituti municipi causa hoc anno AE dilectum filium meum fieri volui, & traxi filium, & M. Cæsiū hominem mihi maxime necessarium. Is enim magistratus in nostro municipio nec alius villus creari solet. Quos cohene-

staris, in primisque me, si resp. municipii, tuo studio, diligentia bene administrata erit. Quod ut facias, te vehementer etiam atque etiam rogo.

CICERO BRVTO SAL.

ALIA epistola communiter tibi commendaui Legatos Arpinatum vt potui diligenter: haec separatum Q. Fusidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendando: non vt aliquid de illa commendatione communiam, sed vt ad hanc addam. Nam & priuignus est M. Celsi mei maxime & familiaris & necessarii, & fuit in Cilicia mecum Trib. Mil. quo in munere ita se tractauit, ut accipisse ab eo beneficium videtur, non dedisse. Est præterea (quod apud te valet plurimum) à nostris studiis non abhorrens. Quare velim cum quamlibetralissime cōplectare: operamque des, vt in ea legatione quam suscipiat contra suum commodum, securis authoritatem mean, quammaxime eius excellat industria. Vnde enim id quod optimo cuique natura tributum est, quammaxima laudem cum à nobis qui cum impulimus, tum à municipio consequi: quod ei contingit, si hac mea commendatione tuum erga se studium erit conlectus.

CICERO BRVTO SAL.

L. CASTRONIVS Patus longe princeps municipi Lucensis, et honestus, grauis, plenus officii, bonus plane vir, cum virtutibus, tum etiam fortuna, siquid hoc ad rem pertinet, ornatus: meus autem est familiarissimus, sic prorsus ut nostri ordinis obseruer neminem diligentius. Quare ut in eum amicum, & tua dignum amicitia tibi commendo. Cui quibus cunctis rebus commodaueris, tibi protectio iucundum, mihi certe erit gratum. Vak.

CICERO BRVTO SAL.

L. TITIO Strabone Eq.R. in primis honesto & ornato familiarissime vtor. Omnia mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis. Huic in tua prouincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volatio, qui Romz ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto à te hoc diligētius, quām si mea res esset, quō est honestius de amicorum pecunia laborare, quām de sua: vt negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transfigas, operāmque des, quoad tibi z- quam & rectum videbitur, vt quamcommodissima conditione libertus Strabonis, qui cius rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummōsque perueniat. Id & mihi gratissimum crit, & tu ipse L. Titium cognoscis amicitia tua dignissimum. Quod vt tibi curz sit, vt omnia solent esse quæ me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

CICERO CAESARI IMP<sup>TR</sup> SAL.

P R A E C I L I V M tibi commendo vnicē, tui necessarii, mei familiarissimi, vii optimi filium. quem cum adolescentem ipsum propter cius modestiam, humanitatem, animum & amorem erga me singularem misericordie diligo: tum patrem eius re docēxi & didici mihi fuisse semper amicissimum. En hic ille est de illis maxime qui ridere atque obiungare me solitus est, quod me non tecum, praetertim cum ab te honorificissime inuitarer, con iungerem, & tuus esset. Sope ut scholasticus tenuis, es mecum levissime pulcherrimus. Audiebas enim nostros processos clamitantes, & agnoscebas me te & tu audirebas me. Sed tamen idem me consolatur: etiam hominem perustum etiamnam gloria volunt incedere: atque ita loquuntur, ut pali invenerit, & ejus ardore impetuosa sit. Atque polyphonus tuus & laetus es in Nostro. Sed minus iam mouent, vt vides. Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera precepta nevius, quoniam oratio, est ex morte magis. quicunq; versum senex Pracilius laudat egregie: & ait posse eidem & apud regnum ejus videre: & tamē nihilominus alii assertorū & interpres ipsorum alios. Sed ut redeam ad id unde coepi: vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitatem tua, quia est singularis, comprehendenteris: & ad id quod ipsorum Praciliorum causa te velle arbitror, addidere cumulum commendationis mez. Genero nouo sum literarum ad te vlius, vt intellegeres non vulgarem esse commendationem.

CICERO CAESARI SAL.

P. C. R. A S S V M ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum , & ex eo cum ab incunite eius ztate bene sperauissem , tum per me existimare coepi ex iis iudicis quz ab eo feceram , cognitis . Eius libertum Apollonium iam tum equidem cum ille viueret , & ma-

gnis faciebam, & probabam. Erat enim & studiosus Crassus, & ad eius optima studia vehementer aptus. Itaque ab eo admodum diligebatur. Post mortem autem Crassus, eo mihi etiam dignior visus est, quem in fidem atque amicitiam meam reciperem, quod eos a se obseruando & colendo putabar quos ille dilexisset, & quibus charus fuisset. Itaque & ad me in Ciliciam venit: multisque in rebus mihi magno viuis fuit & fides eius & prudentia: & ut opinor tibi in Alexandrino bello, quantum studio & fidelitate consequi potuit, non defuit. Quod cum speraret te quoque exultimare, in Hispaniam ad te maxime ille quidem suo consilio, sed etiam me authore est profectus. Cui ego commendationem non sum pollicitus, non quin eam valitaram apud te arbitrarer: sed neque egere mihi commendatione videbatur, qui & in bello tecum fuisset, & propter memoriam Crassi de tuis virtus esset: & si vti commendationibus veller, etiam per alios eum videbam id consequi posse. Testimonium meum de eo iudicii, quod & ipse magni aestimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi. Doctum igitur hominem cognoui, & studiis opimis deditum, idque a puer. Nam domi mez cum Diodoto Stoico homine meo iudicio eruditissimo, multum a puer fuit. Nunc autem incensus studio rerum tuarum, eas literis Graecis mandare cupiebat, posse arbitrari. valet ingenio, habet visum, iampridem in eo genere studii literarumque versatur: satissimacre immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit. Habet opinionis mea testimonium: sed tu hoc facilius multo pro tua singulari prudenter indicabis. Et tamen, quod negaueram, commendo tibi eum. Quicquid ei commodaue-  
ris, erit id maiorem in modum gratum.

## CICERO SAL. DIC. SER. SVLPITIO.

18

M. C V R I V S, qui Patris negotiatur, multis & magnis de causis a me diligitur. Nam & amicitia percutus mihi cum eo est, ut primum in forum veni, instituta: & Patris tum aliquoties antea, tum proxime hoc miserrimo bello, domus eius tota mihi patuit: qua si opus fuisset, tam etiam visus, quam mea. Maximū autem mihi vinculum cum eo est quasi sanctioris cuiusdam necessitudinis, quod est Atticus nostri familiarissimus, cumque vnum præter ceteros obseruat ac diligit. Quem si tu iam forte cognosti, puto me hoc, quod fa-  
cio, facere serius. Ea est enim humanitate & obseruantia, ut eum tibi iam per te ipsum  
commendatum putem. Quod tamen si ita est, magnopere a te quodlo ut ad eam voluntatem, siquam in illum ante has meas literas contulisti, quam maximus postea commen-  
datione cumulus accedat. Sinautem propter verecundiam suam minus te tibi obtulit, aut nondum eum satis habes cognitum, aut quæ causa est cur maioris commendationis in-  
digat: sic tibi eum commendo, ut neque maiore studio quenquam, neque iustioribus de  
causis commendare possum. Faciamque id quod debent facere hi qui religiose & sine am-  
bitione commandant. Spondebo enim tibi, vel portius spondeo, in meque recipio, eos esse  
M. Curii mores, eamque cum probitatem, tum etiam humanitatem, ut eum & amicitia  
tua, & tam accurata commendatione, si tibi sit cognitus, dignum sis exultimatus. Mihi  
certe gratissimum feceris, si intellexero has literas tantum, quantum scribens confidebam,  
apud te pondus habuissis.

## CICERO SERVIO SAL.

19

NON CONCEDAM ut Attico nostro, quem elatum latitia vidi, iucundiores tuæ  
suaissime ad eum & humanissime scriptæ literæ fuerint, quam mihi. Nam etiæ utrique  
nostrum propè aque grata erant, tamen ego admirabar magis te, quasi rogatus, aut cer-  
te admonitus, liberaliter Attico respondiles (quod tamen dubium nobis, quin ita fu-  
rum fuerit, non erat) vtro ad eum scriptis, elque nec opinanti voluntatem tuam tan-  
tam per literas detulisse. De quo non modo rogare te, ut eis studiis mea quoque cau-  
sa facias, non debo (nihil enim cumulatus fieri potest, quam polliceris) sed ne gratias  
quidem agere, quod tu & ipsius causa, & tua sponte feceris. Illud tamen dicam, mihi id  
quod fecisti, esse gratissimum. Tale enim tuum iudicium de homine eo quem ego vnic  
diligo, non potest mihi non summe esse iucundum. Quod cum ita sit, esse gratum necesse  
est. Sed tamen quum mihi pro coniunctione nostra, vel peccare apud te in scribendo licet,

K.I.

vtrunque eorum quæ negavi mihi facienda esse, faciam. Nam & ad id quod Attici causa te ostendisti esse facturum, tantum velim addas, quātum ex nostro amore accessionis fieri potest. Et quod modo verberat, tibi gratias agere, nunc plane ago: tēcū ita existimate volo, quibuscumque officiis in Epiroticis reliquaque rebus Atticum obstrinxeris, iisdem me tibi obligatum fore.

## CICERO SERVIO SAL.

20

C V M Lysone Patrensi est mihi quidem hospitium vetus, quam ego necessitudinē sancte colendam puto: sed ea causa etiam cum aliis compluribus. familiaritas tanta nullo cum hospite: & ea cum officiis eius multis, cum etiam confuetudine cotidianā sic est aucta, vt nihil sit familiaritatem nostra coniunctius. Is cum Romæ annum propè ita fuisset, vt mecum viueret, et si eramus in magna spe, te meis literis, commendationēque diligenter facturum id quod fecisti, vt eius tem̄ & fortunas absentes tuerere: tamen quod in vniuersitate erant omnia, & quod Lyso fuerat in nostra causa, nostrisque praeſidiis, cotidie aliquid timebamus: effectum tamen est & ipsius splendore, & nostro reliquo rūmque hospitium studio, vt omnia quæ vellermus, à Cæſare impetrarentur. quod intellige ex his literis quas Cæſar ad te dedit. Nunc non modo non temittimus tibi aliquid ex nostra commendatione, quasi adepti iam omnia: sed cōvehementius à te contendimus, vt Lysonem in fidem necessitudinemque tuam recipias. Cuius dubia fortuna timidius tecū agebamus, verentes nequid accideret eiusmodi vt ne tu quidem mederi posseſſes. Explorata vero eius incolumente, omnia à te studia summa cura peto. Quæ ne singula enumerem, totam tibi domum commando. In his adolescentem filium eius, quem C. Manius Gemellus cliens meus, cum in calamitate exilii sui Patrensis eius factus esset, Patrem suum legibus adoptauit, vt eius ipsius hereditatis ius causamque tucare. Caput illud est, vt Lysonem, quem ego virum optimum gratissimumque cognoui, recipias in necessitudinem tuam. Quod si feceris, non dubito quin in eo diligendo exercitique postea commendando, idem quod ego sis iudicī, & voluntatis habiturus. Quod cum fieri vehementer studeo: tum etiam illud vereor, ne si minus cumulate videbere fecisse aliquid eius causa, me ille negligenter scripsisse putet, non te oblitum mei. Quanti enim me faceres, cum ex sermonibus cotidianis meis, tum ex epistolis etiam tuis portuit cognoscere.

## CICERO SERVIO SAL.

21

A S C L A P O N E Patrensi medico vror familiariter: cuiusque cum cōfuetuſ mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorum. In qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidilitate bencouentiaque satissfecit. Hunc igitur tibi commendō: & à te peto vt des operam vt intelligatur diligenter me scripsisse de ſe, meāmque communicationem vniū magno ſibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

## CICERO OCTAVIO SAL.

22

M. AEMILIUS Auianus ab incunte adolescentia me obſeruauit, ſemp̄que dilexit: vir cum bonus, tum perhumanus, & in omni genere officii diligendus. Quem si arbitraret eſſe Sicyone, & niſi audirem ibi cum etiam nunc, ybi ego reliqui, Cibyra comorari, nihil effecit neceſſe plura me ad te de eo ſcribere. Petiſceret enim ipſe profeſio ſuis moribus ſuāque humanitate, vt sine cuiusquam commendatione diligenterur abs te non minus quam & à me, & à ceteris suis familiaribus. Sed cum illum abſeſſe putem, commendo tibi in maiorem modum domum eius quæ eſſe Sicyone, tēmque familiarem: maxime C. Auianum Hammonium libertum eius, quem quidem tibi etiam ſuo nomine commendo. Nam cum propterea mihi eſſet probatus, quod eſſet in patronum ſuum officio & fide singulari: tum etiam in meipſum magna officia contulit, mihiſque moleſtissimis temporibus ita fideliter bencouolēque praefato fuit, vt ſi à me manumisſus eſſet. Itaque peto à te vt eum Hammonium & in patroni eius negotio ſic tucare, vt eius procuratorem, quem tibi commendō, & ipsum ſuo nomine diligas, habeāque in numero tuorum hominēm pudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur. Vale.

## CICERO SERVIO SAL.

23

T. MANLIUM, qui negotiatur Thespiis vehementer diligo. Nam & semper me co-  
luit, diligenterque obseruauit, & a studiis nostris non abhorret. Accedit eod quod Varro  
Mutena magnopere eius causa vult omnia. qui tamen existimauit, et si suis literis quibus ti-  
bi Manlium commendabat, valde confidet: tamen mea commendatione aliquid accessionis  
fore. Me quidem cum Manlii familiaritas, tum Varronis studium commouit ut ad te quam-  
accuratissime scriberem. Gratissimum igitur mihi feceris, si huic commendationi mez tan-  
tum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum, id est si T. Manlium quammaxime quibus-  
cunque rebus honeste ac pro tua dignitate poteris, iuuieris, atque ornaueris. Ex ipsiusque  
præterea gratissimis & humanissimis moribus confirmo tibi, te eum, quem soles fructum  
a bonorum vitiorum officiis expectare, etc capturum.

## CICERO SERVIO SAL.

24

L. COSSINIO amico & tribuli tuo valde familiariter uter: nam & inter nos met-  
ipso vetus vsus intercedit, & Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem  
fecit. Itaque tota Cossinii domus me diligit, in primisque libertus eius L. Cossinius An-  
chialius, homo & patrono & patroni necessarii, quo in numero ego sum, probatissimus.  
Hunc tibi ita commendo, ut si meus liberus esset, codemque apud me loco esset quo & est  
apud suum patronum, maiore studio commendare non possem. Quare pergratum mihi fe-  
ceris, si eum in amicitiam tuam receperis: atque eum quod sine molestia tua fiat, si qua in  
re opus ei fuerit, iuuieris. Id & mihi vehementer gratum erit, & tibi postea iucundum. Ho-  
minem enim summa probitate, humanitate obseruantiaque cognosces.

## CICERO SERVIO SAL.

25

CVM ante capiebam ex officio meo voluptatem, quod meminerim quam tibi dili-  
genter Lysonem hospitem & familiarem meum commendasse: tum vero posteaquam ex  
literis eius cognoui tibi cum falso suspicuum fuisse, vehementissime letatus sum, me tam  
diligentem in eo commendando fuisse. Ita enim scriptis ad me sibi meam commendatio-  
nem maximo adjumento fuisse, quod ad te delatum diceret, scilicet contra dignitatem tuam  
Romæ de te loqui solitum esse. De quo etiā pro tua facilitate & humanitate purgatum  
se tibi scribit esse: tamen primum ut debeo, tibi maximas gratias ago, cum tantum mez  
literas potuerunt, ut his lectis omnem offenditionem suspicionis, quam habueras de Lyso-  
ne deponeres: deinde credas mihi affirmanti velim, me hoc non pro Lysonem magis, quam  
pro omnibus scribere hominem esse neminem, qui vnuquam mentionem tui sine tua sum-  
ma laude fecerit. Lyso vero cum mecum prope cotidie esset, vnaque viveret, non solum  
quia libenter me audire arbitrabatur, sed quia libenter ipse loquebatur, omnia mihi tua  
& facta & dicta laudabat. Quapropter etiam à te ita tractatur, ut iam non defuderet com-  
mendationem meam, vnuisque le literis meis omnia consecutum putet: tamen à te peto  
in maiorem modum, ut cum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitatem complectare. Scri-  
berem ad te qualis vir esset, ut superioribus literis feceram, nisi cum iam per seipsum tibi  
satis esse notum arbitrarer.

## CICERO SERVIO SAL.

26

HAGESARETVS Larissae magnis meis beneficiis ornatus in Consulatu meo me-  
mor & gratus fuit, mēque postea diligentissime coluit. Eum tibi magnopere commendō, ut  
& hospitem meū & familiarem & gratum hominē & virum bonum, & principem ciuitatis  
suz, & tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam ut is intel-  
ligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

## CICERO SERVIO SAL.

27

L. MESCINIVS ea mecum necessitudine coniunctus est quod mihi Questor fuit.  
Sed hanc causam quam ego, ut à maioribus accepi, semper grauem duxi, fecit virtute &  
humanitate sua iustiorum. Itaque eo sic vtor, ut nec familiarius ullus, nec libetius. Is quam-  
quam confidere videbatur, & sua causa quz honeste posset, libenter esse facturum: ma-  
gnum esse tamen sperauit apud te meas quoque literas. Id cum ipse ita iudicabat, tum pro-

familiari consuetudine sapere ex me audierat quām suavis esset inter nos & quāne coniunctio. Peto igitur à te, tanto scilicet studio, quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi necessario & tam familiariter, ut eius negotia quæ sunt in Achaea, ex eo quod + hæres est M. Mindio fratri suo qui Eli negotiatus est, explices, & expediatis cum iure & potestate quæ habes, num etiam auctoritate & consilio tuo. Sic enim præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus, ut omnibus in rebus quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitrio, & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vicerentur. Id ut honoris mei causa suscipias, vehementer te etiam atque etiam rogo. Illud præterea, si non alienum tua dignitate putabis esse, feceris mihi pergratum: siqui difficiliores erunt, ut rem sine controuersia confici nolint, si eos, quim cum Senatori res est, Romanum reieceris. 7

Quod quo minore dubitatione facere possis, literas ad te à M. Lepido Consule, non quæ te aliquid iubent (neque enim id tuæ dignitatis esse arbitramur) sed quodammodo quasi commendatioris sumptus. Scriberem quām id beneficium bene apud Mæscinum possumus esse, nisi & te scire confidem, & mihi peterem. Sic enim velim existimes, non minus me de illius re laborare, quām ipsum de sua. Sed cum illum studeo quamfacillime ad suum peruenire: tum illud labore, ut non minimum hac mea commendatione se consecutum arbitrenor.

## CICERO SERVIO SAL.

28

LICET codem exemplo sapius tibi huius generis literas mittam, cum gratias agam, quod meas commendationes tam diligenter obliteres, quod feci in aliis & faciam, ut video sapius: sed tamen non parcam operi, & ut vos soletis in formulis, sic ego in epistolis, de eadem re alio modo. C. Auianus igitur Hammonius incredibilis mihi gratias per literas egit, & suo & AEmilii Auiani patroni sui nomine, nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari nec se presentem, nec rem familiararem absentes patroni sui. Id mihi cum iucundum est eorum causa quos tibi ego summa necessitudine & summa coniunctione adductus commendaueram, quod M. AEmilius vnus est ex meis familiarissimis atque intimum, maxime necessarius homo, & magnis meis beneficiis deuinctus, & prope omnium, qui mihi debere aliquid videntur, gratissimus: tum multo iucidiu[m], te esse in me tali voluntate, ut plus profis amicis meis, quām ego præsens fortasse prodesem: credo, quod magis ego dubitarem, quid illorum causa facerem, quām tu quid mea. Sed hoc non dubito quin existimes mihi esse gratum. Illud te rogo, ut illos quoque gratos esse homines putas, quod ita esse tibi promitto atque confirmo. Quare velim quicquid habent negotii, des operam, quod commodo tuo fiat, ut te obtinente Achiam conficiant. Ego cum tuo Servio iucundissimo coniunctissime viuo: magnâmque cum ex ingenio eius, singulariisque studio, tum ex virtute & probitate voluptem capio.

## CICERO SERVIO SAL.

29

EST libenter petere à te soleo, quid opus est meoru[m] cuiquam: tamen multo libertius gratias tibi ago, cum fecisti aliquid commendatione mea, quod semper facis. Incredibile est enim quas mihi gratias omnes agant, etiam mediocriter à me tibi commendati, quæ mihi omnia grata: sed de L. Mæscinio gratissimum. Sic enim est meū locutus, ut vt meas literas legens, statim procuratoribus suis pollicitu[m] esse omnia: multo vero plura & maiora fecisse. Id igitur (puro enim etiam atque etiā mihi dicendum esse) velim existimes, mihi te fecisse gratissimum. Quod quidè hoc vehementius latet, quod ex ipso Mæscinio te video magnâ capturâ voluprat. Eft enim in eo cum virtus & probitas, & summum officiu[m] summaq[ue] obseruancia: tum studia nostra quibus ante delectabamur, nunc etiā vivimus. Quod reliquum est, velim augeras tua in eū beneficia omnibus rebus quæ te erit digna. Sed duo, quæ te nominantur rogo. Primum ut siquid satisfandu[m] erit amplius eo nomine nō peti, cures ut satisficeretur fide mea. Deinde cù ferè consistat hæreditas in iis rebus quæ avertit Oppia, quæ vxor Mindii fuit, adiuvies: in eisque rationem quæadmodum ea mulier Româ perducatur, quod si putarit illa fore ut opinio nostra est, negotiū cōficiemus. Hoc ut assequamur, te vehementer etiam atque etiam rogo. Illud quod suprà scripti, id in meque recipio, te ea quæ fecisti

Mescini causa, quæque feceris, ita bene collocatur, ut ipse iudices homini te gratissimo; iucundissimo benigno fecisse. Volo enim ad id quod mea causa fecisti, hoc etiam accedere. Nec Lacedæmonios dubitate arbitror, quin ipsi sua maiorumque suorum autoritate satis commendati sint fidei & iustitiae tue: & ego qui te optime nouissem, non dubitaui quin tibi norissima & iura & merita populorum essent. Itaque cum à me peteret Philippus Lacedæmonius ut tibi ciuitatem commendarem, etiæ memineram me ei ciuitati omnia debere: tandem men respondi commendatione Lacedæmonios apud te non egere. Itaque sic velim existimes, me omnes Achæi ciuitates arbitrii pro horum temporum perturbatione feliciter, quod huius tu præfuis: eundemque me ita iudicare te, quod vnu optime nosles non nostra solum, sed etiam Graciorum monumenta omnia tua sponte amicum Lacedæmoniis esse & fore. Quare tantum à te peto, ut cum ea facies Lacedæmoniorum causa quæ tua fides, amplitudo, iustitia postulat: ut his, si tibi videbitur, significes te non moleste ferre, quod intelligas ea quæ facias, mihi quoque grata esse. Pertinet enim ad officium meum, eos existimare, curæ mihi suas res esse. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

M. CICERO L. PLANCUS SAL.

30

NON DUBITO quin scias in his necessariis, qui tibi à patre relicti sunt, me tibi esse vel coniunctissimum, non his modo causis quæ speciem habeant magnæ coniunctionis, sed iis etiam quæ familiaritatem & cotius uerdine tenentur: quam scis mihi iucundissimam cum patre tuo & summam fuisse. Ab his initio noster in te amor profectus auxit paternam necessitudinem, & eo magis quod intellexi, ut primum per zatem indicium facere potueris quanti quisque tibi faciens esset, me à te in primis ceptum esse obseruari, coli, diligi. Accedebat non mediocre vinculum cum studiorum, quod ipsum est per se graue, tum eorum studiorum carumque artium quæ per se ipsæ eos qui voluntate eadem sunt, etiam familiaritate deuincunt. Expectare te arbitror, haec tam longe repetita principia quod spectent. Id primum ergo habeo: non sine magna iusta quæ causa hanc à me commemorationem esse factam. C. Ateo Capitone vro familiariissime. Nota tibi sunt varietates meoru temporum in omni genere & honorum & laborum meorum, & animus, & opera, & auctoritas, & gratia, etiam res familiaris C. Capitonis praefixa fuit, & patuit & temporibus & fortunis meæ. Huius propinquus fuit T. Antilius qui cum forte Quæstor Macedoniam obtineret, neque ei succellum esset, Pompeius in eam prouinciam cum exercitu venit, facere Antilius nihil potuit. Nam si potuisset, nihil ei fuisse antiquius, quam ad Capitonem, quem ut parentem diligebat, reuerti: preferitum cum sciret quanti is Cæsarem faceret, semperque fecisset. Sed oppressum rantium attigit negotii, quantum recusare non potuit. Cum signaretur argenteum Apollonia, non possum dicere cum præfuisse, neque possum negare aliud esse, sed non plus duobus an tribus mensibus. Deinde absuit à castris: fugit omne negotium, hoc mihi ut testi velim credas: meam enim ille mortitiam in illo bello videbar, mecum omnia communicabat. Itaque abdidit se in intimâ Macedoniam, quod potuit longissime à castris, non modo ut nō præcesset illi negotio, sed etiam ut ne intercederet quidem: Is post prâlium se ad hominem necessarium A. Plautium in Bythiniam conculit. Ibi cum Cæsar cum vidisser, nihil asperè, nihil acerbè dixit. Romanum iussit venire. Ille in morbum continuo incidit, ex quo nō conuulsi. Aeger Corcyram venit: ibi est mortuus. Testamēto quod Romæ Paulo & Marcello cōs̄. fecerat, hæres ex parte dimidia & tertia est Capito. In sextante sunt ii, quorū pars sine villa cuiusquā querela, publica potest esse, ea est ad ms x x x. Sed de hoc Cæsar viderit. Te mi Plancus pro paterna necessitudine, pro nostro amore, pro studiis & omni cursu nostro totius vita simillimo rogo, & à te ita peto, ut maiore cura, maiore studio nullo possum, ut hanc rem suscipias, meam putes esse: emittare, contendas, efficias ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio hereditatem propinquai sui C. Capito obtineat. Omnia quæ potui in hac summa tua gratia, ac potentia à te impetrare, si petuissent, vltro te ad me detulisse putabo si hanc rem impetravero. Illud fore tibi adiumento spero, cuius ipse Cæsar optimus esse iudex potest, temper Cæsarem Capito coluit & dilexit. Sed ipse huius tei testis est: noui hominis memoriam. Itaque

E. ui.

nihil te doceo: tantum tibi sumito pro Capitone apud Cesarem, quantum ipsum meminisse senties. Ego quod in me ipso experiri potui, ad te deferam: in eo quantum sit ponderis, tu videbis. Quam partem in repub. causamque defendenterim, per quos homines ordinis que sunt retrum, quibusque munitus fueristi, non ignoras. Hoc mihi velim credas, siquid fecerim hoc ipso in bello minus ex Cesariis voluntate, quod intellexerim scire ipsum Cesarem, me in uitissimum fecisse: id feci aliorum consilio, hortatu, auctoritate. quod fuerim moderatior temperatio rorque, quam in ea parte quisquam: id me fecisse maxime auctoritate Capitoniis, cuius similes si reliquos necessarios habuissent, reipub. fortasse non nihil, mihi certe plurimum profuisset. Hanc rem mihi Plance si efficeris, meam de tua erga me benevolentia spem confirmaueris, ipsum Capitoniem gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem, tuo summo beneficio adiunxeris.

## CICERO ACILIO PRO COS. SAL.

L. M A N L I V S est Solis: is fuit Catinenus: sed est vna cum reliquis Neapolitanis ciuis R. factus. Decurioque Neapoli. erat enim adscriptus in id municipi ante ciuitatem sociis & Latinis datum. Eius frater Catinus nuper mortuus est: nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiæ cum habituri: & est hodie in bonis. sed quum habet præterea negotia vetera in Sicilia sua, & hanc hereditatem fraternalm, omnia eius tibi cõmodo, in primisque ipsum virum optimum milique familiarissimum, his studiis literarum doctrinæque prædictum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, ut cum sive aberit, sive non veniet in Siciliam, in meis intimis maximisque necessariis scias esse: itaque tractes, ut intelligat meam sibi commendationem magno adjumento fuisse. Vale.

## CICERO ACILIO PRO COS. SAL.

C. F L A V I O honesto & ornato Eq. Ro. vtor valde familiariter. Fuit enim generi mei C. Pisonis per necessarius: meque diligentissime obseruat & ipse, & L. Flavius frater eius. Quapropter velim honoris mei caula quibus rebus honeste, & pro tua dignitate poteris, quam honorificissime & qualibetalissime C. Flavium tractes. Id mihi sic erit gratum, ut gratus es nihil possit. Sed præterea tibi affirmo, neque id ambitione abductus facio, sed cu familiariare & necessitudine, tum etiam veritate, te ex C. Flavii officio & obseruantia, & præterea splendore atque inter suos gratia, magnam voluptatem esse capturum. Vale.

## CICERO ACILIO PRO COS. SAL.

I N H A L E S I N A ciuitate tam lauta tamque nobili coniunctissimos habeo & hospitio & familiaritate M. & C. Clodios Archagathum & Philonem. sed vereor ne quia compulseris tibi præcipue commendo, exzquare videar ambitione quadam commendationes meas, quamquam à te quidem cumulate satis sit & mihi & meis omnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam & hos mihi maxime esse coniunctos virtutate, officiis, benevolentia. Quamobrem peto à te in maiorem modum, ut his omnibus in rebus, quærum tua fides dignataque patietur, commodes. Id si feceris, erit mihi vehementissime gratum.

## CICERO ACILIO PRO COS. SAL.

C. N. O T A C I L I O Nasone vtor familiarissime, ita prorsus, ut illius ordinis nullo familiarius. Nam & humanitate eius, & probitate in consuetudine cotidiana magnopere delector. Nihil iam opus est expectare te, quibus cum verbis tibi commendem, quo sic variar ut scripsi. Habet is in prouincia tua, negotia, quæ procurant liberti Hilarus, Antigonus, Demostratus: quos tibi, negotiæque omnia Nasonis non fecus commendo, ac si me essent. Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse. Vale.

## CICERO ACILIO PRO COS. SAL.

A V I T U M M I H I hospitium est cum Lyfone Lyfonis F. Lilybirano, valdeque ab eo obseruat, cognovisque dignum & patre & avo. est enim nobilissima familia. Quapropter commendo tibi maiorem in modum rem domumque eius. Magnoque opere à te peto cures ut is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te adjumento & ornamento fuisse..

CICERO ACILIO PRO COS. SAL.<sup>36</sup>

C. AVIANS Philoxenus antiquus est hospes meus, & præter hospitium, valde etiam familiaris, quem Cæsar meo beneficio in Nouocomencem resulit. Nomen autem Arianii secutus est, quod homine nullo plus est vñs, quam Flacco Arianio meo, quemadmodum te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ego omnia collegi, vt intelligeres non vulgarem esse commendationem hanc meam. Peto igitur abs te, vt omnibus rebus, quod sine molesta tua facere possis, ei commodes, habeasque in numero tuorum: perficiásque vt intelligat has litteras meas magno sibi vñsi fuisse. Errit id mihi maiorem in modum gratum.

CICERO ACILIO PRO COS. SAL.<sup>37</sup>

CVM DEMETRIO Mega mihi verustum hospitium est: familiaritas autem tanta quanta cum Siculo nullo. Ei Dolabella rogatus meo ciuitate à Cæsare impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Cumque propter quosdam sorridos homines, qui Cæsaris beneficia vendebat, tabulam, in qua nomina ciuitate donatorum inscripserunt, reuelli iussifecit eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega veretur: beneficium suum in eo manere. Hoc te scire volui, vt cum in ciuium Romanorum numero haberes. Caterisque in rebus tibi cum ita cōmodo, vt maiore studio neminem cōendarim. Gratissimum mihi feceris, si cum ita tractaris, vt intelligat meam commendationem magno ornamenato fuisse.

CICERO ACILIO PRO COS. SAL.<sup>38</sup>

HIPPIA M Philoxeni filium Calatinum, hospitem & necessarium meum, tibi cōmodo in maiorem modum. Eius bona, quemadmodum ad me delata res est, publice possidentur alieno nomine contra leges Calatinorum. Id si ita est, etiam sine mea cōmendatione ab exequitate tua res ipsa impertrare debet, vt ei subuenias: quoquomodo autem se res habet, peto à te, vt honoris mei causa cum expediatis, tantumque ei cōmodes & in hac re, & in ceteris, quantum tua fides dignissimæque patierit. Id mihi vehementer gratum erit.

CICERO ACILIO PRO COS. SAL.<sup>39</sup>

L. BRUTTIUS Eq. Rom. adolescentis omnibus rebus ornatus, in meis familiarissimis est, meque obseruat diligentissime. Cuius cum patre magna mihi fuit amicitia iam inde à Quæstura mea Siciliensi. Omnino nunc ipse Bruttius Roma mecum est: sed tamē domū eius, & rem familiarem, & procuratores tibi sic commando, vt maiore studio commendare non possum. Gratissimum mihi feceris, si curaris vt intelligat Bruttius, id quod ei recipi, hanc meam commendationem sibi magno adjumento fuisse. Erit mihi vehementer gratum.

CICERO ACILIO PRO COS. SAL.<sup>40</sup>

CVM FAMILIA Titurnia necessitudo mihi intercedit vetus: ex qua reliquus est M. Titurnius Rufus, qui mihi omni diligentia atque officio est tuendus. Est igitur in tua potestate, vt ille in me satis sibi praefidu putet esse. Quapropter cum tibi cōmodo in maiorem modum, & abs te peto, efficias vt is commendationem hanc intelligat sibi magno adjumento fuisse. Erit mihi vehementer gratum.

M. CICERO S. D. Q. ANCHARIO Q. F. PRO COS.<sup>41</sup>

L. ET C. Aurelios L. Filios, quibus & ipsis, & patre eorum vito optimo familiarissime vtor, cōmando tibi maiorē in modū, adolescentis omnibus optimis artibus ornatos, meos per necessarios, tua amicitia dignissimos. Si villa mea apud te cōmendatione valuit, quod scio multas plurimæ valuerit: hec vt valeat rogo. Quod si eos honotifice liberaliterque trataris, & tibi gratissimos optimosque adolescentes adiunxeris, & mihi gratissimum feceris.

CICERO CULLEOLO SAL.<sup>42</sup>

QVAE FECISTI L. Luceii causa, scire te plane volo, te homini gratissimo cōmodasse. & cum ipsis, quæ fecisti, pergrata sunt, tum Pompeius quotiens cunque me videt (videt autem sapientia) gratias tibi agit singulariter. Addo etiā illud quod tibi iucundissimum esse certo scio, me ipsum ex tua erga Luceium benignitate, maxima volupitate affici. Quod superest, quanquam mihi non est dubium quin cum antea nostra causa, nunc iam etiam tuta constantiz gratia, mansurus sis in eadem ista liberalitate: tamē abs te vehementer etiā atque

etiam per te quæ initio ostendisti, deinceps fecisti, ad exitum augeri & cumulari per te velis. Id & Lucecio & Pompeio valde grarum fore, tæque apud eos præclare posituru confirmo & spondeo. De rebus, de quæ his negotiis cogitationibusque nostris perscripsiceram ad te diligenter paucis ante diebus, eæque literas dederam pueris tuis. Vale.

## CICERO CULLEOLO PRO COS. SAL.

43

L. LVCEIVS meus, homo omnium gratissimus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret omnia te accumulatissime & liberalissime procuratoribus suis pollicitum esse. Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quam gratia rem ipsam existimas fore, cum, ut spero, quæ pollicitum es feceris & omnino. Ostenderunt Bulliones seâ Lucecio Pompeii arbitratu satissimacuros. sed vehementer opus est nobis, & voluntatem, & autoritatem, & imperium tuum accedere. Quod ut facias, te etiam atque etiam rogo. Illud mihi gratissimum est, quod ita sciunt Luceci procuratores, & ita Lucecius ipse ex litteris tuis quas ad eum misisti, intellexit: hominis nullius apud te autoritatem, aut gratiam valere plus, quam mea. Id ut te experieratur, iterum & si pius te rogo.

## M. CICERO QVINTIO GALLIO SAL.

44

ET SI plurimis rebus spero fore ut perspiciam, quod tamen iampridem perspicio, me à te amari statim ea causa tibi datur, in qua facile declarare possis tuam erga me benevolentiam. L. Oppius Marei F. Philomeli negotiatur, homo mihi familiarissimus tibi vnicet commendando. eoque magis, quod cù ipsum diligo, tum quod negotia procurat L. Egnatii Rufi: quo eovno Eq. Ro. familiarissime vtor, & qui consuetudine cotidiana, tum officiis plurimis maximisq; mihi coniunctus est. Oppiu igitur presentem ut diligas, Egnatii absens rem ut tucare, eaque à te peto ac si mea negotia essent. Velix memorie ruz causa des literatum aliquid, quæ tibi in provincia reddantur: sed ita cōscribas, ut tum, cù eas leges, facile recordari possis huius meæ cōmendationis diligentia. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

## CICERO GALLIO SAL.

45

ET SI EX tuis, & ex L. Oppii familiarissimi literis cognoui te memorem cōmendationis meæ fuisse, idque pro tua summa erga me benevolentia, proque nostra necessitudine minime sum admiratus: tamen etiam atque etiam tibi L. Oppiu presentem, & L. Egnatii mei familiarissimi absens negotia cōmendo. Tanta mihi cum eo necessitudo est, familiariisque, ut si mea res esset, non magis laborarem. Quapropter gratissimum mihi feceris, si curaris, ut in intelligat me à te tantum amari quantum ipse existimo. hoc mihi gratius facere nihil potes, idque ut facias, vehementer te rogo.

## CICERO APPULEIO PRO QVAESTORI.

46

LEGATIO uno equite Ro. vel familiarissime vtor. Eius Anchialu serum negotiisque que habet in Asia, tibi cōmendo nō minore studio quam si rem meā cōmendarem. Sic enim existimes velim, mihi cum eo nō modo cotidianam consuetudinē summā intercedere, sed etiam officia magna & mutua nostra inter nos esse. Quamobrem etiam atque etiam à te peto, ut cures ut intelligat me ad te satis diligenter scripsi. Nam de tua erga me voluntate non dubitabit. Id ut facias, te etiam atque etiam rogo. Vale.

## CICERO APPULEIO SAL.

47

L. NOSTIVS Zoilus est cohæres meus, hæres autem patroni sui: ea retruque scripsi; vt & mihi cum illo causam amicitiae seires esse, & hominē probū existimares, qui patroni iudicio ornatus esset. Eum tibi igitur sic cōmēdo ut vnu ex nostra domo. Valde mihi gratum erit, si curaris ut intelligat hanc cōmendationem sibi apud te magno adiumento fuisse.

## CICERO SILIO SAL.

48

QVID EGO tibi commēdem cum, quem tu ipse diligis? Sed tamen ut scires cum à menon diligis solum, verūtiā amari, ob cam rem tibi hæc scribo. Omnimur tuorum officiorum quæ & multa & magna sunt, mihi gratissimum fuerit, si ita tractaris Egnarium, ut sentiat & te à me, & me à te amari. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Illa nostra scilicet ecclerunt: vt amur igitur vulgari consolatione. Quid si hoc melius? Sed hæc coram. Tu fac quod facias, ut me ames, tæque amari à me scias.

## CICERO C. SEXTILIO R VF O QVAESTORI SAL. D. 49

OMNEIS tibi cōmendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodari, erunt mihi grarissima. Eoque facio libentius ut eos tibi commendem, quod & tu laudi, cuius ego auctor sum, conducere arbitror, cum primus in eam insulam Quæstor veteris, ea te institueret, que sequantur alii, que ut spero, facilius consequere, si & P. Lentuli necessarii tui legem, & ea que à me constituta sunt, sequi volueris. Quam rem tibi confido magna laudi fore.

## CICERO CVRIO PRO COS.

50

Q. POMPĒIVS Scx. F. multis & veteribus causis necessitudinis mihi coniunctus est. Is cum antea meis cōmendationibus & rem, & gratiam, & autoritatem suam tueri consuet, nunc profecto te prouinciam obtinente meis literis adsequi debet, ut nemini se intelligat cōmēdationem vñquam fuisse. Quamobrem à te maiorem in modum peto, vt cum omnibus meos æque ac tuo, obseruare pro necessitudine nostra debeas, hunc in primis ita in tuam fidem recipias, vt ipse intelligar, nullam rem sibi maiori vñli aut ornamento quam meam cōmendationem esse potuisse. Vale.

## CICERO S. D. ARISTO PRO COS.

51

S V M P S I hoc mihi pro tua in me obseruantia, quam penitus perspexi quandiu Brundisi fuiimus, vt ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberet, si que res esset de qua valde laborarem. M. Curius, qui Patris negotiatur, ita mihi familiaris est ut nihil possit esse coniunctus. Multa illius in me officia, multa in illum mea quoque maximū est, summus inter nos amor & mutuus. Que cum ira sint, si vilam in amicitia mea spem habes: si ea que in me officia & studia Brudisii contulisti, vis mihi etiam gratiora efficere, quanquam sunt gratissima: si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium sartum & tectū, vt aiunt, ab omnique incommodo, detrimeto, molestia syncerum integrumque conscriues. Et ipse spondeo, & omnes hoc tibi tui pro me recipient, ex mea amicitia, & ex tuo in me officio maximum te fructum summāque volupatem esse capturum.

## CICERO P. CAESIO S. D.

52

P. MESSIENVM Equitem R. omnibus rebus ornatum, meliusque per familiarem tibi commendo ea cōmendatione que potest esse diligentissima. Peto à te & pro nostra, & pro paterna amicitia, vt eum in tuam fidem recipias, eiusque rem samāque tuare. Virtutum bonum, tuaque amicitia dignum tibi adiunxeris, mihiq; gratissimum feceris.

## CICERO REGI S.

53

A. LICI NIVS Aristoteles Melitensis antiquissimus est hospes meus, & præterea coniunctus magno vñli familiaritatibus. Hæc cum ita sint, non dubito quin tibi satis cōmendatus sit. Etenim ex multis cognosco meam cōmendationem plurimū apud te valere. Hunc ego à Cesare liberaui. Frequens enim fuerat nobiscum, arque etiam diutius in causa est, quam nos, commoratus, quo melius te de eo existimaturum arbitror. Fac igitur mi Rex, vt intelligat has sibi literas plurimum profusile.

## CICERO THERMO PROPR. SAL.

54

I. GENVCILIO Curio iampridem viror familiarissime, optimo viro, & homine grarissimo. Eum tibi penitus commendo atque trado. Primum ut omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides tua dignitatisque patietur: patietur autem in omnibus: nihil enim abs te vñquam, quod sit alienum tuis, aut etiam suis moribus, postulabir. Præcipue autē tibi cōmendo negotia ciuius, que sunt in Helleponto. primum, ut obsecnar id iuris in agris, quod ei Pariana ciuitas decreuir & dedit, & quod semper obtinuit sine villa controuersia. deinde, siquid habebit cum aliquo Hellepōtio controuersi, vt in illa vñli reicias. Sed non mihi videor, cum tibi totum hominem diligenterissime commendarim, singulas ad te ciuius causas prescribere debere. Summa illa sit: quidquid officii, beneficii, honoris in Genuilium contuleris, id te existimabo in meispliū arque in rem meam contulisse.

## CICERO THERMO PROPR.

55

CVM multa mihi grata sunt, que tu adductus mea cōmēdatione fecisti: tum in pri-

mis, quod M. Marcellum amici atque interpres mei filium liberalissime tractauisti. Venit enim Laodicam, & tibi apud me mihiisque propter te gratias maximas egit. Quare quod reliquum est, à te peto, quum apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libenter his cōmodes: operāmque des, quoad fides tua parietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ego cum ante studiosē cōmendabā Marcellum, tum multo nūc studiofius, quod in lōga apparitione singularē, & prope incredibilem patris Marcellii fidē, abstinētiā, modestiāmque cognoui.

## CICERO THERMO PROPR. 5.

56

E T S I mihi videores intellexisse, cum tecum Ephesi de te M. Annei Legati mei locutus sum, te ipsius causa vehemēter omnia velle: tamen & M. Anneum tanti facio, ut mihi nihil putem prætermittendum quod illius interfit: & me à te tanti fieri puto, ut nō dubitem quin ad tuam volūtatem magnus cumulus accedat cōmendationis meæ. Nam cum iamdiu diligenter M. Anneum, déque eo sic existimarem, ut res declarat, quod vltro ei detulerim legationem, cum multis perentibus denegarem: tum vero posteaquam meū in bello atque in re militari fuit, tantam in eo virtutē, prudentiam, fidē, tantāmque erga me benevolentiam cognoui, ut hominē neminē pluris faciam. Eum cū Sardianis habere cōrouerſiam scis: cauſam tibi exposuimus Ephesi quam tu tamē corām facilius meliusque cognoscis. De reliquo mihi mehercule diu dubium fuit quid ad te potissimum scriberē. Ita enim quēadmodum dicas, clarū & magna cum tua laude, notū est. Nobis autē in hac causa nihil aliud opus est, nī te ius inſtituto tuo dicere. Sed tamen cum me non fugiat quanta sit in Prætore authoritas, præſertim ista integritate, grauitate, clemētia, qua te esse inter omnes constat: peto abs te pro nostra cōiunctilima necessitudine, plurimisque officiis paribus ac mutuis, ut voluntate, authoritate, studio tuo perficias ut M. Anneus intelligat te & sibi alicuius esse, quod non dubitat [Exe enim mecum locutus est] & multo amiciorē his meis, literis esse factum. In tuo toto imperio atque prouincia nihil est quod mihi gratius facere possis. Iam apud ipsum gratissimum hominem atque optimum virum quām bene positurus sis studium tuum atque officium, dubitare te non existimo.

## CICERO THERMO PROPR. SAL.

57

C L V V I S Puecolonus valde me obſeruat, valdeque est mihi familiaris. Is ita sibi persuaderet: quod in tua prouincia negoti habeat, nī te prouinciam obtinente meis cōmendationibus confecerit, id si in perditis & desperatis habieruntur. Nunc quum mihi ab amico officiosissimorū oneris imponitur, ego quoque tibi imponā pro tuis in me summissis officiis: ita tamen ut tibi nolim molestus esce. Mylaeis & Alabandeis pecuniam Cluicio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cum Ephesi essem, se curaturū ut edici Mylaeis Romam mitteretur. Id factum nō est. Legatos audio missos esse: sed malo edicos, ut aliquid confici possit. Quare peto à te ut & eos, & Alabandeis iubeas edicos Romā mittere. Præterea Philocies Alabādensis cōſul Cluicio dedit, ex cōmīſſe sunt. Velim eures ut aut de hypothe- cīs decedat, eisque procuratoribus Cluuii tradat: aut pecuniam soluat. Præterea Heraclētus & Bargilera, qui item debent, aut pecuniam soluat, aut fructibus suis satisfaciant. Cau- niū præterea debet: sed aiunt se depositam pecuniam habuisse. Id velim cognoscas: & si intellecteris eos neque ex edito, neque ex decreto depositam habuisse, des operam ut viſurę Cluicio, instituto tuo conſeruentur. His de rebus eo magis labore, quod agitur res Cn. Pompeii etiam nostri necessarii: & quod is magis etiam mihi laborare videretur, quām ipse Cluuius, cui satis factum esse à nobis valde volo. His de rebus te vehementer etiam atque etiam rogo.

## CICERO THERMO PROPR. SAL.

58

Q V O magis cotidie ex literis nuntiisque bellū magnum esse in Syria cognosco, & v- hemētius à te pro nostra necessitudine cōtendo, ut mihi M. Anneum Legati primo quoque tēpore remittas. Nam eius opera, consilio, scientia rei militaris, vel maxime intelligo me, & temp. adiuuari posse. Quod nīſi tanta res eius ageretur: nec ipse adduci posuisset ut à me discederet: neque ego, ut eum à me dimitterem. Ego in Ciliciam proficiſci cogiro circiter K. Mai. Ante eam diem Anneus ad me redeat oportet. Illud quod tecū & cōtam-

& per literas diligentissime egī, id & nunc etiam arque etiam rogo curz tibi sit, vt suum  
negotium quod habet cum populo Sardiano, pro causa veritate, & pro sua dignitate con-  
ficiat. Intellexi ex tua oratione cum tecum Ephesi locutus sum, te ipsum M. Annei causa  
omnia velle. sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intel-  
lexero per te illum, ipsum negotium ex sententia confessisse. Idque quamprimum vt effi-  
cias, te etiam arque etiam rogo.

M. CICERO C. TITIO L.F. RVFO. PR. VRB. SAL. 59

L. CVSTIDIVS est tribulis & municeps & familiaris meus. Is causam habet, quam  
causam ad te deferet. Commando tibi hominem, sicuti tua fides & meus pudor postulat:  
tantū vt facilis ad te aditus habeat: quæ zqua postulabit vt libete te impetreret: sentiatque  
meam sibi amicitiam, etiam cum longissime absū, prodesse in primis apud te.

M. CICERO C. CVRTIO PEDUCEANO PR. SAL. 60

M. FABIVM vnice diligo, summāque mihi cū eo consueculo & familiaritas est per-  
uetus. In eius controuersiā quid decernas, à te non peto: seruabis vt tua fides & dignitas  
postulat, edictum & institutum tuum. sed vt quam facillimos ad te aditus habeat: quæ erunt  
zqua, lubente te impetreret: vt meam amicitiam sibi, etiam cum procul absū, prodesse sen-  
tias, præfertim apud te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. CICERO C. MVNATIO C. F. SAL. 61

L. LIVINEIVS Trypho est omnino L. Reguli familiarissimi mei libertus. Cuius ca-  
lamitas etiam officiosorem me facit in illū. nam benevolentior, quam semper fui, esse non  
possum. Sed ego libertum eius per seipsum diligo. summa enim eius erga me officia exti-  
terunt his nostris temporibus, quibus facilius bonam benevolentiam hominum, & fidem  
perspicere potui. Eum tibi ita commando, vt homines grati & memores, benemeritos de  
se commendare debent. Pergratum mihi feceris, si ille intellexerit sc̄e, quod pro salute mea  
multa pericula adierit, sape hyeme summa nauigari, pro tua erga me benevolentia gra-  
tum tibi etiam fecisse.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR. 62

T. PINNIO familiarissime me viuum esse scire te arbitror. quod quidē illi testamen-  
to declarauit qui me cum tutorem, tum etiam secundum heredem instituerit. Eius filio  
mire studio & eruditio, & modesto pecuniam Nicænsem grandem debent ad h̄s octo-  
giges: & vt audio, in primis ei volunt soluere. Pergratum igitur mihi feceris, quoniam non mo-  
do reliqui tutores qui sciunt quanti me facias, sed etiam puer ipse sibi perfusafit, te omnia  
mea causa facturum esse: si dederis operam, quoad tua fides dignitasque patietur, vt quam-  
plurimum pecunia Pannio soluatur Nicænsum nomine.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR. 63

E T IN Atilii negotio te amauit: cum enim sero venissem, tamen honestum equirem  
R. beneficio tuo conferuaui: & me hercule semper sic in animo habui, te in meo arte esse  
proper. Lamiz nostri coniunctionem, & singularē necessitudinē. Itaque primū tibi ago  
gratias, quod me omni molesta liberas. deinde impudētia prosequor. Sed idem faciam. te  
enim semper sic colā & tuebor vt quem diligenter. Q. Fratrem meum, si me diligis, co-  
numero cura vt habcas quo me. Ita magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR. 64

N O N putau fieri posse vt mihi verba decessent, sed tamē in C. Lænio cōmendando de-  
sunt. Itaque rem ribi exponam paucis verbis: sed tamen vt plane perspicere possis volūta-  
tem meam. Incredibile est quoniam faciamus & ego & frater meus qui mihi charissimus est,  
M. Lænium, id sit cum plurimis eius officiis, tum summa probitate & singulari modestia.  
Eum ego à me iniustissimus dimisi, cum propter familiaritatem & cōsuetudinis suauitatem  
tum quod cōsilio eius fideliter ac bono libenter vtebar. Sed veroe ne iam superesse mihi ver-  
ba putes, quæ dixeram defutura. Comiendo tibi hominem, sicut intelligis me, de quo ea  
super scripterim, debere cōmendare. A tēque vehementer etiam arque etiam peto, vt quod  
habet in tua prouincia negotii, expediatis: quod tibi videbitur rectū esse, ipsi dicas. Homine

facillimum liberalissimumque cognoscere. Itaque te rogo ut cum solutu, liberum, cœfectis eius negotiis per te quamprimum ad me remittas. Id mihi stratiq[ue] meo gratissimum feceris.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR.

65

N E R O meus mirificas apud me tibi gratias egit, profsus incredibileis, vt nullum honorem sibi haberi potuisse diceret, qui à te prætermisso esset. magnum fructum ex ipso capie: nihil enim est illo adolescenti gratius. Sed me hercule mihi quoque gratissimum fecisti. Pluris enim ex omni nobilitate nemini facio. Itaque si ea feceris quæ ille per me tecum agi voluit, gratissimum mihi feceris. Primū, de Paufania Alabandensi sustentis rem, dū Nero veniat, vehementer eius causa cupere eum intellexi, iraque hoc valde te rogo. Deinde Nyfazos, quos Nero in primis habet necessarios, diligissimeque tuerit ac defendit, habeas tibi cōmendarissimos: vt intelligat illa ciuitas sibi in Neronis patrocinio summū esse præsidium. Strabonem Seruilium tibi sepe commendau: nunc eo facio id impensus, quod eius causam Nero suscepit. Tātum à te petimus vt agas eam rem, ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis querelā. Id cum gratum mihi erit, cum etiam existimabo te humanitate tua esse viuum. Summa eius epistola hæc est, vt ornes omnibus rebus Neroiem, sicur instituisti atque fecisti. Magnū theatrum haber ista prouincia, non vt hac nostra, adolescentis nobilis, ingeniōs, abstinentis, commendationem atque gloriam. Quare si te saurore vius erit, sicuti profecto & vter, & vius est, amplissimas clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit, & beneficii suis obligare. Hoc in genere, si cum adiuveris eo studio quo ostendisti, apud ipsum præclarissime posueris: sed mihi etiam gratissimum feceris.

Vale.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR.

66

C V M P. Terçio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas cōsuetudoque est: multaque & magna inter nos officia paria, & mutua intercedit. Eius summa existimatio agitur in eo, vt pactiones cum ciuitatibus reliquis cōficiar. Non me præteris nos eam rem Ephesi expertos esse: neque ab Ephesi vlo modo impetrare posuisse. Sed quum quemadmodum omnes existimant, & ego intelligo) tua cum summa integritate, tum singulari humanitate & mansuetudine consecutus es vt libentissimus Græcis nuru quod velis cōsequere: peto à te in maioren modū vt honoris mei causa hac laude Hisponem affici velis. Præterea cum sociis scriptura mihi summa necessitudo est, non solum ob eam causam quod ea societas vniuersa in mea fide est, sed etiam quod plerisque sociis vtor familiarissime. Ita & Hisponem meum per me ornari, & societatem mihi cōiunctiorem feceris. tuque ipse & ex huius obseruantia gratissimi hominis, & ex sociorum, gratia hominum amplissimorum, maximum fructum capies, & me summo beneficio affecteris. sic enim velim existimes, ex tota tua prouincia, omnq[ue] isto imperio nihil esse quod mihi gratius facere possis.

M. CICERO P. SERVILIO SAL.

67

A. C A E C I N A M maxime proprium clientem familie vestre non commendarem tibi, cum scirem qua fide in tuos, qua clementia in calamitosos soleres esse: nisi me & patris eius quo sum familiarissime vius, memoria, & huius fortuna ita moueret vt hominis omnibus mecum studiis officiisque coniunctissimi mouere debeat. A te hoc omni contentione peto, sic vt maiore cura, maiore animi labore petere nō possum: vt ad ea quæ tua spōte sine cuiusquam commendatione sacceres, in hominem tantum, & talen, calamitosum, aliquem afferant cumulum mez literæ, quo studiosius eum, quibuscumque rebus possis, iubes. Quid si Romæ fuisse, etiam salutem A. Cæcini elemus (vt opinio mea fert) præ te + consecuti. De qua ramen magna spem habenus freti clementia College tui. Nunc quum tuam iustitiam secutus, tutissimum sibi portum prouinciam istam duxit esse, etiam atque etiam te rogo atque oro, vt cum & in reliquis veteris negotiationis colligēdis iuues, & ceteris rebus tegas atque tucare. Hoc mihi gratius saccre nihil potes.

M. CICERO P. SERVILIO PROPR. SAL.

68

B X prouincia mea Caliciensi, cui scis q[uod]as q[uod]as Asiaticas attributas fuisse, nullo sum

familiarius viis, quām Androne Artemonis F. Laodicē: cūmque habui in ea ciuitate cum hospitē, tum vhemēter ad mea vitæ rationem & consuetudinem accōmodatum. Quem quidem multo etiam pluris postea quām deceſſi, facere ceſpi, quod multis rebus expertus sum gratum hominem, meique memorem. Itaque cum Romæ libertissime vidi. Non te enim fugit, qui plurimis in itâ prouincia benignè fecisti, quām multi grati reperiantur. Hæc propterea ſcripsi, vt & me nō sine cauſa laborare intelligeres, & tu ipſe eum dignum hofpitio tuo iudicares. Feceris igitur mihi gratissimū, si declararis quanti me facias, id eft tu r̄ecep̄is eum in fidē tuam, & quibuscuque rebus honeſte, ac sine moleſtia tua poteris, adiuueris. Hoc mihi erit vhemēter gratum. Idque vt facias te etiam atque etiā rogo.

M. TULLIUS CICERO P. SERVILIO ISAVRICO PROCO<sup>S.</sup>  
COLLEGAE SAL. PLV.

69

GRATIAE mihi vhemēter tuz literz fuerunt, ex quibus cognoui cursus nauigationum tuarū. Significabas enim memoriam tuam noſtræ necessitudinis, qua mihi nihil poterat eſſe iucundius. Quod reliquum eft, multo etiam erit gratius, ſi ad me de repub. id eft de ſtatu prouinciarum, de institutis tuis familiariter ſcribes. Quz quāquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libertissime ex tuis literis cognolcam. Ego ad te de reip. Iunna quid ſentiam, non ſape ſcribam propter periculum cuiusmodi literarum. Quid agatur autem, ſcribam ſapius. Sperare tamen videoz Cæſari Collegæ noſtro fore curz, & eſſe, vt habemus aliquam remp. cuius conſiliis magni referebat te interceſſe. Sed ſi tibi uerius eft, id eft gloriouſius. Atz p̄ceſſe, & iſtan partē reip. male affectā tueri: mihi quoque idem, quod tibi & laudi tuz profuturum eft, oportuſ debet eſſe. Ego, quz ad tuam dignitatem pertinere arbitrabor, Iunno ſtudio diligentiāque curabo. In primisque tuncbor omni obſeruanzia clarissimum virum patrem tuum: quod & pro venutate necessitudinis, & pro beneficiis veſtris, & pro dignitate ipſius facere debeo.

CICERO P. SERVILIO COLLEGAE SAL. PLVR.

70

C. C. V. T. I. V. Mithres eft ille quidē, vt ſcis, libertus Posthumus familiarissimi mei: ſed me colis & obſeruat zque arque illum ipsum patronum tuum. Apud eum ego ſic Ephesi fui, quotiescumque fui, tanquam domi mez. Multiq[ue] acciderunt in quibus & beneuolentiam eius erga me experire, & fidem. Itaque ſiquid aut mihi, aut meorum cuiusdam opus eft in Asia, ad hunc ſcribere conſueci: huius cū opera & fide, tum domo & te vti, tanquam mea. Hæc ad te eo pluribus ſcripsi, vt intelligeres, me non vulgariter nec ambitione, ſed vt pro homine intimo, ac mihi perneccarioſi ſcriberem. Pero igitur à te, vt in ea controuerſia quam habet de fundo cum quodā Colophonio, & in ceteris rebus, quantum fides tua patietur, quantumque tuo cōmodo poteris, tantum & honoris mei cauſa commodes. eti ut eius modeſtiam cognoui, grauiſ tibi nulla in te erit. Si & mea commendatione & ſua probitate affeſcuris erit vti de te bene exiftimes, omnia ſe adeptum arbitrabitur. Ut igitur cum recipias in fidem, habeāſque in numero tuorū, te vhemēter etiam atque etiā rogo. Ego quz te velle, quāque ad te pertinere arbitrabor, omnia ſtudioſe diligenterque curabo.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE SAL. PLVR.

71

QVIA non eft obſcura tua in me beneuolentia, ſic fit vt multi per me tibi commendari velint. Ego autē tribuo nonnunquam in vulgus, ſed plerunque neceſſariis in hoc tem po. Nam cum T. Ampio Balbo mihi ſumma familiaritas, neceſſitudōque eft. Eius liberum T. Ampium Menandrum hominem frugi & modeſtum, & patrōno & nobis vhemēter probatum tibi commando maiorem in modum. Vhemēter mihi gratum feceris, ſi quibuscumque rebus ſine tua moleſtia poteris, ei commodaris. Quod vt facias, te vhemēter etiam atque etiā rogo.

M. CICERO S. D. P. SERVILIO COLLEGAE.

72

MVLTO ſi tibi commendem neceſſe eft, quum omnibus nota noſtræ neceſſitudo eft, tuāque erga me beneuolentia. Sed tametis omnium cauſa quos commando, velle debo, tamen cum omnibus non eadem mihi cauſa eft. T. Agustus & comes meus fuit illo milerimo tempore, & omnium itincrium, nauigationum, laborum, periculorum meorū ſocius.

# 158 Ad C. Memmum, & cæteros.

Neque hoc tempore discessisset à me, nisi ego ei permissem. Quare sic tibi cum cōmodo, vt vnum de meis domesticis, & maxime necessariis. Pergratum mihi feceris, si cum ita tractaris vt intelligat hanc commendationem sibi magno vsu atque adiumento fuisse.

M. CICERO P. SERVILIO COLLEGAE SAL.

73

C AERELLI AE necessaria mea rem, nomina, possessiones Asiaticas commendauit tibi præsens in hortis tuis, quām potui diligentissime: tuque mihi pro tua consuetudine, prōque tuis in me perpetuis maximisque officiis omnia te factū liberalissime recepisti. Minimis te id spero. Scio enim solere. Sed tamen Carelliz procuratores scriperunt te propter magnitudinem prouincia, multitudinemque negotiorum etiam atque etiam esse cōmonfaciendum. Peto igitur vt memineris te omnia, quā tua fides pareretur, mihi cumulate recepisse. Evidem exstimo habere te magnam facultatem (sed hoc tui est cōsiliū & iudicij) ex eo s.c. quod in hæredes C. Vennoni factū est Carelliz commodandi. Id s.c. tu interpretabere pro tua sapientia. Scio enim eius ordinis autoritatem semper apud te magni fuisse. Quod reliquum est, si velim exstimes, quibuscūque rebus Carelliz benigne feceris, mihi te gratissimum esse facturum.

M. CICERO Q. PHILIPPO PRO COS. SAL.

74

G R A T V L O R tibi quōd ex prouincia saluum te ad tuos recepisti incolumi fama & rep. Quod si Romæ vidissem, coramque gratias egisset, quōd tibi L. Egnatius familiarissimus meus absens L. Oppius præsens cura fuisse. Cum Antipatro Derbere mihi nō solum hospitium, verum etiam summa familiaritas intercedit. Ei te vehementer suscepisti audius, & moleste tuli. De re nihil possum iudicare, nisi illud mihi persuadeo, te talē virum nihil temere fecisse. te autem pro vetere nostrâ necessitudine etiam atque etiam peto, vt eius filios qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones: nisi quid exstimas in ea re violari existimationem tuam. Quod ego si arbitrarer, nunquam te rogaré: mihi que tua fama multò antiquior esset, quām illa necessitudo est. Sed mihi ita persuadeo (potest fieri vt fallar) eam tē laudi tibi potius, quām vituperatione fore. Quid fieri possit, & quid mea causa facere possit, nam quid velis, non dubito) velim, si tibi graue non erit, certiorē me facias.

M. CICERO Q. PHILIPPO PRO COS. SAL.

75

E T S I non dubito pro tua in me obseruantia, prōque nostra necessitudine, quin commendationem meam memoria teneas: tamen etiam atque etiam cūdēn tibi L. Oppiū familiarem meum præsentem, & L. Egnati familiarissimi mei absensis negotia cōmodo. Tāta mihi cum eo necessitudo est, familiaritasque, vt si mea res esset non magis laborare. Quapropter gratissimū mihi feceris, si curaris vt ītelligat me à te tantū amari, quānū ipse exstimo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Idq; vt facias, te vehementer rogo. Vale.

M. CICERO T. TITIO T. F. LEG. SAL. D. C.

76

E T S I non dubito quin apud te mea cōmendatio prima satis valeat, tamen obsequor homini familiarissimo C. Auianio Flacco, cuius causa omnia cum cupio, tum mehercule etiam debeo. De quo & præsens tecum egi diligenter, cum tu mihi humanissime respondisti, & scripsi ad te accurate antea: sed putat interest sua, me ad te quam cōpissimè scribere. Quare velim mihi ignoras, si illius voluntati obrepans, minus videbor meminisse constantias tuas. A te idem illud peto, vt de loco, quod deportet frumentum, & de tempore, Auianio commodes, quorum utrunque per cūdēn me obtinuit trienium, dum Pompeius isti negotio præfuit. Summa est, in quo mihi gratissimum facere possit, si curaris vt Auianus, quem sc̄ à me amari putat, me à te amari faciat. erit id mihi pergratum.

M. CICERO IIII. VIRIS ET DECVRIONIBVS. S. D.

77

T A N T A E mihi cum Q. Hippio causæ necessitudinis sunt, vt nihil possit esse cōunitus quām nos inter nos sumus. Quod nisi ita esset, vterer mea cōsuetudine, vt vobis nulla in te molestus essem. Etenim vos mihi optimi testes estis, quām mihi persuasum esset, nihil esse quod à vobis impetrare non possem: nunquam me tamen grauem vobis esse voluisse. Vehementer igitur vos etiam atque etiam rogo, vt honoris mei causa liberalissime C. Valgum Hippianum tractetis, remque cum eo conficiatis, vt quam possessionē habet

in agro Fregellano, à vobis emptam, eam liberam & immunem habere possit. Id si à vobis impetraro, summo me beneficio vestro affectum arbitrabor.

M. CICERO S. D. P. SVLPITIO IMP.

78

C V M his temporibus non sanè in Senatum vētitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimauit me saluo iure nostrā veteris amicitiz multorūmque inter nos officiorū facere posse vt honori tuo decessim. Itaque affui, supplicationēmque tibi libenter decreui: nec reliquo tempore villo, aut rei, aut existimationi, aut dignitati tuz dectro. Atque hoc vt tui necessarii sciant, hoc me animo erga te esse, velim facias eos per literas certiores, vt siquid tibi opus sit, ne dubitene mihi iure suo denuntiare. M. Bolanus virum bonum & fortē, & omnibus rebus ornatū, meūmque veterem amicum tibi magnopere commēdo. Per gratum mihi feceris si curaris vt is intelligar hanc commendationem sibi magno adiumento fuisse. Ipsūmque virum optimum gratissimūmque cognosces. Promitto tibi, te ex eius amicitia magnam voluptatem esse capturum: præterea à te peto in maiore modum pro nostra amicitia, & pro tuo perpetuo in me studio, vt in hac reetiam labores. Dionysius seruus meus qui meam bibliothecen multorum nummorum traſtauit, cum multos libros surripuerit, nec se impune laturum putaret, aufugit. Is est in prouincia tua. Eum & M. Bolanus familiaris, & multi alii Narone viderunt. Sed cum sc̄ à me manumissum esse diceret, crediderunt. Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere quām mihi gratum futurum sit. Res ipsa parua, sed animi mei dolor magnus est. Vbi sit, & quid fieri possit, Bolanus te docebit. Ego si hominem per te recuperaro, summo me à te beneficio affectum arbitrabor.

M. CICERO ALLIENO SAL.

79

D E M O C R I T V S Sicyonius, non solum hospes meus est, sed etiam, quod non multis contingit, Græcis præfertim, valde familiaris. Est enim in eo summa probitas, summa virtus, summa in hospites liberalitas & obseruancia: mēque præter ceteros & colit & obseruat, & diligit. Eum tu non modo suotū ciuium, verū pene Achaic principē cognosces. Huic ego tantummodo aditū ad tuā cognitionē patefacio & munio: cognitū per te ipsum quā tua natura est, dignum tua amicitia atque hospitio iudicabis. Petō igitur à te vt his litteris lectis recipias eum in tuam fidem: pollicere omnia te factūrū mea caufa. De reliquo, si id quod cōfido, fore dignum cum tua amicitia hospitioque cognoveris, peto vt eum cōplectare, diligas, in tuis habeas. Erit id mihi maiorem in modum gratum. Vale.

M. CICERO S. D. ALLIENO PRO COS.

80

E T te scire arbitror quanti fecerim C. Auianum Flaccū: & ego ex ipso audiuerā optimo & gratissimo homine, quām à te liberaliter esset tractatus. Eius filios dignissimos illo patre, mēisque necessarios, quos ego vtrice diligo, commendo tibi sic, vt maiore studio nulos commēdere possim. C. Auianus in Sicilia est. Marcus est nobiscū. Ut illius dignitatem præfentis ornes, rem vtriusque defendas, te rogo. Hoc mulhi gratius in ista prouincia facere nihil potes: idque vt facias, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD TEREN-  
TIAM VXOREM.

TVLLIVS TERENTIAE SVAE, TVLLIOLAE SVAE,  
CICERONI SVO S. D.

E T LITERIS multorū & sermone omnium perfertur ad me incredibilē tuam virtutem & fortitudinē esse: tēque nec animi, neque corporis laboribus defatigari. Me misericordum, te illa virtute, fide, probitate, humanitate in tantas ærumnas propter me incidiſſe: Tulliolamque nostram, ex quo patre tātas voluptates capiebar, ex eo tantos percipere lūsus! Nam quid ego de Cicerone dicam: qui cum primum sapere cōpīt, acerbissimos do-

# 160 Ad Terentiam vxorē, & liberos.

lores miseriaſque percepit. Quod si tu vt scribis,fato facta putarem,ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa,qui ab his me amari putabā, qui inuidebāt: eos non sequerai qui petebant. Quod si nostris consilīi viſi essemus, neque apud nos tantum va- + luſſet sermo aut ſubtotum amicorū,aut improborum,beatissimi viuercemus: nunc quum sperari nos amici iubent, dabo operam ne mea valetudo tuo labori defit. Res quanta ſit, intelligo:quantōque fuerit facilius manere domi,quām redire. Sed tamē ſi omnis Tribb. pl. habemus: ſi Lentulum tam ſtudioſum,quām videtur: ſi vero etiam Pompeium & Ce- farem,non eſt deſperandū. De familia,quomodo placuisse scribis amicis, faciemus. Delo- co,nunc quidē iam abut peſtilentia: fed quandiu fuit,me nō attigit. Plancius homo offi- ciosiflmuſ me cupit eſſe fecum: & adhuc retinet. Ego volebam loco magis deferto eſſe in , Epiro,quod neque Hyspo venire,ne milites:fed adhuc Placiūs me retinet: ſperat poſſe fie- ri vt meū in Italiam decedat. Quem ego diem ſi video, & ſi in veſtrum complexū ve- nero, ac ſi & vos & meipſum recuperaro: ſatis magnum mihi fructum videbo percepiliſc & veſtrę pietatis & mea. Pifonis humanitas,virtus,amor,in omnes nos tantus eſt,vt nihil ſuprā poſſit. Vtinam ea res ei volupatiſit:gloriz quidē video fore. De Q. fratre,nihil ego te accusauit: fed vos,cū praefertim tam pauci ſit,volui eſſe quām coiunctiſſimos. Quibus me voluisti agere gratias,egi: & me à te certiorē eſſe factum ſcripi. Quod ad me mea Terentia ſcribiſ,te viu venditurū:quid obſecro,te(me miferum)quid futurū eſt: Etſi nos 10 premet eadem fortuna,quid pueri mifero fiet? Nō queo reliqua ſcribere, tanta viſ lacry- marum eſt:neque te in cundem flerum adducam. Tantum ſcribo: ſi erunt in officio ami- ci, pecunia non decrit: ſi non erunt,tu efficeris tua pecunia non poteris. Per fortunas mife- ras noſtras vide ne puerum perditum perdamus. Cui ſi aliiquid erit:ne egas mediocri vir- tute opus eſt, & mediocri fortuna, vt cætra confequatur. Fac valeas,& ad me tabellarios mittas, vt ſciam quid agatur,& vos quid agatis. Mihi omnino iam breuis expeſatio eſt. Tulliolę & Ciceronū ſalutem dic. Valere. D. ad v. 1. K. Decem. Dyrrachii. Dyrrachium , veni,quod & libera ciuitas eſt,& in me officioſa,& proxima Italiz. Sed ſi me offendet loci celebritas,aliò me conſeram,ad te ſcribam.

## TULLIVS S. D. TERENTIAE SVAE ET TULLIOLAE ET CICERONI SVIS.

NON I putare me ad quenquam longiores epiftolas ſcribere,niſi ſiquis ad me plura ſcri- piſt, cui puto reſcribi oportere. Nec enim habeo quid ſcribā: nec hoc tempore quicquam diſſicilius facio. Ad te vero, & ad noſtrā Tulliolam non quoſ ſine plurimis lacrymis ſcri- bere. Vos enim video eſſe miſeritas,quas ego beatissimas ſempre eſſe volui, idque praſta- re debui: & niſi tam timidi fuſſemus, praſtituſſem. Pifonem noſtrum merito eius amo plu- rimum. Eum vt potui, per literas cohortatus ſum: gratiāſque egi vt debui. In nouis Tribb. pl. intelliſo ſpem te habere: id erit firmum, ſi Pompeii voluntas erit: ſed Crallum tamen meruo. A te quidem omnia fieri fortiffime & amantiffime video, nec miror: ſed morteo + caſum cuiusmodi, vt tantis tuis miſeriis mea miſeria ſubleuentur. Nam ad me P. Valerius homo officioſus ſcripſit, id quod ego maximo cum ſletu legi, quemadmodum à Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſet. Hem mea lux, meum deſiderium, vnde omnes opem petere ſoldant, te nunc mea Terentia ſic vexari, ſic iacere in lacrymis & ſordibus: idque fieri mea culpa, qui cæteros ſeruaui, vt nos periremus! Quod de domo ſcribis, hoc eſt de area, ego vero tum denique mihi videbor reſtitutus, ſi illa nobis erit reſtituta. Verū hæc non ſunt in noſtra manu. Illud doleo, quæ impensa facienda eſt, in eius partem miſeram, & deſpolia- tam venire. Quod ſi conficitur negotium, omnia conſequemut: ſin eadē nos fortuna pre- met, etiām reliquias tuas miſera proiicies. Obſecro te mea vita, quod ad ſumptum attinet, ſine alios qui poſſunt, ſi modo volunt ſuſtinere: & valetudinem iſtan infirmam, ſi me amas, noli vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesque verfaris. Omneſ labores te exci- pere video: timeo vt ſuſtineas: ſed video in te eſſe omnia. Quare vt id quod ſperas, & quod agis conſequamur, ſerui valetudini. Ego ad quos ſcribam neſcio, niſi ad eos qui ad me ſcri- bui: aut ad eos de quibus ad me vos aliquid iſcribitis. Lōgius, quum ita vobis placet, nō di-

» sedam. sed velim quam sepiissime literas mittatis, prafertim siquid est firmius quod sperremus. Valere mea desideria, valete. D.ad iiii. Non.Oct.Theſalonica.

**TULLIVS S. D. TERENTIAE SVAE, ET TULLIO-**  
**LAE ET CICERONI.**

3

ACCEPI ab Aristocrito tres epiftolas, quas ego lacrymis prope deleui. Coficio enim mortore mea Terentia: nec me miseris magis excruciant, quam tuz vestræ. Ego autem hoc miserior sum, quam tuz es miserrima, quod ipſa calamitas communis est vtriusque nostrum: sed culpa mea propria est. Meum fuit officium vel legatione viare periculum, vel diligentia & copius reflitare, vel cadere fortiter: hoc miserius, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cū dolore conficiar, tum etiam pudore. Pudet enim me vxori meæ optimæ, suauissimi liberis, virtutem & diligentiam non praefituisse. Nam mihi autem oculos dies nocteſque versatur squalor vester, & mortor, & infirmitas valetudinis tuæ: spes autem salutis pertenuis ostenditur. Inimici sunt multi: inuidi penè omnes. Eucere nos magnum fuit: excludere facile est. Sed tamē quandiu vos critis in ipse, non deficit, ne omnia mea culpa occidisse videatur. Vt tuto sum quod laboras, id mihi nunc facillimum est, quem etiam inimici volunt vivere in his tantis miseriis. Ego tamen faciam quæ præcipis. Amicis, quibus voluisti, egi gratias: & eas literas Deſippo dedi: meque de corum officio scripsi à te certiorum esse factum. Pifonem nostrum mirifico esse studio in nos & officio, & ego perspiccio, & omnes predican. Dū faxint vt tali genero mihi praefentis tecum simul, & cum libris nostris frui licet. Nunc spes reliqua est in nouis Tribb. pl. & in primis quidem diebus. Nam ſi inueterarit, auctum eſt. Ea re ad te statim Aristocratum mihi, vt ad me continuo initia rerum, & rationem totius negotii polles scribere: eti Deſippo quoque ita imperau, statim vt recurret: & ad fratrem mihi, vt crebro tabellarioris mutaret. nam ego eo nomine sum Dyrthachii hoc tempore, vt quamcelerim quid agatur audiam, & sum tuto. Ciuitas enim hæc ſemper à me defensa eſt. Cum inimici nostri venire dicentur, tum in Epirum ibo. Quod scribis te, ſi velim, ad me venturæ ego vero cum ſciā magnam partem iſtius oneris abs te fuſtineri, te iſtis eſe volo. Si perficitis quod agitis, me ad vos venire oportet: ſin autem, ſed nihil opus eſt reliqua scribere. Ex primis, aut ſummum ſecundis literis tuis conſtituere poterimus quid nobis faciendum fit. Tu modo ad me velim omnia diligenterſime perſcribas: eti magis iam rem, quā literas debo expectare. Cura vt valeas, & ita tibi perſuadeas, mihi te charius nihil eſſe, nec vñquam fuſſe. Vale mea Terentia, quā ego videre video: itaque debilitor lacrymis. Vale. Pt. Kal. Dec.

**TULLIVS S. D. TERENTIAE ET TULLIAE ET**  
**CICERONI SVIS.**

4

EGO MINVS ſape do ad vos literas quām poſſum, propterea quōd cum omnia mihi tempora ſunt miſera, tum vero cum aut ſcribo ad vos, aut veftras lego, coficio lacrymis, ſic vt ferre non poſſim. Quod vtinam minus vite cupidi fuſſemus, certe nihil aut non multum in vita mali vidiffemus. Quōd ſi nos ad aliquam alicuius commodi aliquādo recuperandi ſpem fortuna referauit, minus eſt erratum à nobis: ſi hæc mala fixa ſunt, ego vero te quamprimum mea vita cupio videre, & in tuo complexu emori: quum neque dii, quos tu caſtillime coluisti: neque homines, quibus ego ſemper ſeruui, nobis gratiā re-tulerunt. Nos Brundisi apud M. Lenium Flaccum dies xiiii fuimus, virū optimum, qui periculum fortunari, & capiſſi ſui p̄r̄ mea ſalute neglexi: neque legis improbissime p̄ce na deductus eſt quo minus hospiti & amicitiz ius, officiumque praefatet. Huic vtiq̄ aliquid gratiam reſſere poſſimus, habebitus quidem ſemper. Brundisio profecti ſumus ad V. Kal. Mai. per Macedoniām Cyzicum petebamus. O me perditum. O afflictum. quid nū rogem te vt venias, mulierem agram & corpore & animo conſectam: non togem, ſine te igitur ſum. Opinor ſic agam: ſi eſt ſpē noſtri reditus, eam confirmeſ, & rem adiuueſ: ſin, vt ego metuo, tranſactum eſt, quoquo modo potes ad me fac venias. Vnū hoc ſcito, ſi te habeo, non mihi videbor plane periſſe. Sed quid Tulliola mea fieriſtam id vos videte: mihi

L.i.

deest consilium. Sed certe quoquo modo se res habebit, illius misella & matrimonio & fama seruendum est. Quid Cicero meus, quid ager? Iste vero sit in sinu semper & complexu meo. Non quo plura iam scribere, impedit moror. Tu quid egeris nescio; utrum aliquid teneas, an quod metuo, plane sis spoliata. Pisonem vt scribis, spero fore semper nostrū. De familia liberata nihil est quod te moueat. Primum, tui ita promissum est te facturā esse, vt quisque eset meritus. Est autem in officio adhuc Orpheus: præterea magnopere nemo cæterorum seruorū. Ea causa est, vt si res à nobis abesser, liberti nostri esent, si obtinere potuerint: si ad nos pertinerent, seruaret, præterquā oppidō pauci. Sed hæc minora sunt. Tu quod me hortaris vt animo sum magno, & spem habeam recuperandæ salutis: id velim sit ciusmodi, vt recte sperare possimus. nunc miser quando tuas iam literas accipiam, quis ad me perferat: quas ego expectassem Brundisi, si eset licitum per nautas, qui tempelatam prætermittere noluerunt. Quod reliquum est, sustenta te mea Terentia vt potes. honestissime viximus, floruitus: non virtutem nostrum, sed virtus nostra nos attulit. peccatum est nullum, nisi quod non vñā animam cum ornamentis amisimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos vivere, cetera quanquam ferenda non sunt, seramus. Atque ego qui te confirmo, ipse me non possum. Clodium Philætraenum, quod valetudine oculorum impeditur, hominem fidem remisi. Sallustius officio vincet omnes: Peccatum est per benevolus nobis: quem semper spero tui fore obseruantē. Sicca dixerat se mecum fore: sed Brun disio discessit. Cura quoad potes, vt valeas: & sic existimes, me vehementius tua miseria, quam mea cōmoueri. Mea Terentia fidissima atque optima vxor, & mea charissima filiola, & spes reliqua nostra Cicero valete. Prid. Kal. Mai. Brundisi.

## TULLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

5

SITV & Tullia lux nostra valetis, ego & suauissimus Cicero valemus. Pr. Id. Oct. Athanas venimus, cum sanè aduersis vñis essemus, tardèque & incommodo nauigassemus. De naui excubitus nobis, Acastus cum literis praefto fuit vno & vigesimo die, sanè strenue. accipi tuas literas, quibus intellexi te veteri ne superiores mihi redditæ non essent. Omnes sunt redditæ, diligentissimè à te prescripta omnia: idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus hanc epistolam, quam Acastus attulit, breuem fuisse. iam enim me ipsum expectas, siue nos ipsos, qui quidem quāprimum ad vos venire cupimus: et si in quā remp. venimus, intelligo. cognoui enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare: vt mihi, cum venero, dissimulare non licet quid sentiam. Sed quum subcunda fortuna est, cò citius dabimus operā vt veniamus, quod facilius de tota re deliberemus. Tu velim quod commodo valetudinis tua fiat, quam longissime poteris, obuiam nobis prodes. De hæreditate Preciana, quæ quidem mihi magno dolori est (valde enim illum amavi) sed hoc velim cures, si auëtio ante meum aduentū fit, vt Póponius, aut si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet. Nos, cum salvi venerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis vt hoc ita fiat. Nos si dii adiuvabunt, circiter Id. Nou. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima & opreatissima Terentia, si nos amatis, curate vt valcatis. Vale. Athenis ad xv. Kal. Nou.

## TULLIUS TERENTIAE SVAE.

6

NEC sapere est cui literas demus: nec rem habemus villam quam scribere velimus. Ex suis literis quas proxime accepi, cognoui predium nullum venire potuisse. Quare videatis velim quomodo satifiat ei cui scitis me latifieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego nō miror te miceri vt ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas. Cura vt valcas. Id. Quint.

## TULLIUS TERENTIAE SVAE I. S.

7

OMNEIS molestias & sollicitudines quibus & te miserrimam habui, & id quod mihi molestissimum est, Tulliolam, quæ nobis nostra vita dulcior est, depositi & ceci. Quid cauſa autem fuerit, postridie intellexi quam à vobis discessi. ~~gōvō~~ ~~angēm~~ noctu ceci statim. Ita sum leuatus, vt mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum soles, pie & caste satisfacias, id est Apollini & AEsculapio. Nauem spero nos

valde bonā habere: in eam simulatque cōscendi, hæc scripsi. Deinde conscribam ad nos trós familiareis multas ep̄stolas, quibus te & Tulliolam nostrā diligētissime cōmendabo. Co<sup>4</sup>hortarer vos quōd animo fortiore esetis, nī si vos fortiores cognossem, quām quenquam virum. Et tamen eiusmodi spero negotia esse, vt & vos isti commodissime sp̄rem esse, & me aliquādō cum similibus nostri rem publicam defensuros. Tu primum valerudinē tuam velim cures: deinde, si tibi videbitur, villis iis utere quæ longissime aberunt à militibus. Fūdo Arpinati bene poteris vti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicte: etiam atque etiam. Vale. D. i 11. Id. Iun.

## TVLLIUS TERENTIAE SVAE S.

S. V. B. E. E. V. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi & scriptū, & munitiū est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certorem, fecisti mihi gratum. Item posthac siquid opus erit, siquid acciderit noui, facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale. D. i 11. Non. Iun.

## TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. P.

A D cæteras meas miseras accessit dolor è Dolabellæ valetudine & Tulliz: omnino de omnibus rebus nec quid cōsiliū capiam, nec quid faciam scio. Tu velim tuam & Tulliz valetudinem cures. Vale.

## TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

Q. V. I. D fieri placet, scripsi ad Pomponium serius quām oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri velim. Apertius scribi, quum ad illum scrips̄eram, non necesse fuit. De ea te, & de cæteris rebus quamprimum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. V 11. Id. Quint.

## TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

S. V. B. E. V. Tullia nostra venit ad me pridie Id. Iun. cuius summa virtute, & singulari humanitati grauiorē etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligenter, vt longe alia in fortuna eset atque eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Salustium. Si profectus erit, faciam te certorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. X V 11. Kal. Quint.

## TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

Q. V. O D nos in Italiam saluos venisse gaudes, perpetuo gaudes velim. Sed perturbati dolore animi, magnisque iniuriis, metuo ne id confitili cuperimus quod non facile explicare possumus. Quare quantum potes adiuua. Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quōd te des hoc tempore, tu hil eli, & longum est iter, & nō tutum, & non video quid prodeles possis, si veneris. Vale. D. Pr. Non. Nou. Brundisio.

## TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

Q. V. O D scripsi ad te proximis literis de nuntio remittendo, quæ sit istius vis hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis, ignoro. si metuendus iratus est, quies tamen ab illo fortassis nasceretur. Totū iudicabis quale sit, & quod in miserrimis rebus minime miserum putabis, id facies. Vale. V 11. Id. Quint.

## TVLLIUS TERENTIAE, ET PATER TVLLIAE, DVABVS

ANIMIS SVIS: ET CICERO MATRI OPTIMAES, SVAVISSIMAE SORORI S. P. D.

S I V O S valetis, nos valemus. Vestrū iam cōsiliū est, nō solum meum, quid sit vobis faciendū. Si ille Romā modeſte vēturus, recte in praefentia domi esse poteris: si homo amens diripiendā vrbem daturus est, vereor vt Dolabellæ ipse satis nobis prodeſe possit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamur, vt cū velitis exire, non licet. Reliqui ei, quod ipsi optime cōſyderabit, vestri similes feminae sunt ne Romā. Si enim non sunt, videntur dūt ut honeste vos esse possitis. Quomodo quidē nunc se res habet, modo ut hæc nobis loco tenere licet, bellissime vel meū vel in nostris pradiis esse poteritis. Etia illud rendūt, ne breui tēpore fames in vrbe sit. His de rebus velim cū Pôponio, cū Camillo, cū quibus vobis videbitur, consideretis: ad summā, animo fortis fitis. Labienus rem meliorem

# 164 Ad Terentiam vxorē, & liberos.

fecit. Aduuat etiā Piso, quod ab urbe discedit, & sceleris condemnat generū suū. Vos mez charissimæ animæ quas sapissime ad me serbite, & vos quid agatis, & quid istic agatur. Quintus pater, & filius, & Rufus vobis salutē dicunt. Valete. V 11 LK. Quint. Mēturnis.

TVLLIUS S. D. TERENTIAE.

s 1 vales, bene est. Constitueramus ut ad te antea scriberā, obuiā Cicerōnē Cafari mittere: sed mutauimus cōsiliū, quia de illius adūtu nihil audiebamus. De ceteris rebus etiā nihil erat noui, tamē quid velimus, & quid hoc tēpore putemus opus esse, ex Sicca poteris cogno scere. Tulliā adhuc mecum teneo. Valetudinē tuā cura diligēter. Vale. x 11. Kal. Quint.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE.

s. T. V. B. E. V. Et si eiusmodi tēpora nostra sunt ut nihil habeam quod aut à te literarum expectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quo modo & ipse vestras literas expecto, & scribo ad vos cum habeo qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse quam fuisse: id ipsum quod fecit, potuit diligenter facere & cautius, quanquā alia sunt quæ magis curemus, magisque doleamus: quæ me ita conficiunt, ut voluerunt qui me de mea lenitentia detruerent. Cura ut valecas. Pr. Non. Ian.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

s. V. B. E. V. Siquid haberē quod ad te scriberem, facere id & pluribus verbis & sappiis. Nunc quæ sunt negotia vides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac ut tuam & Tulliā valetudinem cures. Vale.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE, ET PATER SVA VISSIMA  
FILIAE, CICERO Matri ET SORORI S. D. P.

CONSIDERANDVM vobis etiā atque etiam animæ mez diligenter puto quid faciat, Romæ sitis, aut mecum in aliquo tuto loco. Id nō solum meū consilium est, sed etiam vestrū. Mihi veniūt in mentē hæc, Romæ vos esse tuto posse per Dolabellam: eamque rem posse nobis adiumento esse, siquæ vis, aut siquæ rapinæ fieri cooperint. Sed rursus illud me mouet, quod video omnes bonos abesse Roma, & eos mulieres suas fecū habere. Hæc autem regio, in qua ego sum, nostrorū est cum oppidorum, tum etiam prædiorum, ut & multum esse mecum, & cum abiheritis, cōmode & in nostris esse possitis. Mihi planè nō sat satis constat adhuc utrum sit melius. Vos videte quid alia faciant isto loco sceminz: & ne cum velitis exire, non licet, id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum & cum amicis consideretis. Domus ut propugnaculo & præsidium habeat, Philotimo dicitis. Et velim tabellarios instituiri certos, ut quotidie aliquas a vobis literas accipiam. Maxime autem date operam ut valeatis, si nos vultis valere. V 111. Kal. Formiū.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

IN maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliā nostræ. De qua nihil est quod ad te plura scribam: tibi enim æquæ magnæ curæ esse certo scio. Quod me proprius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam ante fecisse, sed me multa impediuerunt, quæ ne nū quidem expedita sunt. Sed à Pomponio expecto literas, quas ad me quamprimum preferendas cures velim. Da operam ut valeas.

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

IN Tusculanum nos venturos putamus aut Non. aut postridie: ibi ut sint omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt, & ut arbitror, diutius ibi commorabitur. Labrum si in balisco nō est, ut sit. Itē cetera quæ sunt ad victum & valetudinem necessaria. Vale. Kal. Oct. de Venafino.

TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

s. V. B. E. V. Da operam ut conualefas, quod opus erit, ut res tempusque postulat, prouideas atque administris: & ad me de omnibus rebus quas sapissime literas mittas. Vale.

TVLLIUS S. D. TERENTIAE SVAE.

s. V. B. E. V. Nos quotidie tabellarios nostros expectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores quid nobis faciendū sit, faciemusque te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. Kal. Sept.

## TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

23

S. V. B. E. V. Reddite mihi tandem sunt à Cæfare literæ fatis liberales: & ipse opinione celerius venturus esse dicitur. Cui vtrum obuiam procedam, an hic eum expectem, cum constituo, faciam te certiorum. Tabellarios mihi velim quāprimum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. D. Pr. Id. Sext.

## TVLLIUS TERENTIAE SVAE S. D.

24

S. V. B. E. V. Nos neque de Cæsari aduentu, neque de literis, quas Philotimus habere dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Siquid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fae ut cures. Vale. I. II. Id. Sext.

## M. TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIB. XV.

M. TVLLIUS M. F. CICERO PROCONS. S. P. D. COSS:

PRAET. TRIBB. PLEB. SENATV:

I

S. V. V. B. E. E. Q. V. Et si non dubie mihi nuntiabatur Parthos transisse Euphratrem cù omnibus sere suis copiis: tamē uobis arbitrabar à M. Bibulo Procos, certiora de his rebus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse publice setibere ea quæ de alterius prouincia nuntiarentur. Postea vero quām certissimis authoribus, Legatis, nuntiis, literis sum certior factus: vel quod tanta res erat, vel quod nondum audieramus Bibulum in Syriam venisse, vel quia administratio huius belli mihi cù Bibulo penè est cōmuni: quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putau. Regis Antiochi Commageni Legati primi mihi nuntiabant Parthorum magnas copias Euphratrem transire cœpisse. Quo nuntio allato, cum essent nonnulli qui ei Regi minorē fidem habendam putarent, statui expectandum esse, siquid certius afficeretur. Ad xiiii. Kal. Oct. cum exercitum in Ciliciam ducrem, in finibus Lycaoniz & Cappadocia mihi literæ reddite sunt à Tarcondimoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissimusque Pop. Ro. existimat, Pacore Orodii regis Parthorum filius cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratrem, & castra posuisse Tybz, magnumque tumultum esse in prouincia Syria excitatum. Eodem die ab Iamblico Phylarcho Arabum, quem homines opinantur bene sentire, amicissimumque esse Reip. nostræ, literæ de iisdem rebus mihi redditæ sunt. His rebus allatis, etiæ intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarū rerum expectatione suspensos: sperabam tamen eos, ad quos iam accesseram, quique nostram confuetudinem integritatemque perspexerant, amicos Pop. Rom. esse factos. Ciliciam autem firmorem forte, iu aquitatis nostræ participi facta esset. Et ob eam causam, & vt opptimeretur ii qui ex Cilicum gente in armis essent, & vt hostis is qui esset in Syria, sciret exercitum Pop. Rom. non modo non cedere his nuntiis allatis, sed etiam proprius accedere: exercitū ad Taurū institui ducere. Sed siquid apud vos authoritas mea ponderis habet, in his præfertim rebus quas vos auditis, ego pene certo: magno opere vos & horror & moneo, vt his prouinciis serius vos quidē quām decuit, sed aliquando tamen consuleatis. Nos quemadmodum instructos, & quibus praefidiliis munitos ad tantum bellii opinionem miseritis, nō elis ignari, quod ego negotium nō stultaria obsecratus, sed verecundia deterritis non recusavi. Neque enim vñquam illum periculum tantū putau, quod subterfugere mallem, quām vñtrre authoritati obtemperare. Hoc autem tempore res se sic habet, vt nisi exercitū tantum, quātum ad maximū bellum mittere soletis, mature in has prouincias miseritis, summum periculum sit ne amittendæ sint omnes hæ prouinciez, quibus vñctigalia Pop. Ro. cōtinentur. Quamobrē autem in hoc prouinciali delectu sp̄e habentis aliqua, causa nulla est: neque mule sunt, & diffingunt qui sunt metu oblato. Et quod genus hoc militum sit, judicauit vir fortissimus M. Bibulus in Asia: qui cum vos ei permisisti, delectu habere noluerit. Nam socrorum auxilia propter acerbitatē, atque iniurias imperii nostri, aut ita imbecilla sunt vt nō multū nos inuare possint, ita alienata à nobis, vt neque expectandū ab iis, neque cōmittendum iis quicquā esse videatur. Regis Deiotari & voluntate, & copias, quantecūque sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. Reliqui

L.iii.

Reges, tyrānique, neque opibus satis firmi, nec voluntate sunt. Mihi in hac paucitate militum animus certe non decit: spero ne consilium quidem. Quid casurum sit, incertum est. Vtinam salutē nostrā consulere possumus: dignitati certe consulemus.

M. TULLIUS M. F. CICERO PRO COS. S. D. COSS.

PRAET. TRIB. PLEB. SENATVI.

2

S. V. B. E. E. Q. V. Cum Pr. Kal. Sext. in prouincia venissem, neque maturius propter iti-  
nerū & nauigationum difficultatē venire potuisse: maxime conuenire officio meo, Rei-  
que pu. cōducere putavi, parare ea quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinēt.  
Quæ cum essent à me cura magis & diligentia, quam facultate & copia constituta: nunti-  
que & literæ de bello à Parthis in prouinciam Syriam illato cordie serè afferre: iter mi-  
hi faciēdum per Lycaoniā & per Iſauros, & per Cappadociā arbitratuſ sum: erat enim  
magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi atque irrumpere in meam prouinciam conarē-  
tur, ite eos per Cappadociā, quod ca maxime pateret, esse facturos. Itaque cum exercitu +  
per Cappadociz partem eam quæ cum Cilicia continens est, iter feci: castraque ad Cybi-  
stra quod oppidum est ad montem Taurum, locaui: vt Artuſades Rex Armenius, quoquā  
animo esset, scire non procul à suis finibus exercitum Popu. Rom. effe: & Deiotarū fi-  
delissimum Regē, atque amicissimum reip. nostrā, maxime coniunctum habem, cuius &  
confilio & opibus adiuuari posset resp. Quo cū in loco castra haberet, equitatūmque in Ci-  
liciam misissem, vt & meus adiutus his ciuitatibus, quæ in ea parte essent, nō ieiatus, firmo-  
res animos omnī faceret, & ego mature, quid in Syria ageretur, scire possem: tēpū eius tri-  
dui, quod in his castris morabar, in magno officio, & necessario mihi ponendū putavi. Cū  
cauī vestra authoritas intercessisset, vt ego Regē Ariobarzanē, Euseben, & Philorhomœū  
tuerer, cūque Regis salutē, incolumente, regnumque defendere, Regi regnōque præfido es-  
sem: adiunxit seque salutem eius Regis Po. Senatūque magnæ curæ esse, quod nullo un-  
quā de Regi decretū esset à nostro ordine: exiliimau me iudicium vestrū ad Regē defere  
debere, eique præsidium meum & fidē & diligentia polliceret quum salutē ipsius, incolu-  
mitas regni mihi cōmendata esset à vobis, diceret siquid veller. Quæ cum essent in cōsilio  
meo cum Rege locutus, initio ille orationis suæ vobis maximas, vt debuit, deinde etiā mi-  
hi gratias egit: quod ei permagni & per honorificū videbatur, S.P.Q.R. tanta curæ esse fa-  
ludem suā: mēque tantā diligentiam adhibere vt & mea fides, & cōmendationis vestra au-  
thoritas persipci posset. Atque illo primo quod mihi maximæ lētitia fuit, ita meū locu-  
tus est, vt nullas infidias neque vita suæ, neque regno dicaret se aut intelligere fieri, aut etiā  
suspiciari. Cū ego ei gratulatus essem, idque me gaudere dixissem, cohortatus vt recordaretur  
calum illū interitus paterni, & vigilanter se tueretur, atque admonitu Senatus cōsuleret sa-  
luti suæ: tum à me dilicet in oppidū Cybistra. Postero autē die, cum Ariarate fratre suo, &  
cum paternis amicis maioribus natu ad me in castra venit: perturbanisque & flens, cū idem  
& frater faceret, & amici, meam fidē, vestram cōmendationem implorare coepit. Cum ad-  
mirarer quid accidisset noui: dixit ad se indicia manifestarū infidilarum esse delata, quæ ef-  
fent ante aduentū meum occulentes, quod ii qui ea patefacere posseant, propter meū reticul-  
sent. Eo autē tempore spē mei præsidii cōplurens ea que scirent, audacter ad se denilisse: in  
his amantissimū suū summa pietate præditū fratrem dicere ea que me is quoque audirent  
dicebat, se solicitatū esse vt regnare vellat: id viuo fratre suo accidere nō potuisse: se tamen  
ante illud tēpū eam rem nūquā in medium propter periculi metū protulisse. Quæ cū es-  
set locutus, monui Regē vt omnem diligentiam ad se conseruandū adhiberet: amicosque  
in patris eius fide atque iudicio probatos hortatus sum, Regis sui vitæ docti casu acerbissi-  
mo patris eius omni cura custodiāque defendenter. Cum Rex à me equitatū cohortesque  
de exercitu meo postularet, etiā intelligebam vestro s.c. nō modo posse me id facere, sed e-  
tiam debere, tamen cū res postularet propter quotidianos ex Syria nuntios, vt quampridi-  
mum exercitum ad Ciliciz fines adducerem, cumque mihi Rex patefactis iam infidili nō  
egere exercitu Pop. Ro. sed posse se suis opibus defendere videtur: illum cohortatus sum  
vt in sua vita conciuranda primū regnare disceret: à quibus perspexisset sibi infidias para-

tas, in eos vteretur iure regio: poena afficeret eos quos necesse esset, reliquos metu liberaret. Praesidio exercitus mei ad corū, qui in culpa essent, timorem potius, quam ad cōtentōrem vteretur. Forc autem vt omnes, quum s. c. nō essent, intelligent me Regi, si opus esset, ex authoritate vestra praesidio futurū. Ita confirmato illo, ex eo loco castra moui, iter in Cili-  
ciam facere insinui: cum hac opinione ē Cappadocia discederem, vt consilio vestro, casu incredibili ac penē diuino Regem, quem vos honorificentissime appellassetis nullo postu-  
lante, quēmque meū fidēi commendassetis, & cuius salutem magnaz vobis curz esse decre-  
uissetis: meus aduentus praesentibus infidili liberaret. Quod ad vos à me scribi non alienū  
putau, vt intelligeretis ex iis qua penē acciderunt, vos multo ante, ne ea acciderent, prouis-  
isse: cōque vos studiosius feci certiores, quod in Regi Ariobarzane ea mihi signa videor  
virtutis, ingenii, fidei, benuolentiaeque erga vos perspexisse, vt non sine causa tantam cur-  
ram in eius vos salutem diligenterque videamini contulisse.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI.

C V M ad me Legati missi ab Antiocho Commageno venientes in castra ad Iconium ad 111. Non Sept. iisque mihi nuntiassem Regi Parthorum filium, quo cum esset nupta Regis Armeniorū soror, ad Euphratēm cū maximis Parthorū copiis, multarumque praetera gēnū magna manu venisse, Euphratēmque iam transire cōpisse, dicique Armeniū Regem in Cappadociam imperium esse facturū: Putau pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice propter duas causas nihil scripsi: quod & ipsum Commage-  
num Legati dicebant ad Senatum statim nuntios literāsque mulās, & exsistimabā M. Bibu-  
lum Procos, qui circiter Id. Sext. ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quod secun-  
dos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse, cuius literis omnia certiora per-  
latum iri ad Senatum putabam. Mihi, vt in eiusmodi re tantoque bello, maxime curz est  
vt quz copiis & opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine & cōtinentia nostra, socio-  
rum fidelitate teneamus. Tu vclim, vt consuesti, nos absenteis diligas & defendas.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI.

S V M M A tua authoritas fecit, mēcumque perpetuū de tua singulari virtute iudicium,  
vt magni mea interēs putarem, & res eas quas gelissim, tibi notas esse, & nō ignorari à te,  
qua exequitate & cōtinentia tuerer socios, prouinciamque administrarem. His enim à te co-  
gnitis, arbitrabar facilius me tibi quz velle probaturum. Cum in prouinciam Prid. Cal.  
Sext. venissem, & propter anni tempus ad exercitū milii cōfessiū esse eundem vidarem, bi-  
duum Laodicea fui, dēcide Apamea: quattriduum, triduum Synnadi, tertiē dies Philome-  
li. Quibus in oppidis cum magni conuentus fuissent, multas ciuitates acerbissimis tributis  
& grauisimis viis, & falso zre alieno liberaui. Cūmque ante aduentum meum seditione  
quadam exercitus esset dissipatus, quinque cohortes sine Legato, sine Tribb. mil. denique e-  
tiam sine Centurione vlo apud Philomelum confidissent, reliquus exercitus esset in Ly-  
caonia, M. Anneio Legato imperauit vt eas quinque cohortes ad reliquum exercitum du-  
ceret: coactōque in unum locum exercitu, castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod  
cum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad V 1. Cal. Sept. veni, cum interea supe-  
rioribus diebus ex s. c. & euocatorum firmam manum, & equitatum sanè idoneum, & po-  
pulorum liberorum, Regūmque sociorum auxilia voluntaria cōparauissem. Interim cum  
exercitu lustrato iter in Ciliaciam facere cōpissim Cal. Sept. Legati à Rege Cōmageno ad  
me missi, pertinuītose, neque tamen nō vere Parthos in Syriam transtulē nuntiauerunt.  
Quo auditu vehemēter sumcōmotus, cū de Syria, nū de mea prouincia, de reliqua denique  
Alia. Itaque exercitū mihi ducentū per Cappadociz regione eam, quz Ciliciam attinge-  
ret, putau. Nā si me in Ciliacā demississim, Ciliciam quidē ipsam propter montis Amanī  
naturā facile tenuissem. Duo sunt enim aditus in Ciliaciam ex Syria: quorū vterque paruis  
praesidiis propter angustias intercludi potest: nēc est quicquā Cilicia contra Syriā munitius.  
Sed me Cappadocia mouebat, quz partē Syria, Regēque habet finitimos, qui etiā sunt  
etiā amici nobis, tamē aperte Parthis inimici esse nō audier. Itaque in Cappadocia extre-  
ma nō longe à T auro apud oppidū Cybistra castra feci, vt & Ciliacā tuerer, & Cappadocia

tenens noua finitimerū consilia impediſcere. Inter ea in hoc tāto motu, tantāque expectatio-  
 ne maximi belli Rex Deiotarus, cui non sine cauſa plurimū ſemper & meo & tuo & Se-  
 natū iudicio tributū eſt, vir cum bencuolentia & fide erga Pop. Rom. singulari, tum præ-  
 ſenti magnitudine & animi & cōſiliī, Legatos ad me misit, ſe cum omnibus ſuis copiis in  
 mea caſtra eſte vērū. Cuius ego studio officiobque cōmōdorū, egi ei per literas gratias, idque  
 vt maturaret, hortatus ſum. Cum autē ad Cybistra propter rationē belli quinque dies eſ-  
 ſem moratus, Regē Ariobarzanem, cuius ſalutē à Senatu te authore cōmendatam habe-  
 bam, p̄ſentibus iufidū, nec opinante liberaui: neque ſolū ei ſalutē hui, fed etiam euraui ut  
 cum authoritate regnaret. Metram, & eū quē tu mihi diligenter cōmendaras, Athenazum  
 importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud Regē authoritate gratiāque cō-  
 ſtutui. Cūmque magnū bellum in Cappadocia cōcitaretur, ſi faceret armis ſe, quod factu-  
 rū putabatur, defendere, adoleſcens & equitatu & peditatu & pecunia paratus, & omnino  
 iū, qui nouari aliquid volebant, perfeci vt ē regno ille diſcederet: Rēque ſine tumultu ac  
 ſine armis, omni authoritate aulz cōmunita, regnum cum dignitate obtineret. Inter ea  
 cognoui multorū literis atque nūtū magnas Parthorum copias & Arabum ad oppidū An-  
 tiochiam accēſſe, magnūque corū equitatum, qui in Ciliciam trāfuerat, ab equitu meo-  
 rum turmis, & à cohorte Praetoria quæ erat Epiphanez p̄ſidii cauſa, occidione occiſum.  
 Quare cum viderem à Cappadocia Parthorū copias auertas, nō longe à finibus eſte Cili-  
 ciz, quām potui maximis itineribus, ad Amanū exercitū duxi. Quō vt veni, hostem ab  
 Antiochia receſſe, Bibulum Antiochiz eſte cognoui. Deiotarū conſelium iam ad me ve-  
 niuentem cū magno & firmo equitatu, & peditatu, & cum omnibus ſuis copiis, certiorē fe-  
 ci, non videri eſte cauſam, cur abeſſet à regno, mēque ad eum, ſiquid noui forte accidifet,  
 ſtatiū literas, nuntiōſque miſſurū eſte. Cūmque eo animo veniſsem, vt vtrique prouincia, u-  
 fi ita tempus ferret, ſubuenirem: tum id quod iam antē ſtatuerā vehemēter intereffe vtriusq[ue]  
 prouincia, pacare Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tollere, agere perlexi.  
 Cūmque me diſcedere ab eo monte ſimularem, & alias partis Cilicie petere, abeſſemque  
 ab Amano iter vnius dici, & caſtra apud Epiphanez feciſsem: ad 1111. Id. Oſt. cū adueſ-  
 peraſceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad 111. Id. Oſt. cū luciſceret, in Amanū a-  
 ſcenderem, diſtributisque cohortibus & auxiliis, cū aliis Q. frater Legatus meū ſumul, aliis  
 C. Pōtiūs Legatus, reliquis M. Anneius & L. Tullius Legati p̄ſeſſent, plerosque nec op-  
 nanteis oppreſſimus, qui occisi, captiue ſunt, intercluci fugia. Erānam autē, quæ ſuit nō vici  
 inſtar, ſed virbiſ, quōd erat Amani caput: itēmque Scypyra, & Cōmorin, acriter & diu repu-  
 gnantibus, Pōtino illam partē Amani tenente, ex antelucano tēpore vſque ad horā diei x.  
 magna multitudine hostiū occiſa cepimus, caſtellāque ſex capta, cōplura incendimus. His  
 rebus ita geſtiſ caſtra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexādri quāriduum: &  
 in reliquiis Amani delendis agrisque valfandis, quæ pars eius moſis mez prouincia eſt, id  
 tempus omne cōſumptum. Cōficitis his rebus, ad oppidū Eleuthērocilicium Pindenſium  
 exercitū adduxi: quod cū eſet altissimo & munitissimo loco, ab hiſque incoleſetur, qui ne  
 regibus quidē vñquam paruiffent: cū & fugitiuos ſeipſerent, & Parthorum aduentu ac-  
 crime expectarent, ad exiſtimationē imperii pertinere arbitratuſ ſum, cōprimente eorum au-  
 diaciam: quo facilius etiam ceterorū animi, qui alieni eſſent ab imperio noſtro, frangeren-  
 tur. Vallo & fossa circundedi: ſex caſtelliſ, caſtriſque maximis ſepi: aggere, vineis, turribus  
 oppugnauit: viſiſque multis tormentis, multis sagittariis, magno labore meo, ſine villa mole-  
 ſtia, tumultuue ſociorū, ſeptimo quinquageſimo die rem cōfici: vt omnibus partibus virbiſ  
 diſturbatis, aut incenſis, cōpulū in poeſtate meam perueniret. His erāt finitimi pari ſecle  
 & audacia Tibarani: ab hiſ Pindenſio capo obſides accepi, exercitū in hyberna dimiſi. Q.,  
 fratré negotio p̄pofui, vt in viciis aut capitiſ, aut male pacati exercitus collocaretur. Nūc  
 velim ſic tibi perſuadeas, ſi de hiſ rebus ad Senatū relatu fit, me exiſtimaturū ſumma mihi  
 laudem tributā, ſi tu honore meum ſentētua tua cōprobariſ. Idque, eſi talibus de rebus  
 grauifſimos homines & rogarē folere, & rogarī ſeo, tamen admonendum potius te à me,  
 quām roganū puto: tu es enim is, qui me tuis ſentētū ſeipſilime ornasti, qui oratione, qui

prædicatione, qui summis laudibus in Senatu, in cōcōnib⁹ ad celum exultisti: cuius ego  
 semper tanta clē verborum pondera putau, vt vno verbo tuo cum mea laude coniuncto,  
 omnia adsequi me arbitraret. Te denique memini, cum cuidam clarissimo atque optimo  
 viro supplicationem non decerneret, dicere te decreturū, si referretur ob eas res quas is Cō-  
 sul in virbe gelaseret. Tu idem mihi supplicationem decreuisti rogato, nō vt multis, rep. bene  
 gesta: sed vt nemini, rep. consueta. Mitto quōd inuidiā, quōd pericula, quōd omnes meas  
 tempestates & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimum fueris:  
 quōd denique inimicum meum, tuum inimicum putaris: cuius etiam interitū, vt facile in-  
 telligerem, mihi quantum tribueres, Milonis causa in Senatu defendēda approbaris. A me  
 autem hæc sunt proœcta, quæ ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonii atque  
 iudicii, vt præstantissimas tuas virtutes non tacitis admirarer (quis enim id non facit?) sed  
 in omnibus orationibus, sententiis dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, Græcis, Latini-  
 is, omni denique varietate literarum mearum, te non modo iūs quos vidissimus, sed iūs de  
 quibus audissemus, omnibus anteferrē. Quæres fortassis quid sit quōd ego hoc nescio quid  
 gratulationis, & honoris à Senatu tanti æstimē. Agā iam tecū familiariter, vt est & studiis,  
 & officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignum, & necessitudine etiā paterna. Si quis-  
 quam fuit vnquam remotus & natura, & magis etiā, vt sentire mihi quidem videor, ratio-  
 ne a tue doctrina ab inani laude, & sermonibus vulgi: ego profecto is sum: testis est Cōfu-  
 latus meus, in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiole secutū, ex quibus vera gloria  
 nasci posset: ipsam quidem gloriæ per se nunquā putavi experīdā: itaque & prouincia orna-  
 tū, & spē non dubiā triūphi neglexi: Sacerdotiū denique, cū (quēadmodū te existimare arbī-  
 tror) nō diffīcillime consequi possem, non appetui. Idē post iniuria acceptam, quā tu recipi-  
 calamitatem semper appellas, meā nō modo nō calamitatem, sed etiam gloriam, studiū  
 quām ornatissima Senatus populi R. de mei iudicia intercedere. Itaque & Augur posse  
 fieri volui, quod ante negligera: & eum honore qui à Senatu tribui rebus bellicis soler, ne-  
 glectum à me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic mea voluntati, in qua incit aliquā  
 vis desiderii, ad sanandum vulnus iniuriz, vt tauas adiutorque sis, quod paulo ante me ne-  
 garam rogaturum, vehementer te rogo: sed ita, si non ieunum hoc nescio quid, quod ego  
 gessi, & contempnendum videbitur, sed tale atque tantum, vt multi nequaquam paribus re-  
 bus honores summos à Senatu cōsecuti sunt. Evidēt etiam illud mihi animū aduertisse vi-  
 deor, (scis enim quām attente te audire solet) ut nō tam res gestas, quām mores, instituta, at-  
 que vitā Imperatorū spectare solere in habentis aut nō habēdis honoribus. Quod si in mea  
 causa considerabis, reperies me exercitu imbecillo contra metum maximū belli, firmissimū  
 præsidū habuisse zequitatē & continentia. His ego subdidiis ea sum cōsecutus quæ nullis le-  
 gionibus cōlēqui potuissim, vt ex alienissimis locis amicissimos, ex infidelissimis firmissi-  
 mos redderē, animobisque nouarium rēū expectatione suspētos ad veteris imperii benevolen-  
 tiam traducarem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad te, à quo vno omnium sociorū  
 querelæ audiuntur: cognoscet ex iūs qui meis institutis se recreatos putant. cūmque omnes  
 vno propè cōfēnsu, de me apud te ea quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt: tū duz ma-  
 xime clientez tuz, Cyprus insula & Cappadocia regnum, tecū de me loquentur: puto etiā  
 Regem Deiotarum, quæ vni tibi est maxime necessarius. Quæ si etiam maiora sunt, & in o-  
 mnibus seculis pauciōtes viri reperti sunt qui suas cupiditas, quām qui hostium copias  
 vincerent, est profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora & difficultiora sunt gene-  
 ra virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res gestas iustiores esse, & maiores putare. Extremum  
 illud est, vt quasi diffides rogationi meæ, philosophiā ad te allegem, qua nec mihi charior  
 villa unquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à deo munus vñsum est datum.  
 Hæc igitur quæ mihi tecum communis est, societas studiorum atque artium nostrarū, qui-  
 bus à pueritia dediti ac desinēti, soli propemodum nos philosophiam veram illam, & an-  
 tiquam, quæ quibusdam otii esse ac desidii videtur, in forū atque in temp. atque in ipsam  
 aciem pene deduximus, tecū agit de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto. Quā-  
 obrem tibi sic persuades velim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis literis fuerit,

me sic existimaturum cum autoritate tua, tum benevolentia erga me, mihi quod maxime cupierim, contigisse. Vale.

M. CATO D. S. M. CICERONI IMP.

Q. V O D & resp. me, & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuā virtutē, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria ad ministerian gaudeam. Itaque quod pro meo iudicio fecere potui, vt innocentia consiliōque tuo defensam prouinciam, seruatum Ariobarzanis cum ipso Rege regnum, sociorum reuocatam ad studium impeijū nostri voluntatē, sententia mea, & decreto laudarem, feci: supplicationem decretam. Si tu, qua in re nihil fortuit, sed summa tua ratione & continētia resp. prouisum est, diu immortalibus gratulari nos, quam tibi, referte acceptum manus, gaudeo, quod si triumphi prerogativa putas supplicationem: & idcirco casum potius, quam te laudari manus: neque supplicationem sequitur semper triumphus, & triūpho multo clarius est. Senatum indicare, potius manuetudine & innocentia Imperatoris prouinciam, quam vi militi, aut benignitate deorum retentam atque conseruatam esse: quod ego mea sententia censem. Atque haec ego idcirco ad te contra cōsuetudinem meam pluribus scripsi: vt, quod maxime volo, existimes me laborare vt tibi persuadea, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus, & quod tu maluisti, factū esse gaudere. Vale, & nos dilige, & instituto itineri severitatem diligenteriamque socii & rep. praesta.

M. CICERO S. D. M. CATONI.

LAE TVS sum laudari me (inquit Hector, opinor apud Nazium) abs te pater à laudato viro. Ea est enim profectio iucunda laus quæ ab illis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego verò vel gratulatione literarū tuarū, vel testimoniis sententiaz dictis nihil est, quod me non affectuū pote. Idquæ mihi cū amplissimum, tum gratissimum est, te libeter amicitiaz dedisse quod liquido veritati dares. Etsi nō modo omnes, verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum extitisse mirabile est, quem ego currum, aut quam lauream cū tua laudatione cōsiderem: Nā ad meū sensum, & ad illud syncerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilis, quam ea tua oratio quæ est ad me perscripta à meis necessariis. Sed eaufam meæ voluntatis (non enim dicam cupiditatis) exposui tibi superioribus literis: quæ etiam si parū iusta tibi via est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscedus honor, sed tamē si defecatur à Senatu, minime aspermandus esse videatur. Spero autē illum ordinē pro meis ob temp. suscepis laboribus, me nō indignū honore, visitato præfertim, existimaturum. Quod si ita erit, tatum ex te peto, quod amicissime scribis, vt cum tuo iudicio quod amplissimum esse arbitris, mihi tribueris: si id quod maluero, acciderit, gaudias. Sic enim fecisse te, & sensisse & scripsisse video, rēisque ipsa declarat, tibi illum honorem nostrum supplicationis iucundum fuisse, quod scribendo affulsi. Hec enim S.C. non ignorō ab amicissimis eius, cuius de honore agitur scribi solere. Ego, vt spero, te propediē vidabo, atque vitinam rep. meliore quam timeo.

M. CICERO PROGOS. S. D. M. MARCELLO COS.

TE ET pietatis in tuis, & animi in rep. & clarissimi atque optimi Consulans C. Marcellio Consule facto fructum cepisse vehementer gaudeo. Non dubito quid præsentes sentiant: nos quidem longinqui, & à te ipso misli in ultimis genties, ad calū mehercule tollimus verillimis ac iustissimis laudibus. Nam cum te à pueritia tua vnice dilexerim, tūque me in omni genere semper amplissimum esse & volueris, & iudicaris: tum hoc vel tuo facto, vel P. R. de te iudicio multo actius, vehementiusque diligo: maximāque lētitia afficio, cum ab hominibus prudentissimis, virisque optimis, omnibus dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui similem esse audio, vel te mei. Vnum vero si addis ad præclarissimas res Consulatus tui, vt aut mihi succedat quamprimum aliquis, aut nequid accedat temporis ad id quod tu mihi & s.c. & lege finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura vt valcas: & me absentem diligas atque defendas. Quæ mihi de Parthis nūtiata sunt, quia non putabā à me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra vo- lui ad te scribere: ne, cum ad Consulē scripissim, publice videret scripisse.

## M. CICERO PROCOS. S.D. C. MARCELLO COS. DESIG. 8

MAXIMA sum letitia affectus, cū audiui Consulem te factum esse: eumque honorem tibi Deos fortunare volo, atque à te pro tua parentisque tui dignitate administrari. Nā cū semper te amavi dilexique, tum mei amatissimū cognoui in omni varietate rerū mearū, tu patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus repositibus, vel ornatus secūdis: & sum totus vester, & esse debeo: cū præfertim matris tuae grauissimæ atque optimæ feminæ, maiora erga salutem, dignitatē meam studia, quām erant à muliere postulanda, perspexerim. Quapropter à te peto in maiorem modum vt me absentem diligas atque defendas.

## M. CICERO PROCOS. S.D. C. MARCELLO COLLEGAE. 9

MARCELLVM tuū Cōsulē factū, rōque ea letitiae affectū esse quā maxime optasti, mi randū in modū gaudeo: idque cū ipius causa, tū quod te omnibus secundissimis rebus dignissimū iudico, cuius erga me singularē benevolentia vel in labore meo, vel in honore perpexi: totā denique domū vestrā vel salutis vel dignitatis meæ studioſissimā cupidissimā atque cognoui. Quare gratum mihi feceris si vxori tuae Iunīe grauissimæ atque optimæ feminæ meis verbis cris gratulatus. A te id quod suetū peto, me absente diligas atque defendas.

## M. CICERO IMP.S.D. C. MARCELLO C.F.COS. 10

QVVM id accidit quod mihi maxime fuit optatum: vt omnium Marcellorum, Marcellinorum etiā, (mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quū ergo ita accidit, vt omnium vestrum studio tuus Consulatus satissimē posset, in quē mea res geste, lausque, & honos earum potissimum incidere: peto à te id quod faciliū factū est, noti aspernante, vt confido, Senatu, vt quam honorificentissimum s.c. literis meis recitatis faciēdū cures. Si mihi tecum minus esset quām est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, à quibus intelligis me præcipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt ap̄plissima: neque enim saluti meæ, neque honori amicior quisquā dici potest. Frater tuus quanti me faciat, semp̄rque fecerit, eis hominē qui ignorat, arbitror neminem. Domus tua denique tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est. Neque vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. Quare à te peto in maiorem modum, vt me per te quamornatissimum velis esse: meāmque & in supplicatione decernēda, & in ceteris rebus existimationē satis tibi esse commendatam putes.

## M. CICERO IMP.S.D. C. MARCELLO. COS. 11

QVANTAE cura tibi meus honos fuerit, & quām idem extiteris Cōful in me ornando & amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, & cum tota domo, etiā res ipsa loquebatur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. Itaque nihil est tantum quod ego non tua causa debēam, facturisque sim cū studiose ac liberte. Nā magni interest cui debeat: debere autē nemini malui, quām tibi, cui me cum studia cōmuniū, beneficia paterna, tuāque iam antē coniunxerant: tum accedit mea quidem sententia maximū vinculum, quod ita remp. geris, atque gefisti, qua mihi charius nihil est: vt quantum tibi omnes boni debeat, quo minus tantudem ego vnuus debēam, non recusem. Quamobrem tibi velim hi sint exitus quos mereris, & quos fore confido. Ego, si me nauigatio non morabitur, que incurret in ipsos Eœtias, propediem te, vt spero, videbo.

## M. CICERO IMP.S.D. L. PAVLO COS. DESIG. 12

ET SI mihi nunquam fuit dubium quin te populus R. pro tua summis in temp. meritis, & pro amplissima familie dignitate, summō studio, cunctis suffragiis Consulem facturus esset: tamen incredibili letitiae sum affectus, cum id mihi nuntiatum esset: eumque honorem tibi Deos fortunare volo, à tēque ex tua, maiorūque tuorum dignitate administrari. Atque utrinam præsens illum diem mihi optatissimū videre potuisse, prōqua tua amplissimi erga me studiis atque beneficiis tibi operā meam studiūmque nauare. Quam mihi facultate quā hic necopinatus & improuisus prouincia casus eripuit: tamen vt te Cōsulem remp. pro tua dignitate gerētem videre possim, magnopere à te peto vt operam des, efficias nequid mihi fiat iniurie, neve quid temporis ad meum annum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua præfina erga me studia cumulus accedet.

M. CICERO IMP. S. D. L. PAVLO COS.

13

M A X I M E mihi fuit opeatum Romæ est tecum multas ob causas, sed præcipue ut & in petendo, & in gerendo Consulatu meum tibi debitum studium perficere posse. Ac petitionis quidem tuae ratio mihi semper fuit explorata: sed tamè nauare operam volebam. In Consulatu vero cupio eisdem te minus habere negotii, sed moleste fero me Consulem studium tuum adolescentis perspicuisse te meum, cum id ætatis sim, perficere non posse. Sed id faro nescio quo contigisse arbitror, vt tibi ad me ornandum semper detur facultas: mihi ad remunerandum nihil suppetat, præter voluntatem. Ornasti Consulatum, ornasti redditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum Consulatum tuum. Itaque cum & tua summa amplitudo, & dignitas, & meus magnus honos, magnâque existimatio postulare videatur vt à te plurimis verbis contendam ac petam, vt quam honorificissimum s.c. de meis rebus gestis faciendū cures: nō audeo vehementer à te contedere, ne aut ipse tuæ perpetua consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitu putem. Quare vt te velle arbitror, ita facias: atque ab eo quem omnes gentes sciunt de me optime meritum, brecuiter pœta. Si alii Cœsules essent, ad te potissimum Paule mitterem, vt eos mihi quamamiciissimos redderes: nunc cū tuā summa potestas, summiâque authoritas, notâque omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo vt & quam honorificissime cures discernendum de meis rebus gestis, & quamcelerrime, dignas res esse honore & gratulatione cognosces ex iis literis quas ad te, & Collegā, & Senatum publice misi, omniumque meorum reliquarum rerum, maximâque existimationis meæ procurationē suscepimus velim habeas. In primisque tibi curæ sit, quod abs te superioribus quoque literis petui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te Consulem videre, omniâque spero, cum absens, cum etiam præsens, te Consule assequi.

M. CICERO IMP. S. D. C. CASSIO PROQ.

14

M. FABIVM, quod mihi amicum tua commendaçionem das, nullum in eo facio quæsumus: multi enim anni sunt cum ille in ære meo est, & à me diligitur propter summam suā humanitatem, & obscuritatem. Sed tamè quod ab eo egregie diligiri sensi, multo amicior ei sum factus. Itaque quanquam profecerunt literæ tuæ, tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspectus & cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose quæ rogas: tu multis de causis vellem me conuenire potuisse, primū vt te, quem iamdiu facio plurimi, tanto interuallo viderem: deinde vt tibi quod feci per literas, possem præsens gratulari: tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos comunicaremus: postremo, vt amicitia nostra quæ summis officiis ab vitroque culta est, sed longis interallis temporum interruptam consuetudinem habuimus, confirmaretur vehementius. Id quum nō accidit, vñtem bono literarum, & eadem fere absentes, quæ si coram essimus, consequemur. Vnus scilicet ille fructus qui in te videntur est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, is quidem exilior, quām si tibi, te ipsum intuīs gratularer. Sed tamè & feci antè & facio nunc, tibi quæ cum pro reum magnitudine quas gestisti, tū pro opportunitate temporis gratulator, quod te de prouincia decadente summa laus & summa gratia prouincia profecta est. Tertiū est, vt id quod de nostris rebus coram comunicaremus inter nos, cōficiamus idem literis. Ego ceterarum rēnū causa tibi Romam magnopere properādum cōfisco. Nam & ea quæ reliqui, tranquilla de te erant. & hac tua recenti victoria tanta clarū tuum aduentū fore intelligo. Sed siquæ sunt onera tuorū, si rāta sunt vt ea sustinere possis, propè tibi nihil erit laetus, nihil gloriōsus: si majora, considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum consilium tuū est: tu enim scis quid sustinere possis. Si potes, laudabile atque populare est: si planè non potes, absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecū his ago literis, quod superioribus egī: vt omnes tuos neros in eo contendas, nequid mihi ad hanc prouinciam, quam & Scritatus & Populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc à te ita contendo, vt in eo fortunas meas positas putem. Habes Paulum nostrum nostri cupidissimum, est Curio, est Furnius. Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de iis quæ proposueram, con-

firmatio nostra amicitiz, de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisisti etiam praesidio tristissimis meis temporibus: accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaque in vestro ingenio & industria mihi plurimum & suavitatis & dignitatis constitutum puto. Id tu ut tuo studio confirmes te vehementer rogo: literasque ad me & cotinuo mittas, & cum Romanam venieris, quam sapientissime.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

15

ET SI VITERQUE nostrū spe pacis & odio ciuilis sanguinis abesse à belli pertinacia voluit, tamen quum eius consilii princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi præfare ipse debeo, quām à te expectare. Etsi, ut sc̄p̄ soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, & item mecum tuus adduxit vterque nostrum ad id consilium, ut vno prælio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri conuenire: neque quisquam hanc nostram sententiam vere vñquā reprehendit præter eos qui arbitrantur melius esse deleri omnino rem publicam, quām imminutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam: ex reliquis magnā. Sed ea sunt consecuta, vt magis mirum sit accidere illa potuisse, quām nos non vidisse ea futura, nec homines cum esses, diuinare potuisse. Equidem fateor mēi conjecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali prælio factō, & victores communi saluti consili vellet, & vieti fuerint: utrumque autem propositū esse arbitrari in celeritate victoris. Quia si fuissent, eādem elementia experta esset Africa, quam cognovit Asia, quam etiā Achaia, & ut opinor, ipso Legato ac deprecatore. Ammissis autem téporibus quia plurimum valēt, præfertim in bellis ciuilibus, interpositus annus, nūs alios induxit, ut victoriā sperarent, alios ut ipsum vinci continebent: atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrinī belli tantā morā huic bello adiunctum iri, aut nefcio quē istum Pharnacē Asiaz terrorē illaturū putaret? Nos tamen in cōsilio pari, casu diūlīmili vñsumus: tu enim eam partē petisti, ut & cōsilii interes, & quod maxime curā leuat, futura animo prospicere posse: ego qui sc̄finaui ut Cæsarē in Italiam viderem (sic enim arbitrabamur) cūmque multis honestissimis viris consensiatis redeuntem, ad pacē currentē (ut aiunt) incitarem: ab illo longissime & absūm & absui. Verborū autē in genitu Italiz, & in vrbis miserrimis querelis, quibus aliiquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuissis, si author affuissis. Quare velim pro tua perpetua erga me benevolētia scribas ad me quid videoas, quid sentias, quid expectādū, quid agendum nobis existimes. Magni erunt mihi tuū literae: atque vtinam primis illis quas Lūceria miseras paruisse: sine villa enim molestia dignitatem meam retinuisse.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

16

PVT O te suppudere, cum haec tertia iam epistola antē operis sit quām tu scidā, aut literam, sed non vrgo: longiores enim expectabō, vel potius exigam. Ego si semper haberem cui darem, vel termas in hora darē. Fit enim nefcio quid, ut quasi corā adeſe videare, cū scribo aliiquid ad te: neque id *actūs auctōrius*, ut dicunt tui amici noui, qui putant etiā *amōntrūs auctōrius* spectris Catianis excitari. Nam ne te fugiat, Catus insuper Epicureius, qui nuper est mortuus, quz ille Gargettus, etiam antē Democritus *auctōra*, hic spectra nominat. His autē spectris etiam si oculi possent ferri, quōd vel iis ipsa occurrūt: animus qui possit, ego nō video: docetas tu me oportebit, cū saluus venieris, in meāne potestate ut sit ipse cōtrum tuum, ut simulacrum mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat: neque solū de te, qui mihi hæres in medullis, sed si insulam Britannia cōperto cogitare, eius *auctōra* mihi aduolabit ad pectus. Sed haec posterius: tento enim te quo animo accipias, si enim stomachabere & moleste feres, plura dicemus, postulabimūsque ex qua hæredi vi hominibus armatis diectus sis, in eā refituarē. In hoc interdicto non solet addi, in hoc anno. Quare siā biennium aut triennium est, cum virtutu nuntium remisiisti, delinitus illecebris volupatis, in integrō res nobis erit. Quāquam qui cum loquor: Cum vno fortissimo viro, qui posteaquā forum attigisti, nihil fecisti nū plenissimum amplissimā dignitatis: in ista ipsa *auctōra* mente tuo ne plus neruorum sit, quām ego putarim, si modo cam tu probas. Quid tibi in mentē

# Ad Senatum, & cæteros.

venit, inquies? Quia nihil habebā alius quod scriberem: de repub. enim nihil scribere possum: nec enim quod sentio, liber scribere.

M. CICERO C. CASSIO SAL.

PRAE POSTEROS habes tabellarios, eti me quidem non offendunt: sed tamen cū à me discedunt, flagitiant literas: cum ad me veniunt, nullas afferunt: atque idipsum faceret commodius, si mihi aliquid spati ad scribendum darent, sed petatis veniunt, comites ad portam expectare dicunt. Ergo ignoscere, alteras habebis has breves: sed expecta ~~ad~~ <sup>ad</sup> te. eti quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniant, ad te cum epistolis revertantur? Nos hoc (tamē ad te scribam aliquid) D. Sullam patrem inmortum habebamus, alii à latronibus, alii cruditate dicebant: populus nos curvbat: combuimus enim esse constabat. hoc tu pro tua sapientia feres a quo animo: quanquam ~~ad~~ <sup>ad</sup> nos amissimus. Ceterum putabant moleste laturum, verentem ne hafta refrixisset. Mindius Marcellus & Attius Pigmentarius valde gaudebant se aduersariū perdidisse. De Hispania noui nihil, sed expectatio magna: rumores tristiores, sed ~~rumores~~. Panis noster paludatus ad ~~est~~ <sup>est</sup> K. Ian. profectus est, vt quivis intelligere posset, id quod tu nuper dubitare capisti, ~~et~~ <sup>et</sup> ~~est~~ <sup>est</sup> ipsius esse. Nam quod multos mileriū lcauuit, & quod se in his malis hominem præbuit, mirabilis cum virorum bonorum bencvolentia profecitur est. Tu quod adhuc Brundifacilius moratus es, valde probo & gaudeo: & mehercule puto te sapienter facturum, si ~~concius~~ fueris. Nobis quidem qui te amamus, erit gratum: & amabo te, cum dabis posthae aliquid domum literarum, mei memineris. ego nunquam quenquam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire patiar. Vale.

M. CICERO S. D. C. CASSIO.

LONGIOR epistola fuissest, nisi eo ipso tempore perira esset à me cum iam iretur ad te. longior autem, si ~~concius~~ aliquem habuisset, nā ~~concius~~ sine periculo vix possumus. Rides igitur, inquies, possumus. Nō mehercule facilime: veruntamen aliam aberrationem à molesto nullam habemus. Vbi igitur, inquies, philosophia tua? Quid in cucina mea molestia est. Pudet enim seruire: itaque facio me alias res agere, ne conutium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abesse mea causa molesto fero, tua gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, mēque vt à puero fecisti, amabis.

C. CASSIVS S. D. CICERO NI.

s. v. b. Non mehercule in hæ mea peregrinatione quicquam libetius facio, quām scribo ad te: videor enim cum præsente loqui & iocari. Nec tamen hoc vsu venit propter spectra Catina: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis uatum es dicas. Paniam nostrum secunda voluntate hominum paludatum ex urbe exiit se cum ipsius causa gaudeo, tum mehercule etiam omnium nostrorum. Spero enim homines intellecturos, quanto sit hominibus odio crudelitas, & quanto amori probitas, & clementia: atque ea quæ maxime malum perant & concupiscant, ab bonis peruenire. Difficile est enim persuadere hominibus ~~si~~ <sup>ut</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> aliquid esse: id est vero & emperios virtute, iustitia, ~~et~~ <sup>et</sup> ~~et~~ parari, & venum & probabile est: ipse enim Epicurus (a quo omnes Catii & Amianii mali verbis interpretes proficiuntur) dicit: in hoc id est ~~ad~~ <sup>ad</sup> ueris uocibus sit. Itaque & Panis, qui ~~ad~~ <sup>ad</sup> sequitur, virtutem retinet: & ii qui a vobis ~~ad~~ <sup>ad</sup> vocantur, sunt ~~curiosi~~ & ~~curiosi~~, omnēsque virtutes & colunt & retinent. Itaque Sulla, cuius iudicium probare debemus, cū dissentire philosophos videret, non quæsitus quid bonum esset, omnia bona coemit: cuius ego mortem forti mehercules animo tuli. Nec tamen Cæsar diutius nos cum desiderare patietur, nam habet damnatos quo pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem defuderabit, cum filium viderit. Nune vt ad rem: redeam, quid in Hispanis geratur, referibe. Pereum, nisi sollicitus sum, ac malo veterem & clementem dominum habere, quām nonum & crudelēm experiri. Scis Cn. quām sit fatus: scis quomodo crudelitatem virtutē putet: scis quām se semper à nobis derisum puter. Vereor ne nos rusticæ gladio velit ~~impetreremus~~. Quid fiat, si me diligis, rescrive. Hui quām velim scire utrum ista sollicito animo an soluto legas: sciam enim eodem tempore, quid me facere oporteat. Ne longior sum, va-

le: moe vt facis ama. Si Cæsar vicit, oderiter me expecta.

M. CICERO S.D. C. TREBONIO.

20

ORATOREM meum, (sic enim inscripti) Sabino tuo cōmendaui. Natio me hominis impulit, vt ci recte putarem: nisi forte candidatorum licentia hic quoque vsus, hoc su-  
bito cognomē arripuit. eti modestus eius vultus, sermōque constā habere quiddam à Cu-  
ribus videbatur. Sed de Sabino satis. Tu mi Treboni, quum ad amorem meum aliquantū  
olim discedens addidiſti, quo tolerabilius seramus igniculum desiderii tui, crebris nos literis appellato: atque ita, si idem fact à nobis, quāquā duas causas sunt cur tu frequētior in isto  
officio esse debcas quā nos, primū, quod olim solebant ad prouinciales amicos qui Ro-  
+ mæ erāt, de rep. scribere: nunc tu nobis scribas oportet. Res enim pub. iſtic est. deinde quod  
nos aliis officiis tibi absentia satisfacere possumus: tu nobis, nisi literis, nō video qua re a-  
lia satisfacere possis. Sed cetera scribes ad nos poslea. Nisi hæc primo cupio cognoscere:  
iter euum cuiusmodi sit: vbi Brutū nostrum videris: quādiū simul furcis: deinde cū pro-  
cesseris longius, de bellicis rebus, de toto negotio, vt existimare possumus quo statu simus.  
Ego tantum me scire putabo, quantum ex tuis literis habebo cognitionem. Cura vt valeas,  
mēque ames amore illo tuo singulari.

M. CICERO S.D. C. TREBONIO.

21

ET EPISTOLA M tuam legi libenter, & librum libertissime. sed tamen in ea volup-  
tate hunc accipi dolorem, quod cum incendiſſes cupiditatē meam confuetudinis augen-  
dæ nostræ (nam ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum discedis à nobis, mēque tan-  
to desyderio afficias, vt vna mihi cōfolationē reliquias, fore vt vtriusque nostrum absentis  
desideriū crebris & lōgis epifolios leniatur. Quod ego non modo de me tibi spondere pos-  
sum, sed de te etiam mihi. Nullam enim apud me reliquiſti dubitationem, quantum me  
amares. Nam vt illa omittam quæ ciuitate teste fecisti, cum mecum inimicitias communi-  
cavisti, cum me concionibus tuis descendisti, cum Quæſtor in mea arque in publica causa  
Consulū parteis suscepisti, cum Trib. pl. Quæſtor non paruisti, cui tuus p̄fertim Colle-  
ga pareret: vt hæc recetia, quæ semper meminero obliuiscar: quæ tua sollicitudo de me in ar-  
mis, quæ lœtitia in reditu, quæ cura, qui dolor, cū ad tēcurā & dolores mei persertentur: Brū-  
dīſium denique te ad me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus es: vt hæc igi-  
tur omittam, quæ mihi tanti aſtimanda sunt, quanti vitam æſtimō, & salutē meā liber  
iste quem mihi misisti, quantum habet declaracionē amoris tui: primum, quod tibi face-  
, tum videtur quidquid ego dixi, quod alii fortasse non itē: deinde quod illa siue faceta sunt,  
siue sic fiunt narrante te venustissima: quin etiam anrè quām ad me veniat, rīſus omnis  
penè cōſinmitur. Quod si in his scribendis nihil aliud nisi quod necesse fuit, de vno me tam  
diu cogitauisse, fetreus ellen si te non amarem. Cum vero ea quæ scriptura perfecutus es,  
sine summo amore cogitare nō potueris, non possum existimare plus quenquam à ſcipo,  
quām me à te amari. Cui quidem ego amori (vtinā ceteris rebus possem:) amore certe re-  
pondebo: quo tamen ipſo tibi confido futurum facis. Nunc ad epiftolā venio, cui copio  
ſe & ſuauiter ſcripſi nihil eft quod multa respondam. Primum enim ego illas Caluo lite-  
ras misi, non plus, quām has quas nūc legis, existimā extiratas. aliter enim ſcribimus quod  
eos ſolos quibus mittimus: aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingeniu cius me  
lioribus extuli laudibus, quām tu id vere potuſſe fieri putas. Primum quod ita iudicabam,  
acute mouebatur: genus quoddam ſequebatur, in quo iudicij lapſus quo valebat, tamen af-  
ſequebat quod probaret. Multe etan, & recodiz litera, viſ non erat. Ad eam igitur ad-  
hortabar. In excitando autē & in aciendo plurimum valet, ſi laudes cum quem cohortere.  
Habes de Caluo iudicium & consilium meum: confilium, quod hortandi cauſa laudau: ii  
dicium, quod de ingenio eius valde existimau bene. Reliquum eft, tuam profectionē amo-  
re proſequar: redditum ſpe expectem: abſentem memoria colam: omne desideriū literis mit-  
tendis accipiendoſſque leniam. Tu velim tua in me ſtudia & officia multum tecum recorde-  
re: quæ cum tibi licet, mihi nefas fit obliuisci. non modo virum bonum me existimabis,  
verum etiam te à me amari plurimum iudicabis. Vale.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD TIRO-  
NEM XVI.TULLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HUMANISSIMO  
ET OPTIMO SAL. PLVR. DIC. I

**V**ID E quanta sit in te suauitas. II. H. Thyrei fuimus: Xenomenes hospes tā te dili-  
git, quām si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est quae tibi essent opus: facturum pu-  
to. Mihi placebat si firmior essem, vt te Leucadem deportaret, vt ibi te plane confirmares. Vi-  
debis quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere:  
quem cum inclinacule tibi esset, ad me mittere: sed cogitau vnas literas Marionem affer-  
re posse, me autem crebras expectare: poteris igitur & facies, si me diligis, vt cotidie sit Aca-  
stus in portu. Multi erunt quibus recte literas dare possis, qui ad me libetē perferant. Equi-  
dem Patras cunctem neminem prætermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in  
Curio habeo. Nihil potest illo facti humanius, nihil nostrī amantius. Ei totum trade:  
mallo te paulopost valentem, quām statim imbecillū videre. Cura igitur nihil aliud nisi vt va-  
leas: cetera ego curabo. Enī atque etiam vale. Leucade proficiscens. VI. Id Nouemb.

TULLIUS ET CICERO S.D. TIRONI SVO. II

SEPTIMVM iam diē Corcyra tenetabamur. Q. autē pater, & filius Butroti solicii era-  
mus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil à te literarū: his enim vē-  
tis istinc nauigatur, qui si essent, nos Corcyra non sedemus. Cura igitur te & confirma:  
cum commode & per valetudinem & per anni tempus nauigare poteris, ad nos amantissi-  
mos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligit: charus omnibus expectatiisque venies.  
Cura vt valeas, etiam atque etiam Tiro noster. Vale. X V. K. Nou. Corcyra.

TULLIUS TIRONI SVO S. PLVR. DICIT. III

CICERO meus & Frater & fratri filius. Paulofacilius putavi posse me ferre defyde-  
rium tui: sed planè non fero. & quanquam magni ad honorem nostrum interest quam-  
primum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi videor qui à te discesserim. Sed quia tua  
volūtas ea videbatur esse, vt proflus nisi cōfirmato corpore nolles nauigare, approbaui tuū  
confilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin autem postea quām cibum ex  
pisti videris tibi posse me consequi, tuum confilium est. Marionem ad te eo misi, vt aut te-  
cum ad me quamprimum venire: aut si tu morarere, statim ad me redire. Tu autem tibi hoc  
persuade, si comodo valetudinis tuę fieri possit, nihil me malle, quām te esse meū: si autem  
intelliges opus esse te Patris cōualescendi causa paulum commorari, nihil me malle, quām  
te valere. Si statim nauigas, nos Leucade consequeret: sin te confirmare vis, & comites & tem-  
pestates, & nauem idoneam vt habeas diligenter videbis. Vnum illud mihi Tiro video, si me  
amas, ne te Marionis aduentus, & hęc literas moueant: quod valetudini tuę maxime con-  
duceret, si feceris, maxime obtemperaris volūtati meę. Hęc pro tuo ingenio considera. Nos  
ita te defyderamus, vt amemus: amor vt valentem videamus hortatur: defyderiū, vt quām  
primum illud igitur potius. Cura ergo potissimum, vt valeas. De tuis innumerabilibus in me  
officiis, erit hoc gratissimum. I I. Non. Nou.

TULLIUS TIRONI SVO SAL. IV

NON queo ad te, nec luber scribere quo animo sim affectus: tantum scribo, & tibi & mihi  
maximę volūptati fore, si te firmū quamprimum videbo. Tertio die abs te ad Alyziam  
acceleramus: is locus est circa Leucadem stadię CXX. Leucade, aut teipsum, aut tuas lite-  
ras à Marionē putabam me accepturū. Quantum me diligis, tātum fac vt valeas, vel quā-  
tum te à me scis diligi. Non. Nou. Alyzia.

TULLIUS ET CICERO TIRONI SVO SAL. DIC. ET

Q. PATER ET FILIUS. V

NOS apud Alyziam, ex quo loco tibi literas an̄tē dederamus, vnum diem commorati  
sumus, quod Quintus nos consecutus non erat. Is dies fuit Nonę Nouemb. Inde ante lu-  
cem proficiscentes, ante diem VIII. Idus Nouem. has literas dedimus. Tu si nos omnes

amas, & pricipue me magistrū tuum, confirma te. Ego valde suspenso animo expecto, pri-  
mum te scilicet, deinde Marionē cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quam pri-  
mum te videre, sed mihi Tiro valētem, quate nihil properaris: satis cotidie video, si valēbis.  
Vtilitatibus tuis possum carere: te valere tua causa primum volo, tum mea mihi Tiro. Vale.

## TVLLIUS TIRONI SVO SAL.PLVR. DIC. ET CICERO

ET Q. FRATER ET Q. F.

6

V A R I E sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, paulum altera recrea-  
tus. Quare nunc quidem non dubito quin quoad plane valeas, te neque nauigationi, neque  
via committas: si te mature video, si plane confirmatum video. De medico & tu bene  
existimari scribis, & ego sic audio: sed plane curationes eius non probbo. Ius enim dandum  
tibi non fuit, quum ~~conspicuas~~ esses: sed tamen & ad illum scripti accurate, & ad Lysonem.  
Ad Curium vero suauissimum hominem, & summi officii, summaque humanitatis multa  
scripti: in his etiam, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster vereor ne ne-  
gligentior sit: primū quia omnes Graci: deinde quod cum à me literas accepisset, mihi nullas  
remisit: sed cum tu laudas: tu igitur quid faciendum sit iudicabis. Illud mihi Tiro te ro-  
go, sumptu ne parcas villa in re, quod ad valetudinem opus sit. Scripti ad Curium, quod di-  
xisses, daret medico, ipsi puto aliquid dandum esse quo sit studiosior. Innumerabilia tua sunt  
in me officia, domestica, forensia, urbana, provincialia, in re priuata, in publica, in studiis, in  
literis nostris. Omnia visceris, si ut spero, te validum video. Ego puto te bellissime, si recte  
erit, cum Quzstore Melcinius decursum: non inhumanus est, tēque ut mihi viuis est, di-  
ligit, & cum valetudini tua diligentissime consulueris, tum mihi Tiro consulito nauigationi.  
Nulla in re iam te festinare volo: nihil labore nisi ut saluus sis. Si habero mihi Tiro: nemini  
nisi qui me amet, quin idem te amet: & cū tua & mea maxime interest te valere, tum  
multis est curæ. Adhuc dum mihi nullo loco deesse vis, nunquam te confirmare potuisti:  
nunc te nihil impedit: omnia depone: corpori serui. quantam diligentiam in valetudinem  
tuam contuleris, tāti me fieri iudicabo. Vale mihi Tiro, vale, vale, & salve. Lepta tibi salutem  
dicit, & omnes. Vale. VII.Id.Nou.Leucade.

## TVLLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI S.P.D.

7

T E R T I A M ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis instituti mei tenendi cau-  
sa, quia nactus eram cui darem, quam quo haberem quid scriberem. Igitur illa, quantū me  
diligis, tantum adhibe in te diligenter. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod  
mihi erit gratissimum omnium: cum valetudinis rationem, ut spero, habueris, habeo etiam  
nauigationis. In Italiam cunctis omnibus ad me literas dabis, ut ego cuncte Partes nemine  
prætermitto. Cura cura te mihi Tiro, quum non cōgitit ut simul nauigares. nihil est quod fe-  
stines, nec quicquā cures nisi ut valeas. Enī arque etiam vale. VII.Id.Nou. Actio, vesperi.

Q. CICERO TIRONI S.D.

8

M A G N A E nobis est sollicitudini valetudo tua. nam tametsi qui veniunt, ~~adū~~, ~~adū~~, ~~adū~~  
nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, si diutius à nobis  
absfuturus est is, cuius vsum & suauitatem desyderando sentimus. Attamen quanquam vide-  
re te tota cogitatione cupio, ramen te penitus rogo, ne tam longe nauigationi & viz, per  
hyem, nisi bene firmum cōmittas: neve nauiges, nisi explorate. Vix in ipsis tectis & oppi-  
dis frigus infirmæ valetudine vitatur: nudum in mari & via sit facile abefie ab iniuria tem-  
poris. ~~ψιζεται ησαν τηλευτην~~ inquit Euripides. Cui tu quantū credas nelcio. ego cer-  
te singulos eius versus, singula eius testimonia puto. Effice, si me diligis, ut valeas, & ut ad  
nos firmus ac valens quamprimum venias. Ama nos, & vale. Q. F. tibi Sal. Dic.

## TVLLIUS ET CICERO TIRONI SVO S.P.D.

9

N O S à te, ut scis, discessimus ad IIII. Non. Nou. Leucadē venimus ad VII. Id. Nou.  
ad VIII. Actum. ibi propter tempestatem ad V. Id. morati sumus: Inde ad V. Id. Corcy-  
ram bellissime nauigauimus: Corcyra fuimus usque ad X. VI. K. Decemb. tempestibus  
retenti: ad X. V. K. in portum Corcyreorum ad Callipem stadia CXX procellimus. Ibi re-  
teti vētis sumus usque ad IX. K. Interca qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerūt:

M.L.

nos eo die cenati soluimus. Inde austro lenissimo, cœlo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntrem ludibundi peruenimus: codicinque vēto postridie, id erat ad V 11. 4 K.Decemb.hora 1111. Brundisium venimus, codicinque tempore simul nobiscum in oppidum intruit Terentia, quæ te facit plurimi. Ad v.K.Decemb.seruus Cn. Planci Brundisi tandem aliquando mihi à te expectatissimas literas reddidit, datas Id.Nou.quæ me molesta valde leuarunt: vtinam omnino liberalissent. Sed tamen Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Nunc quid ego te horter ut omnem diligētiam adhibeas ad conualescendum? Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me noui. Scio te omnia facturum, ut nobiscum quamprimum sis. Sed tamen ita velim, ut nequid properes. Symphoniam Lysonis velim vitalles, ne in quartā hebdomada incideres. Sed quum pudori tuo maluisti obsequi quām valetudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico honos haberetur: & tibi daret quod opus esset: me cui iussisset, curaturū. Equum & mulum Brundisi tibi reliqui. Romæ vereor ne ex K. Ian. magni tumultus sint. Nos agemus omnia modice. Reliquum est ut te hoc rogem, & à te peram ne temere nauiges. Solent nautæ festinare quæstus sui causa. Cautus sis mi Tiro. Mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris cum Mescinio, caute is solet natigare: si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueat. In hoc omnem diligētiam si adhibueris, tēque nobis incolumem præstiteris, omnia à te habebo. Etiam atque etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lyson de te scripsi diligentissime. Vale. Salve.

**TULLIUS ET CICERO, TERENTIA, TULLIA. Q. Q. TIRONI. S.P.D. IO  
ET SI** opportunitatem operæ tua omnibus locis desidero, tamen non tam mea quām tua causa doleo te non valere. Sed quum in quartā conuersa vis est morbi sic enim scribit Curius: spero te diligentia adhibita etiam firmorem fore. Modo fac id quod est humana ritus tuz: ne quid aliud cures hoc tempore, nūl ut quammodum sime cōualescas. Non ignoro quantum ex desiderio labores: sed erit omnia facilia si valebis: festinare te nolo, ne naufragio molestiam suscipias ager, & periculo hyeme nauiges. Ego ad urbē accessi pr. Non. Ian. obuiam mihi sic est prodidū, ut nihil possit fieri ornatus. Sed incidi in ipsam flammā ci uilis discordiz, vel potius belli. cui cū cupere mederi, & vt arbitror possem, cupiditates certorum hominū (nam ex utraque parte sunt qui pugnare cupiant) impedimento mihi fuerunt omnino. Et ipse Cæsar amicus noster minaces ad Senatum & acerbas literas miseratis: & erat adhuc impudens, qui exercitū & prouinciam iniuitu Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noster & Q. Caecilius nulla vi expulsi ad Cæsarem cum Curiōne profecti erant. Postea quām Senatus C o s s. Pratt. Tibb. pl. & nobis, qui Procofules sumus, negotium dederat, ut cutaremus nequid resp. detrimenti caperet: nunquam maiore in periculo ciuitas fuit: nunquam improbi ciues habuerunt paratiorem ducem, omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur. Id sit auctoritate & studio Pôpeii nostri, qui Cæsarem sero ceperit timere. Nobis inter has turbas Senatus tamen frequens flagitauit triumphū. Sed Lentulus Consul, quo maius suum beneficium facet, simulatque expeditus quæ essent necessaria de rep. dixit se relaxarum. Nos agimus nihil cupide: cōquæ est nostra pluris authoritas. Italiæ regiones descriptæ sunt, quam quisque partem tueretur: nos Capiam sumptus. Hæc te scire volui. Tu etiam atque etiam cura ut valeas, literasque ad me mittas, quotiescumque habebis cui des. Etiam atque etiam vale. Dat. pr. Idus Ian.

**TULLIUS S. D. TIRONI SVO.**

II

**Q. V O** in discrimine versetus salus mea, & bonorum omnium atque vniuersitatis reip. ex eo scire potes, quod domos nostras & patriam ipsam vel diripiendam, vel inflammandam reliquisimus. In eum locū res deduxta est, ut nisi qui deus, vel calix aliquis subuenerit, salui esse nequeamus. Evidē ut veni ad urbem, non destiti omnia & sentire, & dicere, & facere quæ ad cōcordiam pertinerant: sed mirus inuaserat furor, non solum improbos, sed etiam hos qui boni habentur, ut pugnare cuperent, me clamare nihil esse bello ciuili miseri. Itaque cum Cæsar amētia quadam raperetur, & oblitus nominis atque honorum suorum, Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupauisset, Urbem reliquisimus; quām sapienter, aut

quam fortiter, nihil attinet disputari. Quo quidē in casu simus, vides. Feruntur omnino cōditiones ab illo, vt Pompeius eā in Hispaniam; delectus qui sunt habiti, & præsidia nostra dimittantur: sc̄ viteriorem Gallium Domitio, ceteriorem Considio Noniano(his enim obtrigerunt) traditurum: ad Consulatus petitionem se venturum: neque se iam velle absente se, rationem haberi sūi, se præsenzē trinum nundinum petivū. Accepimus cōditiones: sed ita, vt remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit, vt sine metu de iis ipsiis cōditionibus Roma Senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honeste: leges enim impo-  
nuntur: sed quodvis est inclusus, quam sic esse vt sumus. Sit autē ille suis cōditionibus stare noluerit, bellum paratum est, eiusmodi tamē, quod sustinere ille non possit, præterim cum à suis conditionibus ipse fugerit, tantummodo vt cum intercludamus, ne ad urbē possit ac-  
cedere, quod sperabamus fieri posse. Delectus enim magnos habebamus: purabamisque il-  
lum metuere, si ad urbē ire coepisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas,  
præter Trāspadanos: ex Hispaniāque sex legiones, & magna auxilia Afranio & Petreio du-  
cibus habet à tergo. videtur, si infancti, polle opprimi, modo vt virbe salua, maximam au-  
tem plágā acceptis, quod is qui summā authoritatē in illius exercitu habebat, T. Labie-  
nus, locus sceleris esse noluit: reliquit illum, & nobiscum est: multique idem facturi esse di-  
cuntur. Ego adhuc orā maritima p̄fsum à Formiā. Nullū maius negotium suscipere vol-  
ui, quod plus apud illum meę literę cohortationēque ad pacē valerent. Sinautem etiā bel-  
liū, video me castris & certis legionibus p̄futurū. Habeo etiam illā molestiam, quod Dol-  
labella nostra apud Cesarem est. Hac tibi nota esse volui, quæ caue ne te perturbēt, & im-  
pediant valetudinem tuam. Ego A. Varroni, quem cum amantissimum mei cognoui, tum  
etiam valde tui studiosum, diligenterissime te commendauit, vt & valetudinis tuae rationem  
haberet, & nauigationis, & rotum te suscipere ac tueretur: quem omnia facturum confidis  
recepit enim, & mecum locutus est suauissime. Tu quum eo tempore meū esse non potuisti  
quo ego maxime operam & fidelitatem desiderauit tuam, caue festines, aut committas vt  
aut zeger, aut hyeme nauiges. Nunquam sero te venisse putabo, si saluus veneris. Adhuc ne-  
minem yiderā qui te postea vidisset, quam M. Voluius, à quo tuas literas accepi: quod non  
mitabar: neque enim meas puto ad te literas tanta hyeme perferti. Sed da opera vt valeas:  
& si valebis, cum recte nauigari poterit, tum nauiges. Cicero meus in Formiano erat: Terē-  
gia & Tullia Romæ. Cura vt valeas. 111 K. Feb. Capua.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

12

E G O vero cupio te ad me venire, sed viam timeo: grauiissime agrotasti: inedia, & pur-  
gationibus, & vi ipsius morbi cōsumptus es: graues solēnt offensiones esse ex graibus mor-  
bis, siquaz culpa cōmilla est. Iam ad id biduum quod fueris in via, dum in Cumamum ve-  
nis, accedent continuo ad redditum dies quinque. Ego in Formiano ad 111. K. esse volo.  
Ibi te vt firmum offendam, mi Tiro effice. Literulz mez, sine nostra tui desiderio oblan-  
guerunt. Hac tamen epistola, quam Acacius attulit, oculos paulum fustulerunt. Pompeius  
erat apud me, cum hac scriberem: hilare & libenter ei cupient audire nostra, dixi, sine te  
omnia mea muta esse. Tu misis nostris para vt operas redas, nostra ad diem dictā fient.  
Docui enim te, fides īvno quod haberet. fac plane vt valeas, nos adsumus. Vale x 1111. K.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

13

A E G Y P T A ad me venit pr. Id. Ap. Is esfi mihi muniaui te planè febri carere & belle  
habere: tamen quod negauit te potuisse ad me scribere, curam mi attulit, & eo magis quod  
Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum solicitudine de  
tua valetudine: qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem, si iam putā-  
rem libenter te legere posse. Ingenium tuum quod ego maximū facio, confer ad te mihi ti-  
būque conseruandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Scripta iam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolā vacillantibus literulis: nec mi-  
rum, tam graui morbo. Ego ad te AEgyptam misi, quod nec inhumanus est, & te viuis est  
mihi diligere, vt is tecum esset: & cum eo cocum, quo vterere. Vale.

M.ii.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

14

ANDRICVS postridie ad me venit, quām expectarem. Itaque habui noctem plenam timoribus ac miseriis. Tuis literis nihilo sum factus certior quo modo te haberes: sed tamen sum recreatus. Ego omni delectatione literisque omnibus careo: quas antequā te videro, attingere non possum. Medico mercedis quantum poscer, promitti iubeto: id scripsi ad Vmmium. Audio re animo angī, & medicum dicere ex eo te laborare. Si me diligis, exēta ex somno tuas literas humanitatēque, propter quam mihi es charissimus. Nūc opus est te animo valere, vt corpore possis. Id cum tua, tum mea causa facias à te peto. Acautum, retine, quō commodius tibi ministretur. Conferus te mihi: dies promissorum adest: quem etiam repräsentabo, si aduenieris. Eriam atque etiam vale. I I I. Id. H. v I.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

15

OMNIA à te data mihi purabo, si te valētem video. Summa cura expectabam aduentum Menandri, quem ad te miseram. Cura, si me diligis, vt valeas: & cum te bene cōfirmatis, ad nos venias.

Vale. I I I. Id. Apr.

## Q. M. FRATRI SAL.

16

DE TIRONE mi Marce, ita te meūmque Ciceronem, & meam Tulliolam, tuūmque filium videam, vt mihi gratissimū fecisti, cum cum indignum illa fortuna ac nobis amicū, quām seruum esse maluisti. Mihi crede, tuis & illius literis perfectis, exilii gaudio, & tibi & ago gratias & gratulor. Si enim mihi Statii fidelitas est tantæ voluptati, quanti esse in isto hac eadem bona debent, additis lireris & sermonibus, humanitate, quæ sunt his ipsis commodis potiora. Amo te omnibus equidem de maximis causis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi sic, vt debuisti, nuntiaſti. Te totum in literis vidi. Sabini pueris & promisi omnia & faciam.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

17

VIDEO quid agas: tuas quoque epistolas vis referri in volumina. Sed heus tu, qui ~~meū~~ esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ~~meū~~ VALETUDINI FIDELITER INSERVIENDO? Vnde in istum locū FIDELITER venit: cui verbo domicilium est proprium in officio: migrationes in alienū multæ, nam & doctrina, & domus, & ars, & ager etiam fidelis dici potest. vt sit, quomodo Theophrasto placet, verecunda tralatio. Sed hæc coram. Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu ~~meū~~ satis scis. Tu eum videlicet non potuisti videre: eas aderit: videbis igitur. Nam ego hinc perendie mane cogito. Valeudo tua me valde sollicitat: sed inferui, & fac omnia: tum te mecum esse, tum mihi cum multatissime satisfacere putato. Cuspio quod operam dedisti, mihi gratum est: valde enim eius causa volo.

Vale.

## TVLLIUS TIRONI SAL.

18

QVID igitur monsic oportet? Equidē censeo sic addendum, etiam suo: sed si placet, inuidia viretur, quam quidē ego sepe contempi. Tibi ~~meū~~ gaudeo profuisse: si vero etiam Tufculanum, Dū boni, quanto mihi illud erit amabilius. Sed si me amas, quod quidem aut facis, aut perbellę simulas, quod tamen in modum procedit: sed vt est, indulge valetudini tuz, cui quidem tu adhuc, dum mihi defensus, seruisti non satis. ea quid postuler, non ignoras: ut, ~~meū~~, ~~meū~~, ~~meū~~, ~~meū~~, ~~meū~~, ~~meū~~. Fac bellus reuertare: non modo te, sed etiam Tufculanum nostrum plus amem. Parhedrum excita, vt hortum ipse conducat: sic & olitorum ipsum commouebis. Helico nequissimus ~~meū~~ M. dabat nullo apricio horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa. Iste nos tanta impensa derideat: calface hominē, vt ego Mothonem. Itaque abutor coronis. De Crabra quid agatur, et si nūc quidē etiam nimium est aqua, tamen velim scire. Horologium mittam, & libros, si erit sudum. Sed tu nullōne tecum libellos: an pangis aliquid Sophocleum, fac opus appearar. Aligurius Cæfaris familiaris mortuus est, bonus homo & nobis amicus. Te quando expectemus, fac vt sciām. Cura te diligenter.

Vale.

## TVLLIUS TIRONI SVO SAL.

19

EXPECTO tuas literas de multis rebus: te ipsum multo magis. Demetrium redde no-

strum, & aliud siquid potest boni. De Aufidiano nomine nihil te horrors; cito tibi curz esse: sed confice. Et si ob eam rem moraris, accipio causam: si id te nō tener, aduola. Literas tuas valde expecto.

## TULLIUS TIRONI SAL.

20

SOLICITA T, ira viuam, me tua mi Tiro valeduto: sed confido si diligentiam, quam instituisti, adhibueris, cito re firmum fore. Libros cōpone, indicem cum Metrodoro habebit, quum eius arbitratu eiuscum ollitore vt videatur. Tu potes Kalendis spectare gladiatores, postridie redire: & ita censeo. Verum vt videbitur. Cura te (si me amas) diligenter. Vale.

## CICERO F. TIRONI SVO DULCISSIMO SAL.

21

CVM vehementer tabellarios expectarem cotidie, aliquando venerit post diem X L & V I quām à vobis discesserant: quorum mihi fui aduentus adoptatissimus. Nam cum maximam cepisse latitiam ex humanissimi & charillimi patris epistola, tum vero iucundissimae tuae literæ cumulum mihi gaudiū attulerunt. Itaque me iam nō penitebar intercapendinem scribendi scisse, sed potius latabar: fructū enim magnū humanitatis tuae capiebam ex silentio mearū literarū. Vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione acceptile excusationē. Gratos tibi optatosque esse, qui de me rumores afferunt, nō dubito mi dulcissime Tiro: præstabōque & enitar vt in dies magis magisque hæc nascēs de me dupliceret opinio. Quare quod polliceris re bucinatore fore exultimationis meæ, firmo id constantique animo facias licet. tantū enim mihi dolorē cruciatumque attulerū errata ztatis meæ, vt nō solum animus à factis, sed aures quoque à cōmemoratione abhorret. Cuius te sollicitudinis & doloris participē fuisse, non, exploratumque est mihi: nec id mirū. nā cum omnia mea causa velles mihi successe, tum etiam tua: focus enim te meorū cōmodorum semper esse volui. Quod igitur tum ex me doluisti, nunc vt duplicitur tuum ex me gaudium, præstabō. Cratippō me scito nō vt discipulū, sed vt filium esse cōiunctissimum. nam cum & audio illū libenter, tum etiam propriam eius suavitatem vehementē amplector. Similes dies cū eo, noctisque sapientia numero partē: ex ore enim vt meū quām sapissime ceneret. Hac introducta cōsuetudine sapientibus inservientibus nobis & cenariibus obrepit, sublataque seueritate philosophiz, humanissime nobiscū iocatur. Quare da operā vt hunc talē, tam iucundū, tam excellētē virū video quampeimū. Nam quid ego de Brutio dicā: quem nul lo tēpore à me patios dīscēdere: cuius cum frugi seueraque cūl virā, tum etiam iucundissima conuictio: non est enim scāndalus locus à philologia, & coridiana ~~utriusque~~. Huic ego locum in proximo conduxi, & vt possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatē: præterea declamat̄ Græce apud Calſium instituit; Latine autē apud Brutium exerceri volo. Vtor familiaribus & cotidianis conuictoriis, quos secū Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis & illi probatissimis. Multum etiam mecum est Epicrates princeps Atheniensium, & Leonides, & horum ceteri similes. ~~et~~ <sup>M. III.</sup> ut*ne* ~~ne~~ <sup>ne</sup> ut*ne* ~~ne~~ <sup>ne</sup>. De Gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in cotidiana declamatione vtilis: sed omnia postproposi, dummodo præceptis patris parerent: ~~agere~~ enim scriperat, vt eum dimitterem statim. tergit, uerfari nolui, ne mea nimia ~~utriusque~~ suspitionem ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patri iudicare. Tuum tamen studium & consilium gratum acceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio: scio enim quām soles esse occupatus. Emisse te prædiūm vehementer gaudeo, feliciterque tibi rem istam eueniēre cupio. Hoc loco me tibi gratulari noli mirari: codem enim se reb̄ loco tu quoque emisse te, fecisti me certiorem. Habes vbi sunt deponenda: urbanitas rusticus Romanus factus es. Quomodo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono, videor enim videre ementem te rusticas res, cum villico loquenter, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertinet, me tum tibi defuisse, que ac tu, doleo. Sed noli dubitare mi Tiro, quin te subleuatur sim, si modo fortune me, præstern cum sciam communem nobis emptum esse istum fundum. De mandatis quod tibi curz fuit, est mihi gratum. Sed peto à te, vt quamcelerrime

M. iii.

## Ad Tironem.

mihi librarius mittatur, maxime quidem Grecus: multū mihi enim cripitū operā in exscribēdis: hypomnematis. Tu velim in primis cures ut valcas, ut vna ~~etiam~~ possimus. Antherum tibi commendo. Vale.

## TULLIUS TIRONI SVO SAL.

S P E R O ex tuis literis tibi melius esse: cupio certe. Cui quidem rei omni ratione cura ut inferuas: & caue suspicaris contra meam voluntatem te facere, quod non sis mecum: mecum es, si te curas. Quare malo te valetudini tua seruire, quam meis oculis & auribus. Etsi enim & audio te, & video libeter: tamen hoc multo erit, si valebis, iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo: lego autem libertissime. Tu iste, siquid librarii mei manu non intelligent, monstrabis: vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrim Catone. De triclinio cura ut facis. Tertia aderit, modo ne Publius rogatus sit. Demetrius ille niuquam omnino Phalerus fuit: sed nunc plane Bilienus est. Itaque te do vicarium: tu cum obseruabis. Etsi veruntamen de illis, nostri cætera. Sed tamen siquem cu[m] eo sermonem habueris, scribes ad me, ut mihi nascatur epistola argumentum, & ut tuas quamlongissimas literas legam. Cura mihi Tiro ut valcas, hoc gratius mihi facere nihil potes. Vale.

## CICERO TIRONI SAL.

T V vero confice professionem, si potes: et si haec pecunia ex eo genere est ut professio-ne no[n] egeat. Vruntamē Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. Antonius de lege quid egerit licet modo rusticari, ad Bithinici scripsi. De Scruilio tu videris, qui senectutem non contemnis. Etsi Atticus noster, quia quondam me cōmōueri ~~memor~~, intellexit, idem semper putat: nec videt quibus praefidius philosophiz sepeus sim: & hercule, quod timidus ipse est, ~~memor~~. Ego tamen Antonii inueteratam fine villa offensione amicitiam retinere lane volo, scribamque ad eum, sed non ante, quam te video. nec tamen te auoco à syngrapha ~~memor~~. cras expecto Leptam: etenim ad cuius rutā pulegio mihi tui sermonis vtendum est. Vale.

## TULLIUS TIRONI SAL.

B T S I mane Harpalum misericordiam, tamen cum haberem cui recte darem literas, et si noui nihil erat, isdem de rebus volui ad te sapius scribere: non quin considerem diligentiz tuz, sed rei me magnitudo mouebat. Mihi prora & puppis, ut Græcorum proverbiū est, fuit à me tui dimittiendi, ut rationes nostras explicares. Ofilio & Aurelio vtique satis fuit: à Flamma si non potes omnem, partem aliquam velim extorqueas. In primisque, ut expedita sit pensio Kal. Ian. de attributione conficies: de representatione videbis. De domesticis rebus hac tenus: de publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius, quæ hominum opinio, quid futurum putes. ego vix teneor quin accurrā. Sed si literas tuas exspecto, & sciro Balbum tum fuisse Aquini cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. Puto vtrumque ad aquas. Sed quod egerint Dolabellæ procuratores, fac ut admoneantur: appellabis etiam Papiam. Vale.

## CICERO F. TIRONI SVO SAL.

B T S I iusta & idonea usus es excusatione de intermissione literarum tuarum, tamen id ne sapius facias rogo: nam et si de repub. rumoribus & nuntiis certior fio, & de sua in me voluntate semper ad me perfiscirib pater: tamen de quauius minima te scripta à te ad me semper epistola fuit gratissima. Quare cum in primis tuas desiderem literas, noli cōmittere ut excusatione potius expreas officium scribendi, quam assiduitate epistolarum. Vale.

## Q. TIRONI SVO PLVR. SAL. DIC.

V E R B E R A V I te cogitationis tacito duntaxat conuicio, quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est. Nō potes effugere huius culpæ pœnæ. De patrone Marcus est adhibēsus: si que diu & multis lucubrationibus cōmentata oratione, videvt probare posse, te nō peccasse. Planè te rogo, sicut olim matrē nostrā facere memini, que lagenas etiam inaneis obsignabat, ne diceretur inaneis aliquæ fuisse, quæ furfum essent edificatae: sic tu etiam si quod scribas nō habebis, scribito tamen, ne furfum cessationis quæsiuisse vi-

dearis. Valde enim mi semper & vera & duleia nis epistolis nuntiantur. Ama nos, & vale:

Q. CICERO TIRONI SVO SAL. PLVR. DIC.

27

MIRIFICAM mi verberationem cificationis epistola dedisti. Nam quæ parcius frater prescriperat, verecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, ut erant, ad me scripsi, & maxime de Cossis defl. quos ego penitus non libidinū & lagorius effec- minatissimi animi plenos: qui nisi à gubernaculis recesserint, maximum ab vniuerso naufragio periculum est. Incredibile est quæ ego illos scio oppositis Gallorum castris in zefiuis fecisse: quos ille latro, nisi aliquid firmius fuerit, societate vitorum delinet. Res est aut tribunitiis, aut priuatissimis cōsilii munienda. Nam ibi vix sunt digni, quibus alteri Cefennam, alteri Cosfutianarū tabernarū fundamenta credas. Te, ut dixi, fero oculis. Ego vos ad IIII. Kal. videbo: tuosque oculos, etiam si te veniens in medio foro video, diffauisabor. Me ama.

Vale.

## M.T.C. Epistolarū ad Brutū Liber.

CICERO BRVTO SAL.

I.



CLODIVS Trib. pl. designatus valde me diligit, vel ut tu...  
... dicam, valde me amat. Quod cum mihi ita persuasum  
sit, non dubito/bene enim me nosti) quin illum quoque iudices  
à me amari. Nihil enim mihi minus hominis videtur, quam nō  
respondeat in amore iūs à quibus prouocere. Is mihi visus est ful-  
picari, nec sine magno quidē dolore, aliquid à suis, vel per suos  
potius inimicos ad te esse datum, quo tuus animus à se esset  
alienior. Non solo mihi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temere  
affirmare de altero. Est enim periculoso propter occul-  
tas hominum voluntates, multiplicesque naturas. Clodii animum perspectum habeo, co-  
gnitum, iudicatum: multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria. Volo enim hoc  
testimonium tibi videri potius quam epistolā. Autus Antonii beneficio esse eius ipsius be-  
neficii magna pars a te est. Itaque eum salutis nobis vellet salutum. In eum aurē locum rem  
adductā intelligit (est enim ut Icis, minime stolidus) ut virtute salutis esse non possint. Itaque  
nos manuū. De te vero amicissime & loquitur & sentit. Quare si quis fecis ad te de eo  
scripsit, aut si corām locutus est, pecto a te etiam atque etiam, mihi ut potius credas, qui &  
facilius iudicare possum, quam ille necis quis, & te plus diligo. Clodium tibi amicissimum  
exstima, ciuīcūque talem, qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet.

CICERO BRVTO SAL.

2

SCRIPTA & obsignata iam epistola literæ mihi redditæ sunt a te, plenæ rēi noua-  
rū, maximèque mirabiles. Dolabellā quinque cohortes misse in Chersonesum. Adeōne  
copias abundat, ut iūs qui ex Asia fugere dicebatur, Europā appetere conetur. Quinque au-  
tem cohortibus quidnam se facturum arbitratus est, cum tu eo quinque legiones, opti-  
mum equitatum, maxima auxilia haberes. Quas quidē cohortes spero iam tuas esse, quo-  
niam latro ille tam fuit demens: & tuum cōsulium vchemeter laudo, quid non prius exer-  
citum Apollonia Dyrrachioque mouisti, quam de Antonii fuga audisti, Brutii cruptio-  
ne, P.R. victoria. Itaque quod Icribis postea itanuisse te ducere exercitū in Chersonesum,  
nec pari sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium P.R. facis ex tua dignitate, & è repub.  
Quod scribis de seditione quæ facta est in legione quarta de Catonis (quod dicam, in bo-  
nam partem accipies) magis mihi probatur militū leueritas, quam tua. Te bencoualentiam

M.iii.

exercitus, equitanusque expertum vehementer gaudeo. De Dolabella, ut scribis, siquid habes noui, facies me certiorum: in quo delector me ante prouidisse, ut tuum iudicium liberum esset cum Dolabella belli gerendi: & id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad tempus, ut nunc iudico, ad dignitatem tuam. Quod scribis, me maximo orio egisti, ut inseparatus Antonios, idque laudas, credo ita videri tibi, sed illam distinctionem tuam nullo pacto probo. Scribis enim acris prohibenda bella ciuilis esse, quam in superatos iracundiam exercendam. Vehementer a te Brute dissensio, nec clementia tua concedo, sed salutis scueritas vincit inanem speciem clementiae. Quod si clementes esse volumus, nūquam derūt bella ciuilis. Sed de hoc tu videris. De me possum idem, quod Plautinus pater in Triummo, Mihi quidē etas acta ferme est, tua ictus refert maxime. Opprimemini (mihi crede) Brute, nisi prouideris. Neque enim populum semper eundē habebitis, neque Senatum, neque Senati ducem. Hac ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, nihil potest esse verius. X 1111. Kal. Mai.

## M. T. C. MARCO BRVTO S.

NOSTRÆ res meliore loco videbatur. Scripta enim ad te certo scio, quæ gesta sunt, quælibet tibi sepe scripsi Consules, tales extiterunt. Cæfaris vero pueri mirifica indoles virtutis, virnam tam facile cum florentem & honoribus & gratia regere ac tenere possimus, quam facile adhuc tenuimus. Est omnino illud difficultius, sed ramen non diffidimus. Persuasum enim adolescenti, & maxime per me, eius opera nos esse saluos: & certe, nisi is Antonium ab vrbe auertisset, periissent omnia. Triduo vero aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimā, timore quadam perculta ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat: eadem recreata ad x 11 Kal. Maii te huc venire, quam se ad te ire malebat. Quo quidē die magnorum moorum laborū, multarūque vigilarum fructum cepi maximum, si modo est aliquis fructus ex solida, veraque gloria. Nam rāte multitudinis, quantā capit vrbs nostra, cocuritus est ad me factus: ea cum visque in Capitolum deductus, maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. Nihil est in me inane, neque enim debet. Sed tamē omnium ordinum consensu, gratiarū actio, gratulatioque me commouet, propter ea quod popularē me esse in populi salute præclarū est. Sed hac te malo ab aliis: me velim de tuis rebus consiliisque facias diligenter certiorum. Illudque cōsideres, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sentis Senatum, sic Po. Ro. nullos vñquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quam eos ciues qui hoc bello contra patriam arma ceperūt: quos quidē ego omnibus sententiis vñciseor, & perficior omnibus bonis approbanibus. Tu quid de hac te sentias, tui iudicii est. Ego sic sentio, trium fratrum vnam & eandem esse causam. Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bgnos amissimus. Hirius quidem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno prælio ante viciisset. Nam Panis fugerat vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur, & Cæsar. Hostes autem omnes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Itaque id s.c. plerique interpretantur etiam ad tuos, sive captiuos, sive deditiarios pertinere. Equidē nihil disserui durius, cum nominatim de C. Antonio decernerem, quod ita statueram, à te cognoscere causam eius Senatum oportere. X. Kal. Mai.

## BRVTVS CICERONI SAL.

QVANTAM sim lætitia affectus cognitis rebus Bruti nostri & Cōsulū, facilius est tibi exultare, quam mihi scribere. Cum alia laudo & gaudeo accidisse, tum quod Bruti eruptio non solū ipsi salutaris fuit, sed etiam maximo ad victoriam adiumento. Quod scribis mihi trium Antoniorū vnam atque eandē causam esse, quid ego sentiam, mei iudicii esse statuo nihil, nisi hoc: Senatus aut Po. Ro. iudicium esse de his ciuibus qui pugnatē nō interierint. At hoc ipsum, inquietus, inique facis, qui hostilis animi in temp. homines, ciues appelles, immō iustissime. Quod enim nondum Senatus censuit, nec Po. Rom. iussit, id arroganter nō præiudico, neque recuso ad arbitrium meum. Illud quidē non muto, quod ei quem me occidere res non coegit, neque crudeliter quicquam eripui, neque dissolute quicquam remisi: habuisse in mea potestate, quoad bellū fuit. Multo quidē honestius iudico,

magisque quod concedere possit respub. miserorum fortunam non infectari, quam infinite tribuere potentibus quæ cupiditatem & arrogantiam incendere possint. Quia in re Cicero vir optime ac fortissime, nihilque merito, & meo nomine & reip. charissime, nimis credere videris spei tue: statimque, ut quisque aliquid recte fecerit, omnia dare ac permittere: quasi non licet traduci ad mala confilia corruptum largitionibus animum. Quia tua est humanitas, ex quo animo te moneri patieris, præfertim de cōmuni salute: facies tamen quod tibi visum fuerit, etiam ego, cum me docueris. Nunc Cicero, nunc agendum est, ne frustra opprēsum esse Antonium gauſi ſumus, neu ſemper primi cuiusque mali excidendi cauſa sit, ut aliud renascatur illo peius. Nihil iam neque opinantibus, aut patientibus nobis, ad uerti cuenare potest, in quo non cum omnium culpa, tum præcipue tua futura ſit, cuius tan- tam authoritatem Senatus, ac Po. Ro. non ſolum eſſe patitur, fed etiam cupit, quanta ma- xime in libera ciuitate vnius eſſe potest: quam tu non ſolum bene ſentiendo, ſed etiam pru- denter tueri debes. Prudentia porro quæ tibi ſuperest, nulla ab te defuderatur, niſi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia ſic adiunt, ut cum quolibet antiquorum comparari poſſint tua virtutes. Vnum hoc grato animo, liberalique proſectum, cauiorem ac mode- ratiorem liberalitatem defuderat. Nihil enim Senatus cuiquā dare debet quod male cogi- tantibus exēpio, aut präſidio ſit. Itaque timeo de Consulatu, ne Cæſar tuus altius ſe aſcen- diſſe putet decretis tuis, quam inde, ſi Consul factus ſit, deſcenſurum. Quid si Antonius ab alio relictum regni instrumentum occaſionem regnandi habuit, quoniam animo fore pu- tas ſiquis authore non tyrranno interfecto, fed ipſo Senatu putat ſe imperia quilibet con- cupiſcere poſſet. Quare tum & felicitatem & prouidentiam laudabo tuam, cum explora- tum haberi coepero Cæſarem honoribus quos accepiterit, extraordinaři fore contentum. Alienz igitur, inquietus, culpa me reum ſubticies: Proſuſ alienz, ſi prouideri potuit ne exi- ſteret, quod vitiam inspectare poſſis timorem de illo meum. His literis scriptis, Conſu- lem te factum audiuiimus. Tum vero incipiam proponere mihi tempub. iuftam, & iam ſu- is nitentem viribus, ſi iſtuc video. Filius valet, & in Macedonia cum equitatu premissus eſt. Id. Mai. Ex caſtris.

## CICERO BRVTO 5.

5

A D V. K. Mai. cum de iis qui hostes iudicati ſunt bello persequendis ſententiae dicen- tur, dixit Seruilius etiam de Ventidio, & vt Caiſſius perſequeretur Dolabellam. Cui cum eſſem affiſſus, decreui hoc amplius, ut tu, ſi arbitrarere vtile fore, ex que repu. eſſe, perſequere bello Dolabellam. Si minus id cōmodo reipub. facere poſſes, ſiue noxilitates e re- pub. eſſe, ut in iſdem locis exercitū contineres. Nihil honorificētius potuit facere Senatus, quam ut tuum eſſet iudicium quid maxime conducere reipub. tibi videretur. Evidem ſic ſentio, ſi manum haber, ſi caſtra, ſi vbi conſtitat viſpam Dolabellam, ad fidem & ad dignita- tem tuam pertinere cum perfequi. De Caiſſi noſtri copiis nihil ſciebamus: neque enim ab ipſo vllaz literaz, neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus. Quaopere au- tem interfit opprimi Dolabellam, proſecto intelligis, cum ut ſceleris poenas perſoluat, tum ne fit quibz ſe latronum duces ex Mutinensi fuga conferant. Atque hoc mihi iam ante pla- cuiſſe, potes ex superioribus meis literis recordari: quanquam tum & fugaz portus erat in tuis caſtris, & ſubdiarium ſalutis in tuo exercitu, quo magis nunc liberati ( ut ſpero ) perciulis, in Dolabellam opprimendo occupati eſſe debemus. Sed hæc cogitabis diligenter, sta- tues sapienter. Facies nos quid conſtitueris, & quid agas ( ſi tibi videbitur) certiores. Cicero- nem noſtrum in veſtrum collegium cooptari volo. Exiſtimo omnino abſentium ratio- nem, ſacerdotum comitiis poſſe haberi. nam etiā factum eſt aneca. C. enim Marius, cum in Cappadocia eſſet, lege Domitia factus eſt Augut: nec quo minus id poſtea liceret, vlla lex fanxit. Eſt etiam in lege Iulia, quæ lex eſt de ſacerdotiis proxima, hi verbis, Q. V. I. P E- TIT, CVIVSVE RATIO HABEBITVR. Aperte indicat poſſe tationem ha- beri, non petentiſ. Hac de te ſcripsi ad eum, ut tuo iudicio vtereris, ſicut in rebus omnibus. Tibi autem ſtuendum eſt de Domitio & de Catone noſtro. Sed quāuis licet abſentis ra- tionem haberi, tamen omnia ſunt praefentibus faciliora. Quid si ſtatueris in Afiam tibi

cundum, nulla erit ad comitia nostros acersendi facultas. Omnino Panis viuo celeriora omnia putabamus. Statim enim Collegam sibi subrogauisset: deinde ante Pratoria Sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram video. Dum enim unus erit patricius magistratus, auspicia ad partes redire non possunt. Magna sanè perturbatio. Tu tota de re quid sentias, velim me facias certiorem. 111. Non. Mai. Vale.

## BRUTVS CICERONI SAL.

6

**N O L I** expectare dum ribi gratias agam: iampridem hoc ex nostra necessitudine quæ ad summam benevolentiam peruenit, sublarem esse debet. Filius tuus à me abest, in Macedonia congregiemur. Iussus est enim Ambraciā ducere equites per Thessaliam, & scripsi ad eum, ut mihi Heraeclam occurreret. Cum cum video (quoniam nobis permittis) cōmuniter constitutus es de rebus cius ad petitionem, aut ad cōmendationem honoris. Tibi Glicona medicus Panis qui forem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligenter cōmendo. Audimus cum venisti in suspicionem Torquato de morte Panis, custodire que vt parcidam nihil minus credendum est. Quis enim maiorem calamitatem morte Panis accepit: præterea est modestus homo, & frugis, quem ne utilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, & quidem valde rogo (nam Achilleus noster nō minus quam æquum est laborat) cripias cum ex custodia, conserueſque. Hoc ego ad meum officium priuatarum rerum aque atque villam aliam rem pertinere arbitror. Cum has ad te scriberem literas, ab Satrio Legato C. Trebonii reddita est epistola mihi, à Tullio, & Dicitoro Dolabellam cœsum, fugatimque esse. Græca epistolam tibi misi. Cycheri cuiusdam ad Satrium missam. Flavius noster de cōtroversia quæ habet cū Dyrrachini hazrediariam, sumptū te indicem: rogo te Cicerō, & Flavius rogat, rem cōficias, quin ei qui Flavius fecit heredem, pecuniam debetur: ciuitas, non est dubium, neque Dyrrachini inficiantur, sed sibi donatum est alienum à Cesare dicunt. Noli pati à necessariis tuis necessario meo iniuriarum fieri. X VI I.K. Jun. Ex Castris ad imam Candauiam.

## BRUTVS CICERONI S.

7

**L. BIBVLVS** quām charus mihi esse debet, nemo melius iudicare potest quām tu, cuius tantæ pro repub. contentiones, solicitudinēsque fuerunt. Itaque vel ipsius virtus, vel nostra necessitudo debet conciliare te illi, quo minus multa mihi scribenda esse arbitror. Voluntas enim te mouere debet nostra, si modo iusta est, aut pro officio necessario suscipitur. Is Panis locum petere confituit: et nominationē à te perimus: neque coniunctioni dare beneficium quām nos tibi sumus, neque digniorem nominare potes quām Bibulum. De Dominicō & Apuleio quid atinet scribere, cum ipse per te tibi commendatisimi sint Apulcius vero tu tua autoritate sustinere debes. Sed Apulcius in sua epistola celebribus. Bibulum noli dimittere ex sinu tuo tantum iam virum, ex quanto (crede mihi) potest euadere, qui veltris paucorum respondeat laudibus.

## CICERO BRVTO S.

8

**MVLTO** s tibi commendavi, & cōmendem necesse est. optimus enim quisque vir & ciuitatis maxime sequitur tuum iudicium: tibique omnes fortes viri nauare operam & studium volunt: nec quicquam est quin ita existimeret, meam apud te & authoritatem & gratiam valere plurimum. Sed C. Naſenium municipem. Sueſtanum tibi ita commendo, ut neminem diligētis. Crerensi bello Merello Imperatore octauum principem duxit: postea in te familiari occupatus fuit. Hoc tēpore cum reipub. partibus, tum tua excellenti dignitate commotus, vellet per te aliquid authoritatis afflumere. Forte vitam Brute tibi commendando, frugis hominē, & siquid ad rem pertinet, etiam locupletem. Pergratum mihi erit si cum ita tractaris, ut merito tuo mihi gratias agere possit.

## CICERO BRVTO S.

9

**E V N G E R E R** officio quo tu functus es in meo luctu, tēque per literas consolater, nisi scirem his remedis quibus mīci dolore tum lenasses, te nō egere: ac velim facilius, quām tunc mihi, nunc tibi tute modeare. Est enim alienum tanto viro ut es tu, quod alteri præceperit, id ipsum facere non posse. Me quidem cū rationes quas collegeras, tum authoritas

tua, à nimio mortore deterruit. Cum enim mollius tibi ferre videret, quām deceret virum; præsertim eū qui alios consolari soleret, accusasti me per literas grauioribus verbis quām tua confuetudo ferebat. Itaque iudicium tuum magni estimans, idque veritus, me ipse col legi, & ea quæ didiceram, legērā, acceperam, grauiora duxi tua authoritate addita. Ac mihi tum Brute officio solum erat & natura: tibi nunc populo, & scēnē (vt dicitur) seruicendum est. Nam cum in te nō solum exercitus tui, sed omnium ciuium, ac per gentium coniecti oculi sint, minime decet, propter quem fortiores ceteri sumus, cum ipsius animo debilitatum videri. Quādrem acceperisti tu quidem dolorem (id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit) & est dolendum in tam graui vulnere (ne id ipsum carere omni sensu doloris, sit miseriū, quām dolere) sed vt modice, ceteris vtile est, tibi necesse est. Scriberē plura, nisi ad te hæc ipsa nimis multa essent. Nos te, tuumque exercitum expectamus: sine quo vt reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videtur fore. De tota republ. plura scribam, & for-  
tasse iam certiora his literis qua Veteri nostro cogitabam dare.

CICERO BRVTO SÆ.

10

N V L L A S adhuc à te literas habebamus, ne famā quidem quæ declararet te cognita Senatus autoritate in Italiam adducere exercitum: quod vt faceres, idque maturares, ma-  
gnopere desyderabar republ. Ingraueſcit enim in dies in reſlinum malum, nec externis ho-  
ſibus magis quām domesticis laboramus, qui erat omnino ab initio belli, sed facilius fran-  
gebantur. Erector Senatus erat, non ſententiis ſolum noſtris, ſed etiam cohortationibus  
excitat̄. Erat in Senatu ſatis vehemens & acer Pansa, cum in ceteros huius generis, rum  
maxime in ſocerum: cui Consuli non animus ab initio, non fides ad extreñū defuit. Bellum ad Mutinā gerebatur, nihil vt in Cæſare reprehenderes, nonnulla in Hirtio. huius bel-  
li fortuna, vt in ſecundis, fluxa: vt in aduerſis, bona: erat viētrix resp̄u. c̄fis Antonii copiis,  
ipso expulso. Brutus deinde ita multa peccata, vt quodammodo viētria excideret ē mani-  
bus: perterritos, inermos, fauios nō funt noſtri duces perfecuti: danūque Lepido tempus  
est, in quo levitatem eius ſape perſpectam maioribus in malis experiemur. Sunt exercitus  
boni, ſed rudes Brutus & Planci. Sunt fidelissima & maxima auxilia Gallorum: ſed Cæſarem  
meis consiliis adhuc gubernatum, p̄t zelara ipſum indeole, admirabilique constantia, impro-  
bifissimis literis quidam, fallacib⁹que interpretibus ac munitis impulerunt in ſpem certiſſi-  
mam Consulatus. Q[uod] simulatque ſensi, neque ego illum abſentem literis monere deſti-  
ri, nec accuſare praefentes eius neſſarios qui eius cupiditati ſuffragari videbantur: nec in  
Senatu ſceleratissimū consiliorū fontes aperire dubitauit: nec vero vlla in re memini, aut  
Senatu meliorē, aut magistratus. Nunquā enim in honore extraordinario potētis hominis  
vel potētissimi potius (quandoquidē potentia iam in vi poſita eſt & armis) accidit vt nemo  
Trib. pl. nemo alio magistratu, nemo priuatus author exiferet. Sed in hac conſtitūtia atque  
virtute, erat tamen ſolicita ciuitas. Illudimur enim Brute, cum militum deliciis, tum Imperatoris  
infonelitia: tantum quisque in republ. poſle poſtulat quantum habet virium: non  
ratio, non modus, non lex, non moſ, non officium valet, non iudicium, non exilimatio ci-  
uium, non posteritatis veteſecunda. Hęc ego multo ante proſpiciens fugiebā ex Italia, tum  
cum me veftrorum edictorum fama reuocauit. Incitauit vero tu me Brute Veliz, quam-  
quam enim dolebam in eam me vrbē ire quam tu fugeres qui eam liberauilles, quod mihi  
quoque quondam acciderat periculo ſimili, caſu triftiore, perrexī tamen, Romāque per-  
ueni, nullōque præſidio quare feci Antonium: contrāque eius arma nefanda, præſidia, quæ  
oblata ſunt Cæſaris, confilio & aurhoritate firmaui. qui ſi ſteret idem, mihique paruerit,  
ſatis videmur habituri præſidiū: ſinatuerim impiorū consilia plus valuerint quam noſtra, aut  
imbecillitas atzatis non potuerit grauitatē terū ſuſtincere, ſpes omnis eſt in te. Quādrem  
aduola obſecto, atque eam rep̄u. quam virtute atque animi magnitudine magis quam euen-  
tis rerum liberaſti, exitu libera. omnis omnium concurſus ad te futurus eſt. Hortare idem  
per literas Cæſarium. Spes libertatis nusquam, nūli in veftrorum caſtrophis eſt. Fir-  
mos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Hoc adolescentis præſidiū equi-  
dem adhuc firmum eſſe conſido: ſed ita multi labefactant, vt ne moucatur, interdum exti-

## Ad Brutum.

mescam. Habes totum reipub. statum qui quidem tum erat cum has literas dabam. Velim deinceps meliora sint: si aliter fuerit (quod dii omen auerant) reipub. vicem dolebo, quia immortalis esse debeat: mihi quidem quantum reliqui est.

BRUTVS CICERONI SAL.

11

VETERIS Antistitiū talis animus est in temp. vt nō dubitem quin & in Cæsare & Antonio se præstatutus fuerit acerrimū propugnatorem cōmuni libertatis, si occasiō potuisse occurrere. Nam qui in Achaea congregatus P. Dolabella milites atque equites habente, quoduis adire periculū ex infidili paratissimi ad omnia latronis maluerit, quād videri aut coactus esse pecunia dare, aut libetē dedisse homini nequissimo atque improbissimo, is nobis vltro & pollicitus est, & dedit ns x x ex sua pecunia: & quod multo charius est, scipsum obtulit & coniuxxit. Huic persuadete cupimus vt Imperator in castris remaneret, tēisque publicā defenderet: statut id sibi, quoniā exercitū dimisisset: statim vero redditū ad nos confirmauit legatione suscepit, nūi Prætorum comitia habituri essent Consules. Nam illi, ita sentient de repub. magnopere author fui ne differret tempus petitionis suz. Cuius factum omnibus gratum esse debet qui modo iudicant hunc exercitū esse reipu. tibi tanto gratius quanto maiore & animo gloriāque libertatem nostram defendis & dignitatē: si contergerit nostris consiliis exitus quem optamus, perfundetur es. Ego etiā mihi Cicero proprie familiariterque te rogo, vt Veterem ames, velisque esse quamamplissimum: qui etiā nulla re deterteri à proposito potest, tamen excitari tuis laudibus indulgentiaque poterit, quo magis amplexetur ac tueatur iudicium suum: & mihi gratissimum erit.

CICERO BRUTO SAL.

12

ET SI daturus eram Mefalz Coruino continuo literas, tamen Veterem nostrum ad te sine literis meis venire nolui. Maxime in discrimine respu. Brute versatur, vītōrēsque rursus decertare cogimur: id accidit M. Lepidi scelere & amentia. Quo tempore cum multa propter eam curam quam pro repub. suscepit, grauius ferrem, tum nihil tuli grauius quād me non posse matris tuę precibus cedere, non forotis. Nam tibi (quod mihi plurimi est) facile me satifactorum arbitrabar. Nullo enim modo poterat causa Lepidi distingui ab Antonio, omniumque iudicio etiā durior erat: quod cū honoribus amplissimis à Senatu esset Lepidus ornatus, tum etiā paucis ante diebus præclaras literas ad Senatum misisset, repente non solum recepit reliquias hostium, sed bellum acerrime terra marisque gerit. cuius exitus qui futurus sit, incertum est. Ita cum rogatur, vt misericordiam liberis eius impetravimus, nihil afflertur quo minus summa supplicia, si (quod Iupiter omen auerat) pater puerorum vicerit, subeunda nobis sint. Nec vero me fugit, quād sit acerbū parentum scelerā filiorum peccati lui. Sed hoc præclare legibus comparatū est, vt chatitas liberorum amiciores parentes reipu. redderet. Itaque Lepidus crudeli in liberos, non is qui Lepidum hostem indicat. Atque ille si armis poētis de vi damnatus esset, quo in iudicio certe defensionem non haberet, eandem calamitatē subirent liberi bonis publicatis: quanquam quod tua mater & foror deprecatur pro pueris, id ipsum & multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius, reliqui hostes denuntiant. Itaque maximam spem hoc tempore habemus in te atque exercitu tuo. Cum ad reipub. summa, tum ad gloriam & dignitatem tuam vehementer pertinet te, vt ante scripti, in Italiam venire quamprimum. Eget enim vhe- menter cum viribus tuis, tum etiam consilio respub. Veterem pro eius erga te benevolentia, singularisque officio libenter ex tuis literis complexus sum, eumque cum tui, tum reipu. studiofūsimū amantiissimumque cognoui. Ciceronem meum propediem, vt spero, videbo: tecum enim illum, & te in Italiam celeriter esse venturum confido.

BRUTVS CICERONI SAL.

13

DE M. Lepido veteri me cogit reliquo timor: qui si cripuerit se nobis (quod velim temere atque iniuriose de illo suspicari sunt homines) oro atque obsecro te Cicero necessitudinem nostram, tuāque in me benevolentiam obtestans, forotis meū liberos obliniscaris esse Lepidi filios, mēque his in patris locum successisse existimes. Hoc si à te imperio, nihil profecto dubitabis pro his suscipere. Aliter alii cum suis vivunt, nihil ego possum in foro-

ris mez liberis facere, quo possit expleri voluntas mea, aut officii. Quid vero aut mihi tribuere boni possunt, si modo digni sumus quibus aliquid tribuatur : aut ego marti ac forori, puerisque illis praestatus sum, si nihil valuerit apud te, eliquamque Senatum contra patrem Lepidum Brutus avunculus. Scribere multa ad te neque possum pro solicitudine ac stomacho, neque debet. Nam si in tanta re, tamq; necessaria verbis mihi opus est ad te excitandum & confirmandum, nulla spes est, facturum te quod volo, & quod oportet. Quare noli expectare longas preces, intueri meipsum qui hoc à te vel à Cicerone coniunctissimum homine priuatum, vel à Consulari tali viro remota necessitudine priuata debo impetrare. Quid sis facturus, velim mihi quamprimum referas. Ka. Quint. Ex castris.

CICERO BRVTO SAL.

14

B R E V E S literæ tuæ, breues dico, immò nullæ: tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me: nihil scriptissim poetius, & requiris meas? Quis vñquam ad te tuorum sine meis venit? Quæ autem epistola non pondus habuit? Quæ si ad te perlatæ non sunt, ne domesticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni scribis te longorem daturum epistolam: recte id quidem, sed hac quoque debuit esse plenior. Ego autem cum ad me de Ciceronis abs te dilectissi scriptissi, statim extrusi tabellarios literaliq; ad Ciceronem, vt etiam si in Italiam venisset, ad te rediret. Nihil enim mihi incundius, nihil illi honestius. quanquā aliquoties ei scripseram sacerdotum comitia, mea summa contentione in alterum annum esse reiecta: quod ego cum Ciceronis causa elaborau, tum Domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum, quod ad te etiam scripsera. Sed videlicet cum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. Quare omni studio à te mihi Brute contendeo, vt Ciceronem meum ne dimittas, tecumque deducas: quod ipsum, si temp. cui suscepimus es respicis, tibi iam iamque faciendum est. renatum enim bellum est: idque nō paruo sceleri Lepidi. Exercitus autem Caesaris qui erat optimus, non modo nihil prodebat, sed etiam cogit exercitum tuum flagitari: qui si Italiam attrigerit, erit ciuius nemo (quem quidem ciuem appellari fas sit) qui se non in tua castra conferat. et si Brutum p̄t̄clarē cum Plancō coniunctū habemus, sed non ignoras quām sunt incerti animi hominum, & infecti partibus, & exitus præliorum. Quinetiam si, vt spero, vicerimus, ramen magnam gubernationem tui consilii tutęque authoritatis res desiderabit. Subueni igitur per deos, idque quamprimum tibi persuade, non te Id. Mart. quibus seruitutem à tuis ciuibus repulisti, plus profuisse patet, quām si mature veneris profuturum. 11. Id. Quint.

CICERO BRVTO S.

15

M E S S A L A M habes. Quibus igitur literis tam accurate scriptis assequi possum subtilli, vt explicem quæ geratur, quāque sunt in repub. quām tibi is exponet qui & opime omnia nouit, & elegantissime expedire & deferre ad te potest? Caele enim existimes Brute, quanquam non necesse est ea me ad te quæ tibi nota sunt, scribete: sed tamen tantam omnium laudum excellentiam non quoque silentio præterire. Caele putes probirate, constantia, cura, studio recipi, quicquam illi est simile, vt eloquentia qua mirabiliter excellit, vix in eo locum ad laudandum habere videatur. quāquam in hac ipsa sapientia plus appetet: ita gravi iudicio, multaque arte se exercuit in verissimo genere dicendi. Tanta autem industria est, tantumque euigilat in studio, vt non maxima ingenio (quod in eo summum est) gratia habenda videatur. Sed proucho amore: non enim id propositum est huic epistolæ, Messalam vt laudem, præsertim ad Brutum, cui & virtus illius non minus quām mihi nota est, & hac ipsa studia quæ laudo notiora: quem cum à me dimittes grauiter ferrem, hoc leuabat vno, quod ad te tanquam ad alterum me proficiens & officio fungebatur, & laudem maximam sequebarur. Sed hac haec tenus. Venio nunc longo sanè interuallo ad quandam epistolam, qua mihi multa tribuens vnum reprehendebas, quod in honoribus decernendi esse nimis & rāquam prodigus. Tu hocalius fortasse quod in animaduersione poenique durior, nisi fortale vtrunque tu. Quod si ita est, vtriusque rei meū iudicium studio tibi esse notissimum: neque solum, vt Solonis dictum usurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. Is tempu. duabus rebus contineri dixit, præmio & poena. est

scilicet utriusque rei modus, sicut reliquarum, & quædam in utroque genere mediocritas: sed non tanta de te propositum est hoc loco disputare. Quid ego autem fecutus hoc bello sum in sententiis dicendis, aperire non alienum puto. Post interitum Cæsaris & vestras memorabiles Id. Mart. Brute quid ego prætermissum à vobis, quantumquæ impendere reip. tempestatem dixerim, non es oblitus. Magna pestis erat depulsa per vos, magna Pop. Ro. macula deleta, vobis vero parta diuina gloria: sed instrumentum regni delatum ad Lepidum & Antonium, quorum alter inconstantior, alter impurior, uterque pacem metuens, inimicus otio. His ardentebus perturbâdæ recipi. cupiditate, quod opponi posset præsidium non habebamus. Erexerat enim se ciuitas in retinenda libertate contentiens. Nos tum nimis acres, vos fortasse sapientius excessisti urbe ea quam liberaratis: Italiz sua vobis studia proficitem temulisti. Itaque cum teneri urbem à paricidis viderem, nec te in ea, nec Cæsium tuto esse posse, cùmque armis oppressam ab Antonio: mihi quoq. ipsi esse excedendum purau. Tertium enim spectaculum, oppressa ab impio ciuitas opitulandi potestate præcisa. Sed animus idem qui semper infixus in patriz charitate, discellum ab eius periculis ferre non potuit. Itaque in medio Achaico cursu, cum Eretiarum diebus Aufter me in Italiæ, quasi dissuasor mei consiliis retulisset, te vidi Veliz, dolusque vehementer. Cedebas enim Brute, cedebas, quoniam Stoici nostri negant fugere sapientem. Româ vt veni, itatum me obtuli Antonii sceleri atque dementi: quem cum in me incitauissem, consilia inire copi Brutina planè (vestri enim hac sunt propria sanguinis) recipi. liberandæ. Longa sunt quæ testant, prætercunda sunt enim: de me tantum dico, Cæarem hunc adolescentem, per quem adhuc sumus, si verum fateri volumus, fluxisse ex fonte consiliorum meorum. Huic, habiti à me honores nulli quidem Brute, nisi debiti, nulli nisi necessarii. Ut enim primum libertatem reuocare coepimus, cum se nondum, ne Decimi quidem Bruti diuina virtus ita commouisset, vt iam id scire possemus: atque omne præsidium esset in puer, qui à cœniciis nostris auersisset Antonium: quis honor ei non fuit decernendus: quanquam ego illi tum verbotum laudem tribui, cùmque modicam. Decreui etiam imperium: quod quamquam videbatur illi etati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Quid enim est sine imperio exercitus? Statuam Philippus decreuit, celeritatem petitionis primo Seruius, post maiorem etiâ Seruius, nihil tum numium videbatur. Sed nescio quomodo faelius in timore benigni, quâm in victoria grati reperiuit. Ego enim D. Bruto liberato, cù latissimum ille ciuitati dies illuxisset, idemque casu Bruti natalis esset, decreui vt in Faltis ad eum diem Bruti nomen ascriberetur. In eoque sum sum maiorum exemplum secutus qui hunc honorem mulieri Larentia tribuerunt, cuius vos pontifices ad aram in Velabro facere soletis. quod ego cum dabam Bruto, notam esse in Faltis gratissimæ victoriz sempiternam memoriam volebam. Atque illo dic cognoui paulo plures in Senatu malevolos esse quam gratos. Eos per ipsos dies effudi (si ita vis) honores in mortuos Hirinium & Pansam, Aquilam etiam, quod quis reprehendit, nisi qui deposito metu præteriti periculi fuerit oblitus. Accedebat ad beneficium memoriam gratianum ratio illa quæ etiam posteris esset salutans. Extare enim volebam in crudelissimos hostes monumenta odii publici sempiterna. Suspicio illud tibi minus probari, quod ab tuis familiaribus optimis illis quidem viris, sed in repub. rudibus non probatur, quod vt ouanti introire Cæsari liceret decreuerim. Ego autem (sed ero fortasse, nec tamen is sum vt mea me maxime delectent) nihil multi video hoc bello sensisse prudentius. Cur autem ita sit, aperiendum non est, ne magis videat proximus fuisse quam gratus. Hoc ipsum numium: quare alia videamus. D. Bruto decreui honores, decreui L. Plancio. Præclara illa quidem ingenia quæ gloria imitantur: sed Senatus etiam sapiens, qui qua quemque te putat, modo honesta, ad tempus. iuuandum posse adduci, hac vtritur. At in Lepido reprehendimus, cui cum statuam in rostris statuissimus, idem illam cuerimus. Nos illum honore studiuimus à furore reuocare, vicit amentia leuissimi hominum nostram prudentiam. Nec tamen tanum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quâm in cuerenda boni. Satis multa de honoribus, nunc de pena paucæ sunt dicenda. Intellexi enim ex tuis sepe literis te in his quos bello deuicisti, clementiâ

tuam velle laudari: exstimo equidem nihil à te nisi sapienter. Sed sceleris peccatum prætermittere (id enim est quod vocatur ignorare) etiā si in ceteris rebus tolerabile est, in hoc bello pernicioſum puto. Nullum enim bellum ciuilis fuit in nostra repu. omnium quæ memoria mea a fuerunt, in quo bello non utrūcunq; pars viceret, tamen aliqua forma esset futura reipu. hoc bello vicitores quam rempu. simus habituri, non facile affirmari me vicitis certe nulla vñquam erit. Dixi igitur sententias in Antonium, dixi in Lepidum seueras, neque tam vlciscendi cauſa, quām vt & in præſens sceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterterem, & in postrem documētum statuerem ne quis talē amentiam veller imitari. quanquam hæc quidem sententia nō magis mea fuit, quām omnium. In qua videtur illud esse crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerūt, poena peruenit: sed id & antiquum est & omnium ciuitatum: siquidem eriam Themistocli liberi egererūt. Et si iudicio damnatos eadem pena sequitur ciues, qui potuimus leniores esse in hostiis. Quid autem queri potest quisquam de se, qui si viceret, acerbiorē se in me fururum fuisse confiteatus necesse est: Habes rationem mearum sententiarū, de hoc genere duntaxat honoris & poenæ. Nam de ceteris rebus quid senserim, quidque censuerim audire te arbitror. Sed hæc quidem non ita necessaria. Illud valde necessarium Brute, te in Italiam cum exercitu venire quam primum: summa est expectatio tua: quod si Italianum attigeris, ad te concursus fiet omnium. Sive enim vicerimus (qui quidem pulcherrime viceramus, nisi Lepidus perdere omnia & perire ipse a cum suis concipiueret) tua nobis autoritate opus est ad collocandum aliquem ciuitatis statum: sive etiam nunc cerramen reliquum est, maxima spes est cum in autoritate tua, tum in exercitus tui viribus. Sed propra per deos. Scis quantum sit in temporibus, quantum in celeritate. Sororis tuz filius quām diligenter confulam, spero te ex matris & ex fororis literis cognitorum, qua in causa maiorem habeo rationē tuz voluntatis quæ mihi charissima est, quām vt quibusdam videor, constantiz me: sed ego nulla in te malo, quām te amando constans & esse & videri.

## BRVTVS CICERONI 5.

16

PARTICVLAM literarum tuarum quas misisti Octauio legi, missam ab Attico mihi. Studium tuum curaque de salute mea, nulla me noua voluptate affecit. Nō solum enim visitatum, sed etiam cotidianum est aliquid audire de te quod pro nostra dignitate fideliter atque honorifice dixeris aut feceris. Ar dolore quantum maximum capere animo possum, eadem illa pars epistola scripta ad Octauium de nobis affecit. Sic enim illi gratias agis de repub. tam suppliciter ac demiseris: Quid scribam pudet conditionis ac fortunæ, sed tamen scribendum est. Commendas nostram salutem illi, quæ morte quæ non pernicioſior: vt proſus præ te feras, non sublatam dominationem, sed dominum commutatum esse. Verba tua recognoscere, & aude negare seruientis aduersus regem istas esse preces. Vnum ait esse quod ab eo postuletur & expectetur, vt eos ciues, de quibus viri boni, Populusque Romanus. bene existimer, fauios velir. Quid si nolit: non erimus: Atqui nō esse, quām esse per illum præstat. Ego mediustidius non exstimo tam omnes deos aduersus esse à salute populi Ro. vt Octauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuii, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuar enim magnifico loqui, & certe decet aduersus ignorantes, quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum sit. Hoc tu Cicero posse fateris Octauium, & illi amicus es: aut si me chatum habes, vis Romæ videri, cum vt ibi esse possem, cōmendandus puer illi fuerit: Cui quid agis gratias, si vt nos fauios esse velit & patiatitur, rogamund putas: an hoc pro beneficio habendum est quod se, quām Antonium esse maluerit, à quo ista petenda esset, vindici quidem alienæ dominacionis, non vicario: Sed quis supplicat, vt optime meritis de repu. licet esse fauio: Ista vero imbecillitas & des�ratio, cuius culpa non magis in te refidet quām in omnibus aliis, & Cæsarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum ilibus perfusit vt interfici locum occupare conaretur: & nunc puerum istum extulit, vt tu iudicares precibus esse impetrandam salutem talibus viris: misericordiaque vnius, vix etiā nunc vires tutos fore nos, haud vila alia re. Quod si Romanos nos esse meminissimus, non audacius dominari cuperent postremi ho-

mines, quām id nos prohiberemus: neque magis irritatus esset Antonius regno Cæsaris, quām ob eiusdem mortem deterritus. Tu quidem Consularis, & tantorū scelerum vindex, (quibus oppresis vœtor ne in breue tempus dilata sit abs te pernicias) qui potes intueri quæ gelleris simus, & ista vel probare, vel ita demissæ ac facile pati, vt probantis speciem habeas: Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium, nempe quia postulabat hæc, salutem ab, se peri, precariam nos incolumitatem habere à quibus ipse libertatem accepisset: esse arbitrium suum de repub. Quærenda esse arma putasti, quibus dominari prohiberetur: scilicet vt illo prohibito, rogaremus alterum qui se in eius locum reponi pataretur: an vt esset sui iuris ac mancipiū respū: nisi forte non de seruitute, sed de conditione seruendi tecusatum est à nobis. Atqui non solum bono domino potuimus Antonio tolerare nostrā fortunam, sed etiam beneficū atque honoribus vt participes frui quantis vellemus. Quid enim negat ius, quorum patientiam videret maximum dominationis suæ praesidium esse: Sed nihil tanti fuit, quo vendoremus fidem nostram & libertatem. Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitat videtur in Cæsaris interfectores, quanti æstimet (si fit cometio locus) posse nobis authoribus tantum quātum profecto poterit, quoniam viuere, & pecunias habere, & dici Consulares volumus. Ceterum nequicquam perierit ille: cuius interitus quid gauiſ sumus, si mortuo nihilo minus seruituri eramus? Nulla cura adhibeatur. Sed mihi prius omnia dū de quæ cripuerint, quām illud iudicium quo nō modo hæredi eius quem occidi, nō concederim quod in illo nō tuli, sed ne patri quidem meo, si reuiescat, vt patiente me plus legibus ac Senatu possit. An hoc tibi persuatum est, foce ceteros ab eo liberos quo inuiti nobis in ista ciuitate locus non sit? Qui porro id quod petis fieri potest vt impetreras: Roga enim velit nos saluos esse. Videmus ergo tibi salutem accepimus, cum vitam accepimus: quam si prius dimittimus, dignitatem & libertatem qui possumus accipere: An tu Romæ habitare, id putas incolumem esse? Res, non locus oportet præstet istuc mihi: neque incolmis Cælare viuo fui, nisi postquam illud conscius facinus: neque viquam exul esse possum, dum seruire, & pari contumelias peius odero malis omnibus aliis. Nonne hoc est in eisdem tenebras recidisse ab eo qui tyrani nomen acrius sibi, cum in Graecis ciuitatibus liberi tyrannorum oppressis illis, codicem supplicio afficiantur, petitur vt vindices atque oppressores dominationis salvi sint? Hanc ego ciuitatem videre velim: aut putem vlam, quæ ne traditam atque inculcatam libertatem recipere possit: plūisque timeat in puero nomen sublati regis, quām confidat sibi, cum illum ipsum qui maximas opes habuerit, paucorum virtute sublarum videat? Me vero posthaec ne commendaueris Cæsari tuo, nō te quidem ipsum, si me audies. Valde chara æstima tot annos, quot ista zetas recipit, si propter eam causam puer isti supplicaturus es. Deinde quod pulcherrime fecisti ac facis in Antonio, vide ne conuertatur à laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam si Octavius tibi placet, à quo de nostra salute petetum sit, non dominum fugisse, sed amiciorem dominum quæsiisse videberis. Quem quod laudas ob ea quæ adhuc fecit, planè probo. Sunt enim laudanda, si modo contra alienam potentiam, non pro sua suscepit eas actiones. Cum vero iudicas tantum illi nō modo licere, sed etiā à te ipso tribuendum esse vt rogandus sit ne nolit esse nos saluos, nimirum magnâ mercedem statuis. Id enim ipsum largiris quod per illum habere videbatur respu. Neque hoc tibi in mente venit, si Octavius ullis dignis sit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat, iis qui illud malum exciderint, cuius illæ reliquæ sunt, nihil quo expleri possit eorum meritum tributurum vñquam Po. Ro. si omnia simul congescerit. At vide quanto diligenter homines metuant, quām meminerint: quia Antonius viuat atque in armis sit: de Cæsare vero quod fieri potuit ac debuit, transactum est, neque iam provocari in integrum potest. Octavius is est qui quid de nobis iudicaturus sit, expècte Po. Ro. nos hi sumus, de quorum salutē vnu homo rogandus videatur: Ego vero (vt istuc reuertar) is sum qui non modo non supplicem, sed etiam coercem posulantibus, vt sibi supplicetur. Aut longe à seruientibus abero, mīhiq; esse iudicabo Romā vñcunque liberum esse licebit: ac veſtri miserebor, quibus nec zetas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem viuendi minuere potuerit. Mihi quidem ita beatus esse

videbor, si modo conitanter ac perpetuo placebit hoc consilium, ut relatā putem gratiam pietati mea. Quid enim est melius quam memoria recte factorum, & libertate contentum negligere humana? Sed certe non succumbam succubentibus, nec vincar ab iis qui se vincit volunt: experiarque & tentabo omnia, neque deficit abstrahere a servitio ciuitatem nostram. Si secuta fuerit quae debet fortuna, gaudebimus omnes: si minus, ego tamen gaudebo. Quibus enim potius haec vita facta aur cogitationibus traducatur, quam iis quae pertinuerint ad liberatos ciues meos? Te Cicero rogo atque hortor ne defatigere, ne diffidias semper in praesentia malis prohibendis: futura quoque, nisi ante sit occursum, exploras res, ne se insinuant. Fortem & liberum animum quo & Consul & nunc Consularis repub. vindicasti, sine constantia & sequibilitate nullum esse putaris. Fateor enim duriorem esse conditionem spectata virtutis, quam incogitar. Benefacta pro debitis exigimus: quae aliter eueniunt, ut decepti ab his, infesto animo reprehendimus. Itaque resistere Antonio Ciceronem, eti magnā laude dignum est, ramen quia ille Consul, hunc Consularem merito, præstare videtur, nemo admiratur. Idem Cicero si flexerit aduersus alios iudicium suum, quod tanta firmitate ac magnitudine direxit in exturbando Antonio, non modo reliqui temporis gloriam eripuerit tibi, sed etiæ præterita euanescere coget. Nihil enim per se amplum est, nisi in quo iudicatio extat. Quia neminem magis decet, tempus amare, libertatisque defensorem esse vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium. Quare non Octavius est rogandus ut velit nos falios esse: magis tu te excusira, ut eam ciuitatem, in qua maxima gessisti, liberam arque honestam fore putas, si modo sine populo duces ad resistendum improborum consilii.

## BRUTVS ATTICO SAL.

17

SCRIBIS mihi, mirari Ciceronem quod nihil significem vñquam de suis actis. Quoniam effagitas, coactu tuo scribam quae sentio. Omnia fecisse Ciceronem optimo animo scio. Quid enim mihi exploratus esse potest, quam illius animus in tempore? Sed quædam mihi videtur, quid dicam imperie, vir omnium prudentissimus, an ambitiose fecisset qui valentissimum Antonium fusciperre pro repub. non dubitarit inimicum. Necio quid scribam tibi, nisi vnum, pueri & cupiditate & licentia potius esse iritatem, quam repressam à Cicero: nec tantumque eū tribue huic indulgetis, ut se maledicētis nō abstineat. iis quidem que in ipsum dupliciter recidit quod & plures occidit vno: sequo prius oportet fateatur sicarium, quam obiciat Casca quod obiicit, & imitatur in Casca Bestia. An quia non omnibus horis iactamus Iudus Martias, similiter atque ille Non. Decemb. suas in ore habet, ed meliore cōditione Cicero pulcherrimum faetum vituperabit, quum Bestia & Clodius reprehēderet illius Consulatum soliti sunt. Sustinuisse mihi gloriatur bellum Antonii togatus Cicero noster. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonii oppresi poscitur, in Antonii locū successio: & si vindex illius mali, author exitit alterius, fundamētum & radices habitum altiores, si patiamur: ut iam ista quae facit, dominationē, an dominū, an Antoniu timetis sint. Ego autē gratia non habeo, si quis dum ne irato seruari, rem ipsam nō deprecatur. immō triumphus & tripe dium decrentur, & omnibus decretis ornatur. Pudeat cōcupiscere fortunā, cuius nomē sūp̄cepit Consularis, ut Ciceronis est. Quoniam mihi racere non licuit, leges quae tibi necesse est molesta esse. Etenim ipse sentio quanto cum dolore haec ad te scriplerim, nec ignoro quid sentias in rep. & quā desperatā quoque sanari putas posse. Nec mehere te Attice reprehendo: artas enim, mores, liberi, segnem efficiunt: quod quidē etiā ex Flavio nostro perspexi. Sed redeo ad Ciceronē. Quid inter Salvidenū & cū intercessit? Quid autē amplius ille decerneret? Timer, inquies, etiā nunc reliquias belli ciuilis. Quisquā ergo ita timer profligari, ut neque potentia eius qui exercitu viatorē habeat, neq; temeritatē pueri putet extimeſcedam esse? An hoc ipsum ea re facit quod illi propter amplitudinē omnia iam vltroque deferenda putat? O magna stultitia timoris, id ipsum quod verearis ita cauere, ut cū vitare fortasse potueris, vltro acceras & attrahas. Nimiū timemus morte & exiliū & paupertate. Hec mihi videtur Ciceroni vltima esse in malis: & dum habeat à quibus impetreret quae velit, & à quibus colatur ac laudetur, seruiture, honorificā modo, nō aspernatur: si quicquā in extrema ac

N.i.

## Ad Brutum

miserima contumelia potest honorificum esse. Licet ergo patrem appellat Octavius Ci- 7  
ceronem, referat omnia, laudet, gratias agat, tamē illud apparebit, verba rebus esse contra-  
ria. Quid enim tam alienum ab humanis sensibus est, quām cum patris habere loco qui ne  
liberi quidem hominis numero sit? Atqui eō tendit, id agit, ad eum exiūt properat vir  
optimus, vt sit illi Octavius propius. Ego vero iam his artibus nihil tribuo, quibus scio Ci-  
ceronem instruīsmū esse. Quid enim illi profunt, quae pro libertate patriæ, de dignitate,  
quæ de morte, exilio, paupertate scripsit copiosissime? Quanto autem magis illa callere vi-  
denter Philippus qui priuigno minus tribuerit, quām Cicero qui alieno tribuat? Definat  
igitur gloriando etiam infectari dolores nostros. Quid enim nostra viētūm esse Antoniū,  
si viētūs est vt alii vacaret quod ille obtinuit? tamē tūz literæ dubia etiam nunc signifi-  
cant. Viuat hercule Cicero qui potest supplex & obnoxius, si neque ztatis, neque honorū,  
neque retum gestarum pudet. Ego certe, quin cum ipsa re bellum geram, hoc est cum re-  
gno, & imperii extraordinariis & dominatione & potentia quæ supra leges se esse velit,  
nulla erit tam bona conditio seruendi qua deterrear, quanuis sit vir bonus vt scribis, An-  
tonius, quod ego nunquam existimau: sed dominum, ne parentem quidem maiores nostri  
voluerunt esse. Te nīl tantum amarem, quantum Ciceroni perfusum est diligi ab Octa- 10  
vio, hac ad te non scripsisem. Dolet mihi quād tu nunc stomacharis amansissimus cum  
tuorum omnium, tum Ciceronis. Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse re-  
missum, de iudicio largiter. Neque enim impetrari potest quin quale quidque videatur ei,  
talem quisque de illo opinione habeat. Vellem mihi scripſiles quæ conditiones essent At-  
ticæ nostræ: potuissim aliiquid tibi de meo sensu prescribere. Valetudinem Porciæ meæ ti- 11  
bi curæ esse nō miror. Denique quod petis, faciam libenter: nam etiam forores me rogant:  
& hominem noro, & quid sibi voluerit.

CICERO BRVTO SAL:

18

CVM sape te literis hortatus essem vt quamprimum reipub. subuenires, in Italiamque  
exercitum adduceres, neque id arbitrarer dubitare tuos necessarios, rogatus sum à pruden-  
tissima & diligentissima foemina matre tua, cuius omnes curæ ad te referuntur & in te con-  
sumuntur, vt venirem ad se ad V 111. Kal. Sext. quod ego vt debui, sine mora feci. Cum au-  
tem venissem, Casca aderat & Labeo & Scaptius. At illa retulit, quæsūtique quidnam mi-  
hi videretur, arcesseremus sine te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare & commo-  
rari te melius esset. Respondi id quod sentiebam & dignitati & existimationi tuz maxime  
conducere, te primo quoque tempore ferre praedium labeti & inclinare penè reip. Quid  
enim abesse censes mali in eo bello, in quo viētores exercitus fugientem hostem persequi  
noluerunt: & in quo incolumis Imperator honoribus amplissimis, fortunisque maximis,  
coniuge, liberis, vobis affinibus ornatus, bellum reipub. indexerit? Quid dicam in rāto Se-  
natus populi consensu, cum tantum residet intra muros malū Maximus autē cum hac  
scribebam, afficiebar dolore: quād cum me pro adolescentulo ac penè puero respub. acce-  
pisset vadem, vix videbar, quod promiseram, præstare posse. Est autem grauior & diffici-  
lior animi & sententiaz, maximis præfertim in rebus, pro altero, quām pecuniz obligatio. 4  
Hac enim solū potest, & est rei familiaris iactura tolerabilis: reipub. quod spōnderis,  
quemadmodum soluas, nīsi is dependi facile paritur pro quo spōnderis: quāquam &  
hunc (vt spero) tenebo multis repugnantibus, videtur enim esse indeoles, sed flexibilis zetas:  
multique ad depravandum parati qui splendore fāli honoris obiecto, aciem boni ingenii  
præstringi posse confidunt. Itaque ad reliquos hic quoque labo mīhi accessit, vt omneis,  
adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis: quan-  
quam quæ temeritas est? magis enim illum pro quo spōndi, quām me obligau. Nec ve-  
ro penitere potest, rempub. me pro eo spōndi, qui fuit in rebus gerendis, cum suo in-  
genio, tum mea promissione constantior. Maximus autem (nīsi me forte fallit) in repub:  
nodus est inopia rei pecuniariz. Obdurescunt enim magis cotidie boni viri ad vocem tri-  
buti, quod ex cētesima collatum impudenti censu locupletum ip̄ duarum legionū p̄m̄is  
omne consumuntur. Impendente autem infiniti sumptus cum in hos exercitus quibus nunc

defendimur, tum vero iri tuum. Nam Cassius noster videtur posse satis omatus venire. Sed & hac & multa alia coram cupio, sedque quamprimum. De sororis tuz filii non expectantur. Brute dum scriberes. Omnino ipsa tempora (bellum enim ducetur) integrum tibi causam referuant. Sed ego a principio cum diuinare de belli diuturnitate possem, ita causam egi puerorum in Senatu, ut te arbitror e matris literis potuisse cognoscere. Nec vero illa res erit vñquam in qua ego non vel vitz periculo ea dicam, eaque faciam quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor. V. I. Kal. Sext.

## M.T.C.Epistolarum Ad Quintum

MARCUS · QFRATRUM · SAL

**T**SU non dubitabam quia hanc epistolam multi muniti, fama denique esset ipsa sua celestata superatura, tisque ante ab aliis auditibus clies annum tertium acceditis defudatio nostro & labo-  
ri tuo, tamen existimauit a me quoque tibi huic molestie mun-  
tium perfitti oportere. Nam superioribus literis, non vnius, sed pluri-  
bus, cum iam ab aliis desperata res esset, tamen ego tibi  
spem maturæ decessione afferebam, non solum ut quadiutu-  
me te iucunda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhi-  
beatur & a nobis, & a Prætoribus contectio ut rem posse confici-

non diffiderem. Nunc quoniam ita accedit ut neque Prætoris suis opibus, neque nos nostro studio quicquid proficere possemus, est omnino difficile non grauius id ferre, sed canem nos-  
trios animos maximis in rebus & gerendis & sustinendis exercitatos, fragi & debilitari mole-  
sta non oportet: quoniam ea molestissime ferre homines debent quæ ipsorum culpa contrah-  
sunt. Est quiddam in hac re mihi molestius fetidum, quam tibi: factu est enim mea culpa,  
contra quam tu mecum & proficiscens, & per literas egeras ut priorē anno non succederetur.  
Quod ego dum sociorum saluti consul, dum impudentiis nonnullotū negotiorum re-  
sulso, dum nostram gloriam tua virtute augeri expecto, feci non sapienter: præsertim cum id  
commiserim, ut ille alter annus, etiam tertium posset adducere. Quod quoniam peccatum  
meum esse confiteor, est sapientia atque humanitas tuz curare & perdidere ut hoc minus  
sapienter a me prouidum, diligenter tua corrigan. Ac si te ipse vehementius ad omnia  
partis bene audiendi excitaris, non ut cum aliis, sed ut tecum iam ipse certes, si omnem  
tuam mentem, eiram, cogitationem, & excellentem in omnibus rebus fauidis cupiditatem  
incitatis: mihi crede, vnuus annus additus labori tuo, multorum annorum letitiam nobis,  
gloriam vero etiam posteris nostris aferet. Quapropter hoc te primum rogo, ne contra-  
has aut demittas animu, ne te obrui tanquam fluchi, sic magnitudine negotii finas, con-  
trâque erigas ac resistas: sive etiam ultro occursas negotiis. Neque enim eiusmodi partem  
repub. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit & diligentia.  
Quod si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum impe-  
rium viderem, tremorem animo, quod eodem tempore esse intelligere etiam fortunæ poten-  
tiam in nos prorogat. Nunc vero ea pars tibi reipu. commissa est, in qua aut nullam, aut  
per exiguum partem fortuna tener, & quæ mihi tota in tua virtute ac moderatione animi  
posita esse videatur. Nullas (vt opinor) infidias hostium, nullam prælia dimicationem, nullam  
defectionem sociorum, nullam inopiam stipendiū aut rei frumentariz, nullam seditionem  
exercitus pertimescimus, quæ per se sapientissimis viris acciderunt: ut quemadmodum  
gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi fortunæ impetum superare non possent.

N.ii.

Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen ut ea dormientem gubernatorem vel obrucere, vigilantem etiam delectare possit. Constat enim ea provincia primus ex eo genere sociorum quod est ex hominum omni genere humanissimum. deinde ex eo generis ciuium qui aut quod publicani sunt, nos summa necessitudine artigunt: aut quod ita negotiantur, ut locupletes sint, nostri Consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrantur. At enim inter hos ipsos existunt graues controvexit, multe inascuntur iniuriae, magnae contentiones consequuntur. Quia vero ego id putem, non te aliquantum negotiū sustinere. Intelligo permagnum esse negotium & maximū consilii. Sed memetō, consiliū me hoc esse negotium magis aliquanto, quam fortuna putare. Quid est enim negotiū continere eos quibus præfis, si te ipse contineas? Id autem sit magnū & difficile catenā, sicut est difficillimum: tibi & fuis hoc semper facilissimum, & vero esse debuit: cuius natura talis est, ut etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea autem adhibita doctrina est quæ vel vitiosissimam naturam excolare posse. Tu cum pecunia, cum voluntate, cum omnium rerum cupiditati resites, ut facias: erit, credo, periculum ne improbum negotiatorem paulo cupidiorem publicanum comprimere non possis. Nam Graci quidem sic te ita viuentem intrubuntur ut quandam ex annalium memoria, aut etiam de cœlo diuinum hominem esse in provinciam delapsum putent. Atque haec nunc non ut facias, sed ut te facere & fecisse gaudeas, scribo. Praclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium, sic ut nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecunie (quibus rebus abundat ista provincia) ab summa integritate continentiaque deduxerit. Quid autem reperi tam eximium, aut tam expectendum potest, quam illam virtutem, moderationem animi, temperantium non latere in tenebris, neque esse abditam, sed in luce Africæ in oculis clarissime provinciæ, atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam: non ita quebus tuis pertineti homines, non sumptu exhamini, non aduentu commoueri: esse quocunque veneris & publicæ & prauitatem maximam leticiam: cum urbis custodem, non tyrannum: dominus hospitem, non expilatorem receperis videatur. His autem ut rebus iam te vobis ipse profecto erudiuit, nequaquam fatis esse, ipsam hanc habere virtutes, sed esse circunspectiū diligenter, ut in hac custodia provinciæ non te vim, sed omnes ministros imperii tui, locum & ciabas & reipub. praefatae videare. Quanquam Legatos habes eos qui ipsi per se habituri sunt rationem dignitatis suæ: de quibus honore & dignitate, & atate præstat Tuber: quem ego arbitror, præsertim cum scribat historiam, multos ex suis annalibus posse diligere, quos velit & posse imirari. Halienus autem noster cum animo & benevolentia, tum vero etiam imitatione vivendi. Nam quid ego de Gratidio dicam: quem certo scio ita laborare de existimatione sua, ut propter amorem in nos fraternum, etiam de nostra laborer. Quæstorem habes non tuo iudicio delectum, sed eum quem sors dedit. Hunc offeret & sua sponte esse moderatum, & tuis instrutis ac præceptis obtemperare. Quem si quis forte esset sordidior, ferre catenus, quoad per se negliget eas leges quibus esset adstricetus: non ut ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæsum vtereatur. Neque enim mihi sanè placet, præsertim cum illi mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, scutari te omnes fortes, excutere vnumquaque eorum: sed quanta sit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa respub. duntaxat finibus his præstabitis quos ante præscripti. Quos vero aut ex domestis coniunctiōibus, aut ex necē & fariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Pratoris appellati solent, horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanta nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis recte facienteis facile diligere: minus confidenteis existimationi tua, facilissime coercere: à quibus, ruditis cum esses, videris potuisse tua liberalitas decipi. Nam ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur. Nunc vero tertius hic annus, & habeat integratam candem quam superiores, cautiorem etiam ac diligenterem. Sunt aures tue quæ id quod audiunt, existimantur audire, non in quas fide & similitate quæsus

causa insurgetur. Sit annulus tuus non ut vas aliquod, sed tanquam ipse tu: non minister alienis voluntatis, sed testis tuz. Accensus sit eo numero quo cum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficio loco, sed in laboris ac muneric no temere, nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo fecerunt ac seruis imperabant. Sit lictor non fuz sed tuz lenitatis apparitor: maioraque preferant salces illi ac secures digniratis insignia, quam potestatis. Toti denique sit prouincia cognitum, tibi omnium quibus praefis, salutem, liberos, famam, fortunas esse charissimas. Denique haec opinio sit; non modo iis qui aliquid acceperint, sed iis etiam qui dederint, te inimicum (si id cognoveris) futurum. Neque vero quisquam dabit, cum erit hoc perspectum, nihil per eos qui simulante se apud te multū posse, abs te solere impetrari. Nec tamen haec oratio mea est eiusmodi, ut te in tuos, aut dum esse nimium, aut suspicio sum velim. Nam siquis est eorum qui tibi biennii spatio nunquam in suspicione avaritiae venerit, ut ego Catium, & Cherippum, & Labeonem, & auidio, & quia cognovi, existimo: nihil est quod non & iis, & si quis est aliis eiusdem modi, & cōmīti & credi rectissime putem. Sed si quis est in quo iam offendieris, de quo aliquid senseris, hui nihil credideris, nullam partem exultationis tuz commiseris. In prouincia vero ipsa, si quem es nactus qui in tuam familiaritatem penitus intrarit qui nobis ante fuerit ignotus, huic quantum credendum sit vide. non quin possint multi esse prouinciales viti boni, sed hoc sperare licet, iudicare periculosum est. Multis enim simulationum inuolucris regitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuersciusque natura: frons, oculi, vultus persice mentantur, oratio vero sapissime. Quamobrem quā potes reperire ex eo genere hominum qui pecunie cupiditate adducti careant his rebus omnibus, à quibus nos diuisi esse non possimus? Te autem alienum hominem ament ex animo, ac non sibi commodi, causa simulent. Muli quidem permagnum videtur, præfertim si üdem homines priuatum non ferē quenquam, Prætores semper omnes amant. Quo ex genere siquem forte tui cognosti amantiorem (sieri enim potuit) quā temporis, hunc verò ad tuum numerum libenter adseribito. Sinautem id non perspicies, nullum genus erit in familiaritate caudum magis: propterea quid & omnis vias pecunie norūt, & omnia pecunie causa faciunt, & quicum victuri non sunt, eius exultationis consulere non curant. Atqui etiam è Gracis ipsis diligenter caudæ sunt quædam familiaritates, præter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Gracia digni. Sic vero fallaces sunt permulti & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditæ, quos ego vniuersos adhiberi liberaliter, optimum quenque hospitio amicitiaque coniungi dico oportere: nimis familiaritates eorum, neque tam fideles sunt (non enim audent aduersari nostris voluntatibus) & inuident non nostris solum, verum etiam suis. Iam qui in eiusmodi rebus, in quibus veteror etiam ne dutor sim, caurus esse velim ac diligens, quo me animo in seruis esse censes: quos quidem cum omnibus in locis, tum præcipue in prouincia regere debemus: quo de genere multa præcipi possunt. Sed hoc & breuissimum est & facilium teneti potest, ut ita se gerant in illis Alaniæ itineribus ut si iter Appia via faceres, neve interesse quicquam putene, vtrum Trallicis, an Formias venerint. Ac si quis est ex seruis egregia fidelis, sit in domesticis rebus & priuatibus: que res ad officia imperii tui atque ad aliquam partem reipub. pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim quæ recte committi seruis fidelibus possunt, tamen sermonis & vituperationis vitandæ causa, committenda non sunt. Sed necio quo pacto ad præcipientiationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Quid enim ei præcipiam, quem ego in hoc præfertim genere intelligam, prudentia no esse inferiorem quā me, vnu vero etiam superiorem? Sed tamen si ad ea quæ faceres, autoritas accederet mea, tibi ipsi illa putau fore iucundiora. Quare sint haec fundamenta dignitatis tuz. Tua primū inregritas & continentia, deinde omnium qui tecum sunt pudor. Delectus in familiaritatibus & prouincialium hominum & Gracorum percautus & diligens, familiæ gravis & constans disciplina. Quæ cum honesta sine in his priuatibus nostris cotidianisque rationibus, in tanto imperio, tam depravatis moribus, tam corruptrice prouincia, diuina videantur necesse est. Haec institutio atque haec disciplina potest sustinere in rebus statuēdis.

## Ad Quintum fratrem

decernēdisque eam seueritatem qua tu in his rebus vñus es, ex quibus nonnullas similitates cum magna mea lætitia suscepas habemus. nisi forte ne Paconii nefcio cuius hominis, ne Græci quidem ac Myſii, aut Phrygis potius, querelis moueri putas: aut Tuscenii hominis fūriosi ac fōrdidi vocibus, cuius tu ex impuritatis faucibus inhonestissimā cupiditatē criti-punisti summa cum aquitate. Hæc & cætera plena seueriraris quæ statuisti in ista prouincia, non facile sine summa integritate sustineremus. Quare sit summa in iure dicendo seueritas, dummodo ea ne varietur gratia, sed conseruetur æquabilis. Sed tamen patui refert abs te ipso ius dici æqualiter & diligenter, nisi idem ab iis fieri quibus tu eius munieris aliquam partem concesseris. Ac mihi quidem videtur non sanè magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maxime sustineri. In qua scientia præsentim prouincialis ratio ipsa expedita est. Constantia est adhibenda & grauitas quæ resistat non solum gratia, verum etiam suspicione. Adiungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satissimando ac disputando diligentia. His rebus nuper Cn. Octavius ius cumdiſſimus fuit: apud quem primus, lictor qui fuit, tacuit accensus: quories quicque voluit dixit, & quām voluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines quæ per vim & metum abstulerant, reddere. Qui in magistratibus iniurioso decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendum. Hæc illius seueritas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quid si hæc lenitas grata Romæ est, vbi tanta arrogâria est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magistratus, tot auxilia, tanta vis, tanta Senatus autoritas: quām iucunda tandem Prætoris comitias in Asia poteſt esse, in qua ranta multitudine ciuium, tanta sociorum, tot vñbes, tot ciuitates vñius hominis nutum intuentur: vbi nullum auxilium est, nulla conquestio, nullus senatus, nulla concio? Quare cum permagni hominitis est, & cum ipsa natura moderati, tum vero etiam doctrina atque optimarum artium studiis etudit, sic se adhibere in tanta potestate, vt nulla alia potestas ab iis quibus praefit, defuderetur. Cyrus ille à Xenophonte non ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii: cuius summa grauitas ab illo philosopho cum singulari comitate coniungitur: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. Nullum est enim pratermissum in his officiis diligenter & moderari imperii. Eaque si sic coluit ille qui priuatus futurus nunquam fuit, quonam modo retinenda sunt illi quibus imperium ita datum est vt redherent, & ab iis legibus datum est ad quas revertendum est? Ac mihi quidem videtur huic omnnia esse referenda iis qui præfunt alii, ut ii qui erunt in eorum imperio, sint quambarissimi: quod tibi esse & antiquissimum & ab inicio fuisse vt primum Asiam artigisti, constante fama atque omnium sermone celebratum est. Est autem nō modo eius qui sociis & ciuiibus, sed etiam eius qui seruis, qui multis pecudibus praefit, eorum quibus praefit commodis utilitatique seruire. Cuius quidem generis constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligētiam: nullum et alienum nouum contrahi ciuitatibus, vetere autem magno & graui multis abs te esse liberatas vñbes: complureis dirutas ac penè desertas, in quibus vnam Ioniz nobilissimam, alteram Cariz, Samum & Halicarnassum per te esse recreatas: nullas esse in oppidis seditiones, nullas discordias: prouideri abs te vt ciuitates optimatum consiliis administrarentur: sublate Myſiae latrocinia: cades multis locis repressas: pacem tota prouincia constitutum: neque solum illa itinerum arque agrotum, sed multo etiam plura & maiora oppidorum & fanorum latrocinia esse depulsa. Remotam à fama & à fortunis, & ab otio locupletum, illam acerbissimam ministram Prætorum auaritiam calumniam: sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus qui earum ciuitatum finies incolant, tolerari æqualiter: facillimos esse aditus ad te: patere aures tuas querelis omnium: nullius inopiani ac solitudinem, nō modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem & cubiculo esse exclusam: tuo toto denique in imperio nihil acerbum esse, nihil crudelē, atque omnia plena clemētia, mansuetudinis, humanitatis. Quantum vero illud est beneficium tuum quod iniquo & graui vectigali AEdilitiorum magnis nostris similitudibus Asiam liberasti. Etenim si vñus homo

nobilis queritur palam te, quod editeris ne ad ludos pecunia decerneretur, si cibi erit  
 puiss, quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine quicunque Roma ludos fa-  
 cerent, quod erat iam institutum, etrogaretur? Quanquam has querelas hominum nostros  
 rum illo confilio oppressumus, quod in Asia nescio quoniam modo, Roma quidem non me-  
 diocri cum admiratione laudatur, quod cum ad templum monumetumque nostrum ciui-  
 tates pecunias decreuerint: cumque id & pro meis magnis meritis, & pro tuis maximis be-  
 neficiis, summa sua voluntate fecissent: nominatimque lex exciperet, ut ad templum mo-  
 numentumque capere licet: cumque id quod dabatur, non esset interitum, sed in orna-  
 mentis templi futurum, ut non mihi potius, quam Pop. Rom. ac diis immortalibus datum  
 videretur: tamen id in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum qui faciebant voluntas, acci-  
 piendum non putau, cum aliis de causis, tum etiam ut animo aquiore fertent ii quibus nec  
 deberetur, nec licet. Quapropter incumbet toto animo & studio omni in eam rationem  
 qua adhuc usus es, ut eos quos tu fidei potestatisque s.p.Q. R. commisisti & credidisti, dili-  
 gas, & omni ratione tueare, ut esse quam beatissimos velis. Quod si te fors Afris aut Hispa-  
 nis aut Gallis praefecisti, immanibus ac barbari nationibus, tamen esset humanitatis tua,  
 consulere conum comodis & utilitatis, salutisque seruire: Cum vero ei generi hominum praefi-  
 mus, non modo in quo ipsa sit, sed etiam a quo ad alios peruenisse putetur humanitas, cer-  
 te iis eam potissimum tribuere debemus, a quibus accepimus. Non enim me hoc iam di-  
 cere pudebit, praesertim in ea vita atque iis rebus gestis, in quibus non potest residere inert-  
 ia aut leuitas villa suspicio, nos ea qua consecuti sumus, his studiis & artibus esse adeptos  
 que sunt nobis Graecis monumentis disciplinisque tradita. Quare praeter communem fidem  
 que omnibus debetur, præterea nos isti hominum generi praecipue debere videmur, ut quo-  
 rum preceptis sumus studiti, apud eos ipsos quod ab iis didicimus, velimus expromere.  
 Arque ille quidem princeps ingenii & doctrinae Plato tum denique fore beatas respub. pu-  
 tauit, si aut docti & sapientes homines eas regere ceperint: aut qui regerent, omne suum  
 studium in doctrina & sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlicet potestatis ac  
 sapientiae, saluti censuit ciuitatibus esse posse. Quod fortasse aliquando vniuersitate teipub. no-  
 stræ, nunc quidem profecto isti prouincia contigit, ut in ea summam potestatem habe-  
 ret, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda, plurimum a pueritia stu-  
 dii suisset & temporis. Quare cura ut hic annus qui ad labore tuum accessit, idem ad fa-  
 ludem Asiaz prorogatus esse videatur, quoniam in te retinendo fuit Asia felicior, quam nos  
 in deducendo, periclis ut latitatis prouincia defuderimus nostrum leniatur. Etenim si in pe-  
 terendo ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium di-  
 ligentissimus, multo maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentiam debes. Et  
 quidem de isto genere honorum quid sentirem, scripta ad te ante. Semper eos putavi si  
 vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leuis: si vero (id quod ita factum  
 est) meritis tuis tribuerentur, exultimabam multam tibi in his honoribus tuendis operam  
 esse ponendam. Quare quoniam in istis viribus cum summo imperio & potestate versa-  
 ris, in quibus tuas virtutes consecratis, & in decorum numero collocatas vides, in omni-  
 bus rebus quas statuas, quas decernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tan-  
 tis de te iudicis, tantis honoribus debebas, cogitabis. Id autem erit eiusmodi, ut consulas  
 omnibus, ut medere incommodis hominum, prouideas saluti, ut te parentem Asiaz &  
 ci & haberi velis. Arque huic tua voluntati ac diligentiae difficultatem magnam afferunt  
 publicani: quibus si aduerfamur, ordinem de nobis optime meritum, & per nos cum repu-  
 coniunctum, & a nobis & a repub. diungemus: finautem omnibus in rebus obsequemur,  
 funditus eos perire patiemur, quotum non modo saluti, sed etiam commodis consulere  
 debemus. Hac est vna (si vere cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam  
 esse abstinentem, continere omnes cupiditates, suos coercere, & iuris sequabilem tenere ra-  
 tionem, facilem te in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admirandisque pra-  
 bere, præclarum magis est quam difficile. Non est enim positum in labore aliquo, sed in  
 quadam inductione animi & voluntate. Illa causa publicanorum quoniam acerbitatem

affeat sociis, intelleximus ex ciuiis qui nuper in portoris Italiz tollendis, non tam de portorio, quam de nonnullis iniuriis portuotum querebantur. Quare non ignoto quid sociis accidat in ultimis terris, cum audiuerim in Italia querelas ciuium. Hic te ita versari, ut & publicanis satissimas, praesertim publicis male redemptis, & socios perire non sinas, diuine cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuus. Ac primum Gracis, id quod acerbissimum, & quod fuit vestigales, non ira acerbum videri debet, propterea quod sine imperio Pop. Rom. suis institutis, per se ipsi ita fuerunt. Nomen autem publicani aspernari non possunt qui pendere ipsi vestigal finis publicano non potuerint, quod iis equaliter Sylla descriperat. Non esse autem leniores in exigendis vestigibus Gracos quam nostros publicanos, hinc intelligi potest quod Caenii nuper, omnisque ex insulis que erant ab Sylla Rhodiis attribuerunt, confrugrunt ad Senatum, nobis ut potius vestigal, quam Rhodiis penderent. Quare nomen publicani neque ii debent horrere qui semper vestigales fuerunt: neque ii aspernari qui per se pendere vestigal non potuerunt: neque ii recusare qui postulauerunt. Simil & illud Asia cogit, nullam a se neque bellum externi, neque domesticarum discordiarum calamitatē abfuraram fuisse, si hoc imperio non teneretur. Id autem imperium cum retineri sine vestigibus nullo modo possit, aquo animo parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat arque otium. Quod si genus ipsum & nōmē publicani non iniquo animo sustinebunt, poterunt iis confilio & prudentia tua reliqua videri mitiora. Possunt in partibus faciendo non legem spectare censoriam, sed potius cōmoditatem conficiendi negotiū & liberationem molestiarum. Potes etiam tu id facere quod & fecisti egregie & facis, ut cōmemores quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, ut remoro imperio ac vi porefatis & fasciū, publicanos cum Gracis gratia atque autoritate coniungas. Sed & ab iis de quibus optime tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, ut facilitate sua, nos eam necessitudinem que est nobis cum publicanis, obtinere & confer uare patientur. Sed quid ego te hac horror que tu non modo facere potes tua sponte sine eiusquam preceptis, sed etiam magna iam ex parte persecisti? Non enim desistunt nobis agere coridic gratias honestissimis & maximis societates: quod quidem mihi idcirco iucundius est quod idem faciunt Graci. Difficile est autem ea que cōmodis, utilitate & proprie natura diversa sunt, voluntate coniungere. At ea quidem que suprà scripta sunt, non ut te instituarem scripsi (neque enim prudenter tua cuiusquam precepta delyderat) sed me in scribendo cōmemoratio tuae virtutis delectauit: quanquā in his literis longior sui, quam aut velle, aut quām me putauit fore. Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar (quantum erit in me) cum exceptione laudari. Omnes enim qui istinc vniunt, ira de tua virtute, integritate, humanitate commemororāt, ut in tuis summis laudibus excipient unam iracūdiam. Quod virium, cum in hac priuata, coridianaque vita leuis esse animi atque infirmi videtur, tum vero nihil est tam deformē quām ad summū imperium etiam acerbitudinem natura adiungere. Quare illud non suscipiam, ut que de iracundia dici solent à doctissimis hominibus, ea nunc tibi exponam, cum & nimis longus esse nolim, & ex multorum scriptis ea facile possis cognoscere. Illud quod est epistola proprium, ut is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, pratermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes serē deferunt, nihil cum absit iracundia, te fieri posse iucundius. Sed cum te alicuius improbitas, peruersitasque commouerit, si te animo incitari ut ab omnibus tua desyderetur humanitas. Quare quoniā in eam rationem vitæ nos, non tam cupiditas quodam gloriam, quam res ipsa ac fortuna deduxit, ut sempiternus sermo hominū de nobis fututus sit, caueamus quantum efficere & consequi possumus ut nequod in nobis insigne uitium fuisse dicatur. Neque ego nunc hoc contendo quod fortasse cum in omni natura, tum iam in nostra ztare difficile est, mutare animū, & si quid est penitus insitū moribus, id subito euellere: sed te illud admoneo, ut si hoc plene vitare non potes quod antē occupatur animus ab iracundia, quam prouidere rario ponit ne occuparetur, ut te antē cōpare, cotidiq; medire resistēdum esse iracundiz: cūmque ea maxime animū moueat, tum tibi esse diligentissime lingua continēdam: que quidē mihi virtus nō interdum minor viderur, quam omnino

non irasci. Nam illud est non solum grauitatis, sed nonnunquam etiam lenteitudinis. Mode  
 nū rari vero & animo & orationi cum sis iratus, aut etiam tacere & tenere in sua potestate mo  
 tum animi & dolorem, etiū non est perfecta sapientia, tamen est non mediocris ingenii.  
 Atque in hoc genere multo te esse iam commodiorem misericordemque nuntians. Nulla tu  
 x̄ vchementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullæ contumelias perfurun  
 tur: quæ cum abhorret à literis, ab humanitate, tum vero contraria sunt imperio ac digni  
 tati. Nam si implacabiles iracudia sunt, summa est acerbitas: si autem exorabiles, summa  
 leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitat anteponenda est. Sed quoniam primus annus ha  
 buit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo propterea, quod tibi horum iniur  
 iæ, quod avaritiae, quod insolentia præter opinionem accidat & intolerabilis videbatur:  
 secundus autem multo lenior, quod & consuetudo & ratio & (vt ego arbitror) meæ quo  
 que literæ te patientiorem, leniorēmque fecerunt: tertius annus ita debet esse emendatus,  
 vt ne minimum quidem rem quisquam posse villam reprehendere. Ac iam hoc loco non  
 hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternali ago, totum ut animum, curam,  
 cogitationēmque tuam ponas in omnium laude vnde colligenda. Quod si in mediocri  
 statu sermonis ac prædicationis nostræ res essent, nihil abs te eximium, nihil præter aliorū  
 consuetudinē postularetur. Nunc vero propter eorum tenet in quibus versati sumus, splen  
 dorem & magnitudinem, nisi summam laudem ex ista prouincia asequimur, vix videmur  
 summam vituperationem posse vitare. Ea nostra ratio est, vt omnes boni cū fauane, tum  
 etiam omnem à nobis diligentiam, virtutēmque & postulent & expectent: omnes autem im  
 probi, quod cum iis bellum sempiternum suscepimus, vel minima re ad reprehendendum  
 contēt esse videantur. Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiae virtutibus est da  
 tum, celebritatē refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura  
 autem ira resonans, vt vique Romanæ significatiōes, vocēsque referantur: contendit quæ  
 so atque elabora, non modo vt his rebus dignus fuisse, sed etiam vt illa omnia suis artibus  
 superasse videare. Et quoniam mihi casus urbanam in magistratibus administrationē reip  
 ubi prouinciale dedit, etiū mea pars nemini cedit, fac vt tua ceteros vincat. Simul & il  
 lud cogita, nos non de reliqua & sperata gloria iam laborare, sed de parte dimicare. Quæ  
 quidem non tam expectanda nobis fuit, quām tuenda est. Ac si mihi quidquam esset abs te  
 separatum, nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est. Nunc vero res sic  
 se habet, vt nisi omnia tua facta atque dicta nostris rebus iustice respondant, ego me tan  
 tis meis laboribus, tantisque periculis, quorum tu omnium particeps fuisti, nihil consecu  
 tum putem. Quod si vt amplissimum nomen consequeremur, vnuis præter ceteros adiu  
 viisti, certe idem vt id retineamus, præter ceteros elaborabis. Non est tibi his foliis vñedum  
 exaltis marionibus ac iudiciis qui nunc sunt hominum, sed his etiam qui futuri sunt: quan  
 quam illorum erit verius iudicium obrectatione & malvolentia liberatum. Denique il  
 lud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam querere: quod si esset, tamen non neglig  
 eres, præfertim cum amplissimis monumentis consecrare voluisse memoriam nominis  
 tui. sed ea tibi est communicanda mecum, prodenda liberis nostris. In qua caendum est,  
 ne si negligenter fueris, tibi parum consiluisse, sed etiam suis inuidisse videaris. Atque hæc  
 non eo dicuntur, vt te otatio mea dormientem excitasse, sed potius vt currentem incitasse  
 videatur. Facies enim perpetuo, quæ fecisti, vt omnes æquitatem tuam, temperantiam,  
 severitatem, integratēmque laudent. Sed me quædam tener, propter singularem amo  
 rem, infinita in te auditæ gloria: quanquam illud existimo, cum iam tibi Asia, sicut vni  
 cū cuique sua doramus, nota esse debeat, cum ad tuam summam prudentiam tatus vñsus acce  
 serit, nihil esse quod ad laudem attineat, quod nō tu optime perspicias, & tibi non sine cu  
 insquam horroratione in mentem veniat cordic. Sed ego qui cum tua lego, & audire, & qui  
 cum ad te scribo, tecum loqui video: idecirco & tua logissima quaue epistola maxime de  
 lector, & ipse in scribendo siue sum longior. Illud te ad extreum & oro & hortor, vt tan  
 quam poete boni & actores industriosi solentes, sic ru in extrema parte & conclusione mun  
 ris ac negotiū tui diligentissimus sis, vt hic tertius annus imperii tui, tanquam tertius actus.

## Ad Quintum fratrem

perfectissimus atque ornatissimus fuisse videatur. Id facilime facies, si me (cui semper vni magis quam viuēris placere voluisti) recū sēmper esse putabis, & omnibus his rebus, quas dices & facies, interesse. Reliquum est, vt te orem ut valeritudinis tuz, si me & tuos omnes valere vis, diligentissime seruias.

M A R C U S Q. F R A T R I S A L:

S T A T H I V S ad me venit ad VIII. Kal. Novemb. eius aduentus, quod ita scripsisti di receptum iri te à tuis, dum is abflet, molestus mihi fuit. Quod autē expectationem tui, concursumque eum qui erat futurus, si vna tecum decederet, neque antea vifus esset, suffulit, id mihi non incommodo vifum est accidisse. Exhaustus enim est fermo hominum, & multe emissæ iam eiusmodi voces, ~~an~~ <sup>etiam</sup> ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> que te absente confecta esse lator. Quod autem idecirco à te missus est, mihi vt se purgaret, id necesse minime fuit. Primum enim nūquā ille mihi fuit suspicitus: neque ego, que ad te de illo scripsi, scripsi meo iudicio: sed cum ratio, salufisque omnium nostrum qui ad temp. accedimus, non veritate solum, sed etiam fama niteretur, sermones ad te aliorum semper, non mea iudicia perfripi. Qui quidē quam frequentes essent & quam graues, aduentu suo Stathius ipse cognovit. Etenim intervenit nōnullorum querelis, que apud me de illo ipso habebātur, & sentire potuit sermones iniquorum in suum potissimum nomen erumpere. Quod autem me maxime mouere solebat, cum audiebas illum plus apud te posse quam grauitas illius ætatis, in peri, peudentiae postularet (quam multos etiam mecum egisse putas, vt se Stathio commendarem: quam multa autē ipsum ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> mecum in sermone ita protulisse:) id mihi non placuit, monui, susci, dicerui. Quibus in rebus etiam si fidelitas summa est (quod profus credo, quoniam tu ita iudicas) tamen species ipsa tam gratiosi liberti aur serui dignitatem habere nullam poeest. Atque hoc sic habeto (nihil tamen nec temere dicere, nec astute retice re debeo) materiam omnem sermonū eorum, qui de te detrahere velint, Stathium dedisse: antea rantum intelligi potuisse, iratos tua severitati esse nonnullos: hoc manumisso, iratis quod loqueretur nō defuisse. Nunc respōdebo ad eas epistolas quas mihi reddidit L. Caecilius, cui quoniam ira te velle intelligo, nullo loco decreo. Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam ribi à me intime commendari. Qua de re, & de hoc genere toto, ne forte me in Gracos tam ambitiosum factum esse mirere, pauca cognosce. Ego cum Gracorum querelas nūmiam valere sentirem, propter hominum ingenia ad fallendum parata, quoscunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placavi. Primum Dionysopolitas, qui erant inimicissimi mei, lenius: quoru principem Hermippum non solum sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. Ego Apamicem Ephesium, ego leuissimum hominem Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnatum, ego nugas maximas omni mea comitate cōplexus sum, Nymphontē etiam Colophonium, que feci omnia, nō quo me aut ī homines, aut tota natio delectaret: pertusum est levitatis, assentationis, animorum, non officiis, sed temporibus seruientium. Sed vt ad Teuxim reuertar: cum is de M. Cæcellii sermone secum habito, que tu scribis, capsa loqueretur, obſtit ei⁹ eius sermoni, & hominem in familiaritatē recipi. Tua autem que fuerit cupiditas tanta nescio; quod scribis cupuisse te, quoniam Smyrnas duos Mysos insuſiles in culeum, simile in superiorē parte prouincia edere exemplum severitatis tuz, & idcirco Teuxim elicere omni ratione voluisse, quem adductum in iudicium fortasse dimitti non oportuerit: conquiri vero & elici blanditius (vt tu scribis) ad iudicium necesse nō fuit, cum præsertim hominē quem ego & ex suis ciubus & ex multis aliis cotidie magis cognoscō nobiliorē esse prop̄, quam ciuitatem suam. At enim Gracis solis indulgeo. Quid L. Cæcilium nōmī omni ratione placauit: quem hominem: qua ira, quo spiritu: quem denique præter Tusculum, cuius causa fanari non potest, non mitigauit. Ecce supra caput homo leuis ac fordidus, sed tamen equestri censu Catienus, etiam is lenietur. Cuius tu in patrem quod suſti asperior, nō reprehendo: certo scio te enim fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipsum misisti: illum crucem sibi ipsum constitueret, ex qua tu eum ante detraхissem: te caturatum fumo vt cōbureretur, plaudente tota prouincia. Quid vero ad C. Fabium nescio

10 quem(nam cum quoque epistolam T.Catienus circumgeftat) renuntiare tibi Licinium platiarium cum suo pullo miluine tributa exigere Deinde rogas Fabium vt & patre & filium viuos comburat, si possit: si minus, ad te mittat, vti iudicio comburantur. Hę literę abs te per iocum misse ad C.Fabium, si modo sunt tuz, cum leguntur, intuicōam atrocitatē verborum habet. Ac si omnium mecum p̄cepta literatum reperes, intelliges esse nihil à me,  
 11 nisi orationis acerbitatē & iracundiam, eti forte raro literarum missarum indiligentiam reprehensam. Quibus quidem in rebus si apud te plus authoritas mea, quam tua, siue natura paulo acrior, siue quardam dulcedo iracundiz, siue dicendi sal facetique valuerint, nihil sane esset quod nos p̄mitteret. Et mediocri me dolore putas affici, cum audiam quā sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Cn.Octavius: Nam si te interioribus vicinis tuis  
 12 Cilicensi, & Syriaco anteponis, valde magnum facis. Atque is dolor est, quid cum ii quos nominauit, te innocentia non vincant, vincunt tamen artificio benevolentie colligendae, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Agesilaum nouerint: quorum regum summo imperio nemo vñquam verbū vñllum asperius audiuit. Sed hę à principio tibi p̄cipiens, quantum profecerim, non ignoro. Nunc tamen decedens (id quod mihi iam facere videris) te  
 13 linque quælo quam iucundissimam memoriam tui. Successorem habes per blandum, cetera valde illius aduentu tua requirentur. In literismittendas (vt sepe ad te scripsi) nimium te inexorabilē p̄tribuisti. Tolle omneis, si potes iniquas, tolle iniustatas, tolle contrarias. Statius mihi narrauit scriptas ad te solere afferri, ab se legi, & si iniquas sint, fieri te certiotem. antequam vero ipse ad te venisset, nullum delectum literari fuisse: ex eo esse volumina se  
 14 lectiarum epistolarum, quæ reprehendi solerent. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: sero est enim, ac securi potes multa me varie, diligenterque monuisse. Illud tamē quod Theopompo mandaui cum esset admonitus ab ipso, vide per homines amateis tui, quod est facile, vt hę genera tollatur epistolarum, primum iniquarum, deinde contrariarū, tum absurdē & iniustitate scriptarum, postremo in aliquem contumeliosarū. Atque ego hę tam  
 15 esse, quam audio, non puto: & si iunt occupationibus tuis minus animaduersa, nunc perspicce & purga. Legi epistolam quam ipse scripsisse Sylla Nomenclator dicitus est, non probandum: legi nonnullas ita cunctas, sed tempore ipso de epistolis. Nam cum hanc paginam renerē, L.Flauius Pr̄tor Desig. ad me venit, homo mihi valde familiaris. Is mihi te ad procuratores suos literas misisse, quæ mihi vñz sunt iniquissimæ, ne quid de bonis quæ L.O.  
 16 Octauii Nafonis fuissent, cui L.Flauius h̄eres est, diminuerent ante, quam C.Fundanio pecuniā soluissent. Itēmque misisse ad Apollonienses, ne de bonis quæ Octauii fuissent, diminui paternerunt, priusquam Fundanio debitum solutum esset. Hę mihi verisimilia non videatur: sunt enim ab prudētia tua remotissima. Ne diminuar h̄eres, quid si inficiatur? Quid si omnino non debetur? Quid si Pr̄tor solet iudicare debet? Quid si ego Fundanio nō cupio?  
 17 non amicus sum: non intercordia: moucor: nemo magis. sed via iuris eiusmodi est quibusdam in rebus, vt nihil sit loci gratiae. Atque ita mihi dicebat Flauius, scriptum in ea epistola quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicus tuis gratias aucturum, aut quasi inimicis incommoda laturum. Quid multa scriberet grauitat, id vehementer mecum querebatur, orabatque vt ad te quādiligentissime libereret, quod facio & teptorsus vehementer etiam  
 18 atque etiam rogo, vt & procuratoribus Flauii remittas de diminuendo, & de Apolloniensibus nequid perscribas quod contra Flauium sit amplius, & Flauii causa & scilicet Pompeii facies omnia. Nolo mediocridis ex tua iniuria in illum tibi liberalem me videri. Sed & te oro vt tu ipse authoritatem & monumentum aliquod decreti, aut literatum tuarum relinquas quod sit ad Flauii rem & ad causam accommodatum. Fert enim grauitet homo  
 19 & mei obliterantissimus, & sui iuris dignitatique retinet, se apud te neque amicitia nec iure valuerit: & vt opinor, Flauii aliquando rem & Pompeius & Cæsar tibi commendarunt, & ipse ad te scriperat Flauius, & ego certe. Quare si vñlla res est quam tibi me faciendam petente purest, hę ea sit: Si me amas, cura, elabora, perfice, vt Flauius & tibi & mihi quam maximas gratias agat. hoc te ita rogo, vt maiore studio rogare non possum. Quid ad me de Hermia scribis, mihi inachercule valde molestum fuit. Literas ad te parum fraterne scri-

## Ad Quintum fratrem

pferam, quas oratione Diodoti Luculli liberti cōmotus, de pactione statim quod audierā, iracūdīus scripsit, & reuocare cupiebat: huic tu epistola non frater scripta, frater debes ignoscere. De Cēforino, Antonio, Cassio, Scruola, te ab iis diligis (vt scribis) vehementer gaudeo. Exterra fuerunt in eadē epistola grauiora, quam velē. q̄d m̄ n̄ & t̄m̄ d̄m̄. Maiora ista erūt. Mea obiungariōnes fuerūt amoris plenissimæ, que sunt nōnulla, sed tamen mediocria & parua potius. Ego te nunquam villa in te dignū minima reprehensione putafsem, cū te faneſtissime gereres, nūf inimicos multos haberemus. Quia ad te aliqua admonitione, aut obiungariōne scripsi, scripsi propter diligentiam cautionis meæ, in qua & maneo & maneo, & idem vt facias, nō deflāstam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit vt se ne impediāt quo minus quod ad Q. Publiceni itatūam decretum est, erogaretur: quod ego te & rogo & admoneo, ne talis viri, tamque nostri necessarii, honorem minui per te aut imprimi velis. Præterea AElopi tragedi nostri familiaris Licinius seruus tibi notus aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit. Inde in Asiam venit, postea Plato quidam Sardianus Epicureus, qui Athenis soler esse multū, & qui tum Athenis fuerat cum Licinius eo vénisset, & cū eum fugituum esse postea ex AElopi literis cognosceret, hominē cōprehendit, & in custodiā Ephebi tradidit: sed in publicam, vel in pistrinū, non satis ex litteris eius intelligere potuimus. Tu quoquo modo, quoniam Ephesi est, hominē inuestiges, velim, summāque diligentia vel tecum deducas. Noli spectare quanti homo sit, parui enim pretii est, qui iam nihil sit: sed tanto dolore AEsopus est affectus propter seru scelus & audaciā, vt nihil ei gratius facere possit, quam si illum per te recuperarit. Nūc ea cognosce, que maxime exoptas, Remp. funditus amifimus: adeo vt Cato adolescentis nullius consiliis, sed tamen ciuiis Ro. & Cato, vix viuus effugeret. quod cum Gabinium de ambitu vellet postulare, neque Prætores diebus aliquor adiūti possebant, vel potestatem sui facerent, in concionem ascendit, & Pompeium priuatus Dictatorem appellauit. propius nihil est factum, quam ut occideretur. Ex hoc, qui sit status totius reip. videre potes. Nostra tamen causæ non videntur homines defuturi, mirandum in modum profiterentur, offerunt se, pollicentur, & quidem vt cum spe summa, maxima, tum maiore etiam animo sperent superiores fore nos, confidant animo, vt in hac rep. ne casum quidem vllum pertimescat: sed tamen se res sic haber. Si diem nobis dixerit, tota Italia concurret, vt multiplicata gloria discedamus: sin autem vi agere conabitur, spero fore studiis non solum amicorum, sed etiam alienorū, vt vi resistamus. Omnes & se & suos amicos, clientes, libertos, seruos, pecunias denique suas pollicentur. Nostra antiqua manus bonorum ardet & studio nostri & amore. Siqui antea aut alieniores fuerant & languidiores, nunc horum regum odio, se cum bonis coniungunt. Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ita credo, vt nihil mea comparatione diminuāt. Tribb. pl. Dēſſ. ſunt nobis amici. c o s. ſe optime ostendunt. Prætores habemus amicissimos & acerrimos eius, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum bonos: etiam v. alios, sed hos singulareis. Quare magnum fac animum habeas & spem bonam. De singulis tamen rebus que cotidie gerantur, faciam te crebro certiorem.

## M A R C V S Q. F R A T R E S A L.

M I F R A T E R, mi frater, mi frater, tūne id veritus es ne ego iracundia aliqua adducas pueros ad te sine literis misericim: aut etiam ne te videre noluerim? Ego tibi iraferer: tibi ego possem iraferi: scilicet tu enim me affixisti, tui me inimici, tua me intidia ac non ego te misere perdidi. Meus ille laudatus Consularis, mihi te, liberos, patriam, fortunasti: bi velim nequid eripuerit, præter vnum me. Sed certe à te mihi omnia semper honesta & incunda occiderunt. A me tibi luctus meus calamitatis, metus tuus, desiderium, moror, solirudo. Ego te videre noluerim! Immò vero me à te videri nolui. Non enim viduisse fratrem tuum: non eum quem reliqueras: non eum quem noras: non eum quem flens flentem, prosequenter proficilcens dimiseras, ne vestigium quidem eius nec simulachrum, sed quandam effigiem spirantis mortui. Atque vtinam me mortuum prius viduisse aut audisse. Vtinam te non solum vita, sed etiam dignitatis meæ superstitem reliquissem. Sed testor omnes deos, me hac vna voce à morte esse reuocatum, quod omnes in mea vita pat-

tem aliquam tuę virtę repositam esse dicebat. Quare peccavi, sceleratęque feci. nam si occidissem, mortis ipsa meam pierat, amotemque in te facile defenderet. Nunc commisi ut me viuo careres, viuo me alii indigentes: mea vox in domesticis periculis potissimum occideret, que sapientissimis praesidio fuisset. Nam quod ad te pueri sine literis venentur, + quoniam vides non fuisse iracundiz causa, certe pigritia sicut & quzdam infinita vis haeret + maritū & dolorum. Hac ipsa me quo fleru putas scripsisse: codem quo te legere certo scio. An ego possum aut non cogitare aliquando de te, aut vnguam sine lacrymis cogitare? Cum enim te defydero, fratrem solum defydero. Ego vero fuitate prop̄ fratrem, prop̄ aqualem, obsequio filium, consilio parentem. Quid mili sine te vnguam aut tibi sine me iucūdum fuit? Quid quod eodem tempore defydero filiam: qua pietate, qua modestia, quo ingenio, effigiem oris, sermonis, animi mei? Quid filium venufissimum, mihiq̄ dulcissimum, quem ego ferus ac ferreus ē complexu dimisi meo, sapientiorem puerum quam vellem: sentiebar enim miser iam quid ageretur. Quid vero tuum filium? Quid imaginē meā, quam meus Cicero & amabat ut fratre, & iam ut maiorem fratrem verbatur? Quid quod mulierem miserrimam, fidelissimam coniugem, me prosequi non sum passus, ut esset quae reliquias communis calamitatis, cōmunes libertos tueretur? Sed tamen quoquo modo potui, scripsi & dedi literas ad te Philogono liberto tuo, quas credo tibi postea reddidas esse: in quibus idem te hortor & rogo, quod pueri tibi verbis meis nuntiarunt, ut Romanum protinus pergas & properes. Primum enim te praesidio esse volui, si qui essent inimici, quorum crudelitas nondum esset nostra calamitate satiata. Deinde congressus nostri lamentationem permittui, digressum vero nō tulisse: atque etiam id ipsum, quod tu scribis, metuebas, ne à me distrahi non posses. His de causis hoc maximum malum, quod te nō vidi, quo nihil amarissimum & cōunctissimum fratribus acerbius ac miseriū videtur accidere potuisse, minus acerbū, minus misericordū, minus fuit etiam cum congressio, tum vero digressio nostra. Nunc, si potes, id quod ego qui tibi semper fortis videbar, non possum, erige te & consta firma siqure subeunda dimicatio erit. Spero, siquid mea spes habet authoritatis, tibi & inter gratitatem tuam & amorem in te ciuitatis, & aliquid etiam misericordiam nostri, praesidū latitudinē: fin eris ab isto periculo vacuus, ages scilicet, siquid agere posse de nobis putabis. de quo seribunt ad me quidem multi multa, & se sperare demonstrant: sed ego quid spēre non dispicio, cum inimici plurimum valeant, amici partim deseruerint me, partim etiam prouiderint, qui in meo reditu fortassis reprehensionem sui sceleris pertinecant. Sed ista qualia sunt, tu velim perspicias mihiq̄ declaras. Ego tamen quidam tibi opus erit, siquid periculi subeundum videbis, viuam diutius in hac vita esse non possum. Neque enim tantum virium haber villa aut prudentia aut doctrina, ut tārum dolorem possit sustinere. Scio fuisse & honestius moriendi tempus & utilius: sed non hoc solum, multa alia prætermis: quæ si queri velim præterita, nihil agam nisi ut augeam dolorem tuum, indicē stultitiam meam. Illud quidem nec faciendum est, nec fieri potest, me diutius quam aut tuum tēpus, aut finia spes postulabit, in tam misera, tamque turpi vita cōmōdotari: ut qui modo fratris suorum, liberi, coniuge, copiis, genere ipso pecunia beatissimus, dignitate, autoritate, existimatio-ne, graria nō inferior quam qui vnguam fuerūt amplissimi, is nunc in hac tam afflita perdire fortuna, neque me, neque meos lugere diutius possum. Quare quid ad me scripserit de permutatione? quasi vero nunc me non tua facultates sustineant. Quia in te ipsa video: mulier & sentio quid sceleris admiserim, cū de visceribus tuis & filii tui fatissactus sis quibus debes, ego acceptram ex arario pecuniam tuo nomine frustra dissiparim. Sed tamen & M. Antonio quantum tu scriperas, Cepioni tātundem solutum est: mihi ad id quod cogito, hoc quod habeo satis est: tū enim testiuimur, sine desperarim, nihil amplius opus est. Tu si forte quid erit molestia, te ad Crassum & ad Callidum conferas censeo. Quantum Hortensio credendum sit, nescio: me summa simulatione amoris, summāque affiduitate cotidiana sceleratissime infidissimique tractauit, adiuncto quoque Arno: quorum ego consilii, promissi, præceptis destitutus in hanc calamitatem incidi. Sed hęc occultabis, ne quid obsūnt. Illud cauero, & ed puto per Pomponium fouendū tibi esse ipsum Hortensium,

ne ille versus qui in te erat collatus cum AEditilitatem petebas, de lege Aurelia falso testi-  
monio confirmetur. Nihil enim tam timeo, quam ne cum intelligent' homines quantum  
misericordiz nobis tuz preces & tua salus allatura sit, opugnent te vechementius. Messa-  
lam tui studiosum esse arbitror. Pompeium etiam simulatorem puto. Sed huc vtinam ex-  
periari: quod precaret deos, nisi meas preces audire desissem. veruntamen precor vr his  
infinitis nostris malis contenti sint, in quibus non modo ramen nullius inest peccati infamia,  
sed omnis dolor est, quod optime factis poena maxima est cōstituta. Filiam meam &  
tuam Ciceronētique nostrum quid ego mi frater tibi commendem: quin illud mōre, <sup>14</sup>  
quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas afferet, quam mihi. Sed te incolumi, orbi  
non erunt. Reliqua ita mihi salus aliqua detur, potestāisque in patria moriendi, ut me la-  
crys non sinūt scribere. Etiam Terentiam velim tucare, mihique de omnibus rebus re-  
scribas. Sis fortis quoad rei natura patiatur. Id. Iun. Thessalonicę.

MARCVS Q. FRATRI SAL.

A M A B O te mi frarer, nisi si vno meo facto & tu & omnes mei cornuistis: improbatit  
& sceleri mēo potius, quam imprudētis misericordizque afflignes. nullum est meum pec-  
catum, nisi quod iis credidi à quibus nefas putaram esse me decipi, aut, etiam quibus ne id  
expedire quidem arbitrabar. Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertinuit;  
aut mihi insidit. ita mihi nihil misero, præter fidem amicorum, cautum meum consilium  
fuit. Quod si te satis innocentia tua & misericordia hominum vindicat hoc tempore à mo-  
lestia, perfacis profecto & quenam nobis spes salutis relinquatur. Nam me Pomponiis &  
Sextius & Piso noster adhuc Thessalonicę retinuerunt, cū lōgīs discedere propter nescio  
quos motus vetarent: verum ego magis exitum illorum literis quam spe certa expectabā.  
Nam quid sperem potentissimo inimico, dominatione obtrectorum, infidelibus amicis,  
pluribus inuidis: Denotius autem Trib. pl. est ille quidem in me officiosissimus, Sextius, &  
spero, Curtius, Milo, Fadius, Gradius, sed valde aduersante Clodio, qui etiam priuatus ea-  
dem manu poterit cōciones concitate: deinde etiam intercessor parabitur. Hec mihi pro-  
ficiēnti non proponēbantur, sed sapientia summa cum gloria dicebar esse rediturus.  
Quid tu igitur, inquieris? Quid multa conuenērunt que mente turbarent meam, subi-  
ta defēctio Pompei, alienatio cōss. etiam Pratorum timor, publicanorum arma, lacry-  
ma meorum, me ad mortem ire prohibuerunt. quod certe & ad honestatē & ad effu-  
giendos intolerabiles dolores fuit ap̄sistimum. Sed de hoc scripsi ad te in ea ep̄tolā quam  
Phaetonti dedi. Nunc tu, quoniam in tantum luctum & laborem derufus es, quantū ne-  
mo vñquam, à felicitate potest communem casum misericordia hominum, scilicet incre-  
dibile quiddam assequeris: sin planè occidimus (me miserum) ego omnibus meis exitio fue-  
ro, quibus ante dēdecori non eram. Sed tu, vt antē ad te scripsi, perficie rem, & pertenta: &  
ad me, vt tempora nostra, non vt amor tuus fert, vere perſcribe. Ego vitam, quoad putabo  
tua interest, aut ad spem seruādam esse, retinebo. Tu nobis anicillimum Sextium cognos-  
ces, credo tua causa, vel Lentulum, qui erit cōss. quāquam sunt facta verbis difficiliora.  
Tu & quid opus sit, & quid sit, videbis omnino. Si tuam solitudinem communēque cala-  
mitatem nemo despicerit, aut per te aliquid confici, aut nullo modo poterit: sin te quo-  
que inimici vexare cooperint, ne cessatis. Non enim gladius mecum, sed litibus agetur. Ve-  
ru huc absint velim: te oro vt ad me de omnibus reſcribas, & in me animi potius aut con-  
ſiliū putes minus esse, quam antea, amoris vero & officii non minus.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD Q. FRATREM LIBER II.

MARCVS Q. FRATRI SAL.

EPISTOLAM quam legisti, mane dederam, sed fecit humaniter Licinius, quod ad  
me missa Senatu vesperi venit, vt siquid esset actum, ad te (si mihi videretur) perſcribe-

rem. Senatus fuit frequentior quām putabamus esse posse mēsc Decembri sub dies festos: Consulares nos fuimus, & duo Consules designati P. Scenilius, M. Lucullus, Lepidus, Volcius, Glabrio Praet. Sanè frequentes fuimus omnino ad ducentos. Commotat expectationem Lupus: egit causam agri Campani sanè accurate, auditus est magno silētio. materiam rei non ignoras, nihil ex nostris actionibus prætermisit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Caesarē, contumeliz in Gellium: expostulationes cum absente Pompeio. Causa sero perorata, sententias se rogaturum negavit, nequod omnis similitudinis nobis imponeret. Ex superiorum temporum conuiitiis & ex præsenti silentio, quid Scenatus sentiret, se intelligere dixit. Milo ceperit dimittere. Tū Marcellinus, Noli, inquir, ex taciturnitate nostra Lupe quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus iudicare. Ego quod ad me attinet, idemque arbitror ceteros: idcirco raseo, quod non existimo, cum Pompeius absit, causam agri Campani agi conuenire. Tum ille se Senatum negavit tenere. Racilius surrexit, & de iudicis referre ceperit. Marcellinum quidem primum rogauit, is cum grauitate de Clodianis incōdīs, trucidationibus, lapidationibus queitus esset, sententiam dixit, ut ipse iudices per Praet. Vrbanum sortiretur: iudicium sortitione facta, comitia habentur: qui iudicia impediūsset, eum contra rem, esse facturum. Approbata valde sententia. C. Cato cōtradixit & Cassius, maxima adclamatio Senatus, cum comitia iudicis anteficeret. Philippus assensit Lentulo. Postea Racilius de priuatis me primum sententiā rogauit. Multa feci verba de toto furor latrociniisque P. Clodii: tanquam reum accusavi multis & secūdis admurmurationibus cuncti Senatus. Orationem meam collaudauit satis multi verbis, non mehercule indiftere Seuerus Antistius: isque iudiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit. Ibatur in eam sententiam: tum Clodius rogatus, diem dicendi eximere ceperit, furberat à Racilio se contumaciter, vrbaneque vexatum. Deinde eius opere repente à grācosta & gradibus clamorem satis magnum suslulerunt, opinor in Q. Sextilium & amicos Milonis incitat. Eo metu iniecto repente magna querimonia omnium discessimus. Habes acta viuis dicieret, ut arbitror, in mēsem Ian. recessentur. De Tr. pl. lōge optimum Raciliū habemus: videtur etiam Antistius amicus nobis fore. nam Plancius totus noster est. Fac si me amas, ut confideatur diligenterque nauiges de mēsc Decemb.

M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

6

N O N occupatione, qua eram sanè impeditus, sed paruula lippitudine adductus sum ut dictarem hanc epistolam: & non ut ad te soleo, ipse scriberem. Et primum me tibi excuso in eo ipso in quo te accuso. Me enim nemo adhuc rogauit, num quid in Sardiniam velim: te puto s̄zpe habere, eti non semper, qui, num quid Roman velis, quartant. Quod ad me Lentuli & Sexti nomine scripsi, locutus sum cum Cincio quo modo res se haberet: non est facillima, sed habet profecto quoddam. Sardinia appollum ad recordationem præterite memoriz. Nam ut ille Gracchus Augur, posteaquam in istam prouinciam venit, recordatus est quid sibi in campo Martio comitia Consulū habenti, contra auspicia accidisse, sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana & de nominibus Pompeianis in otio recognoscere. Sed ego adhuc emi nihil. Culoneis auctio facta est. Tusculano emi, pror nemo fuit: si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam. De ædificatione tua Cyru vrgere nō cessō. Spero eum in officio fore, sed omnia sunt tardiora propter furiosæ Adelitatis expectationem. Nam comitia sine mora futura videntur. edicta sunt ad x i. K. Febr. Te tamen sollicitum esse nolo: omne genus à nobis cautionis adhibebitur. De Rege Alexandrino factum est s. c. Cum multitudine cum reduci, periculosum teip. videri. Reliqua cum esset in Senatu contentio, Lentulus an Pompeius reduceret, obtinere causam Lentulus videbatur. In ea re nos & officio erga Lentulum mitifice, & voluntati Pompeii præclare satifecimus: sed per obrectatores Lentuli res calumnia extracta est. Consecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat. Quid futurum sit latrocinio Tribunorum, non diuinio, sed tamen suspicor per vim rogationem Caninum perlaturum. In ea re Pompeius quid velit, non dispicio. Familiares eius quid cupiant, omnes vivent. Creditores vero Regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. Sine dubio res

à Lentulo remota videtur esse, cum magno meo dolore, quanquam multa fecit quare, si fas esset, iure eis succensere possemus. Tu li ita expedit, velim quamprimum bona & certa tempestate concendas, ad meque venias. Innumerabiles enim res sunt, in quibus te cotidie in omni genere desiderem. Tui nostrisque valent. X I I I . Kal. Febr.

M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

S C R I P S I ad te antea superiora, nunc cognoscere postea quae sint acta. A Kal. Febr. legationes in Idus Febr. reieiciebantur, eo die res concocta non est. Ad I I I I . Non. Febr. Milo a- fuit, ei Pompeius aduocatus venit. Dixit Marcellus à me rogatus: honeste discessimus: pro- ducta dies est in I I I I . Id. Febr. Intetum reiectis legationibus, in Idus referebatur de prouin- ciis Quæstororum & de ornandis Prætoribus: sed res multis querelis de tèp. interponendis nulla tractata est. C. Catō legem promulgauit de imperio Lentuli abrogando. vestitum filius mutauit. Ad I I I I . Iduum Febr. Milo affuit, dixit Pompeius, siue voluit. Nam vt sur- rexerat, opera Clodianz clamorem susulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non mo- do vt adclamatio[n]e, sed vt conuicio & maledictus impeditetur. Qui vt perorauit (nam in eo fane fortis fuit) non est deterritus: dixit omnia, arque interdum etiam silentio, cum au- thoritate peregerat: sed vt perorauit, surrexit Clodius, ei tantus clamor à nostris (placuerat enim reserfe gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque ore confisteret. Ea res acta est, cum H. V I . vix Pompeius perorasset, vtque ad H. V I I I . cum omnia maledicta, versus de- niique obsecrissimi in Clodium & Clodianum dicerentur. Ille furcens & exanguis interrogava- bat suos in clamore ipso, quis esset qui plebem fame necaret. respondebant operæ, Pom- peius. Quis Alexandriam ire cuperet. respondebant Pompeius. Quem ite vellent. respon- debant, Crassum. Is aderat tum Miloni animo nō amico. H. serū V I I I I , quā signo dato, Clodiani nostros consputare cooperant. Exarbit dolor: virgere illi, vt loco nos mouerent. Fa-ctus est à nostris impetus, fuga operarum. Eicteus de rostris Clodius: ac nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. Senatus vocatus in Curiam, Pompeius domum. Neque ego ta- men in Senatum, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompeio defendendo (nam is car- pebatur à Bibulo, Curione, Faunio, Seruilio filio) animos bonorum virorum offendere- res in postulum dilata est. Clodius in Quirinalia produxit diem. Ad V I . Id. Febr. Senatus ad Apollini fuit, vt Pompeius adficeret. Acta res est grauiter à Pompeio: eo die nihil perfec- tum est. Ad V I . Id. Febr. ad Apollini s. c. factum est. Ea quæ facta essent ad V I . Id. Febr. contra temp[us] esse facta. Eo die Cato vehementer est in Pompeium inuenitus, & eum oratione perpetua tanquam reum accusauit. De me multa, me iniuto, cum mea summa laude di- xit. Cum illius in me perfidiam increparet, auditus est magno silentio malculolorum. Re- spondit ei vehementer Pompeius, Crassumque de scriptis, dixitque aperte, se munitionem ad custodiendam vitam suam sole, quām Africanius fuisse, quem C. Catō interemisset. Itaque magnæ mihi res iam moueri videbātur. Nam Pompeius hæc intelligit, nobiscum- que communicat infidias vita suæ fieri: C. Catonem à Crasso suscitari: Clodio pecuniam suppeditari: vt rurisque & ab eo, & à Curione, Bibulo, ceterisque suis obtrectatoribus confir- mari: vehementer esse prouidendum ne opprimatur, concionario illo populo à se prope alienato, nobilitate inimica, non sequo Senatu[m], iuuentute improba. Itaque se comparat, ho- mines ex agri accessit. Operas autem suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia para- turum eo multo sumus superiores ipsius copiis. Sed magna manus ex Piceno & Gallia ex- pectatur, vt etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. Ad I I I I . Id. Febr. Sextius ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu est postulatus, & codē die à quadam M. Tullio de vi. Is erat zeger, domum (vt debuimus) ad eum statim venimus, eisque nos to- totis tradidimus: idque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere putabant, vt humanissimi gratissimumque & ipsi & omnibus videremur: itaque faciemus. Sed idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vacciam, & C. Cornelium. Eodem die s. c. factum est. Vt sodalitates decuriasque discederent: lexque de iis ferretur. Vt qui non discessissent, ea poena quæ est de vi, tenebrentur. Ad I I I I . Id. Febr. dixi pro Bestia de ambitu apud Prætorem Cn. Domitium in foro medio, maximo conuentu: inciduntque in

• cum locum in dicendo, cum Scftius multis in templo Caſtoris vulnibus acceptis, ſubſidio Beſtiz feruatus eſſet. Hie quidam de his que in Scftiu apparabantur criminis, & cum ornauit veris laudibus, magno affenſu omnium. res homini fuit vehe- menter grata. Quæ tibi eo ſcribo, quod me de retinenda Scftii gratia literis ſape monuifit. Prid. Id. Febr. hec ſcripi ante lucem: eo die apud Póponium in eius nuptiis eram cenau- rus. Cetera fuit in rebus noſtris huiusmodi (vt tu mihi ferè diſſidenti praedicabas) plena di- gitatis & gratiæ: quæ quidem tua mihi frater prudentia, patientia, virtute, pietate, luauitate etiam tibi mihiq; fum reſtituta. Domus tibi ad Lucum Pifonis Luciniana conducta eſt, ſed vt ſpero paucis mēſib; poſt Kal. Quint. in tua cōmigrabis. Tuam in Carinis mundi habitatores Camiz cōdixerunt. A te poſt illam Olbiensem epiftolam nullas literas acce- pi. Quid agas, & vt te oblectes, ſcire cupio, maximèque teipſum videre quāprimum. Cura mi frater vt valeas. & quanquam eſt hyems, tamē Sardiniam iſtā eſte cogites. x v. Kal. Mart.

M A R C V S Q. F R A T R I .

8

S E S T I V S noſter abſolutus eſt ad 11 Id. Mart. & quod vehe- menter interfuit teipſu- lam videri in eiusmodi cauſa diſſiſionē eſſe, omnibus ſententiis abſolutus eſt. Illud quod tibi cura ſape eſt intellexeram, ne cui iniquo relinqueremus viuperādi locum, qui nos in- gratos eſſe diceret, niſi illius peruerſitatē quibusdā in rebus quāhumaniſſime ferremus; iteo hoc nos in eo iudicio conſecutos eſſe, vt omnium gratiſſimi iudicaremur. Nam de- fendendo moroſo homine cumula- tiſiſime ſatiſfecimus, & (id quod ille maxime cupiebat) Vatinium à quo palam oppugnabatur, arbitram noſtro concidi- imus, diu homini- būque plau- dentibus. Quintetiam Paulus noſter cum telis produc- tus eſſet in Scftium, conſirmauit in nomen Vatinii delaturum, ſi Macer Lici- nius cuncta- tetur: & Macer à Scftii ſubſellis fur- rexit, ac fe illi non defuturum affirmauit. Quid queriſthomo petulans & audax Vatinius valde perturbatus debilitateque diſcedit. Quintus F. tuus puer optimus cruditur egregie. Hoc nunc magis animaduerto, quod Tyranno docet apud me. Domus vtriusque noſtrū adiſficiat strenue. Redēptori tuo dimidium pecunia curauit. Spero nos ante hyemem cō- tubenales fore. De noſtra Tullia tui mehercule amantissima, ſpero cum Crassipede noſ confecimmo. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi, ceteroqui conſectum erat. Latiar erat exi- turus. Ad V 111 Id. Apr. ſpofalia Crassipedi præbui. Huic coniugio puer o- ptimus Q. tuus meiſque, quod perleuiter commonus fuerat, defuit. Ad 111 Id. Apr. veni ad Quintum, cuique vidi plane integrum, multumque is mecum sermonem habuit & per humanum de diſcordiis mulierum noſtrarum. Quid queriſt nihil festiuſus. Pomponia autem etiā de te queſta eſt: ſed hec corā agemus. A puero vt diſcelli, in aream tuam ve- ni, res agebamur multis ſtructoribus. Longilium redemptorem cohortatus ſum, fidem mihi faciebat ſe vele nobis placere. Domus erit egregia: magis enim cerne iam poterat, quam quantum ex forma iudicabamus. itēmque noſtra celester adiſficiabatur. Eo die cenauit a- pud Crassipedem: cenatus, in horitos ad Pompeium lectiona latus ſum. Luceum conuenire non poturam, quod abfuerat: videre autē volebam, quod eram poſtridic Roma exi- turus, & quod ille in Sardiniam iter habebat. Hominem coueni, & ab eo petui ut quāprimum te nobis redderet. statim, dixit. Erat autem iturus (vt aiebat) ad 111 Id. Apr. vt aue Laſone aut Pifis conſenderet. Tu mi frater ſimulac illi vene- rit, primam nauigationem (dummo- do idonea tempeſtas fit) ne omiſceris. Ad 111 Id. Apr. ante lucem hanc epiftolam dicta- ram ſcriperamque in itinere, vt eo die apud T. Titium in Anagnino manerem: poſtridic autem in Laterio cogitabam: unde cum in Arpinati quinque dies fuifsem, ire in Pompeia- num, rediens aspicer Cumaniū, vt quoniam in Non. Ma. Miloni dies producta eſt, prid. Non. Roma eſtem, tēque mi chariſſime & ſuauiſſime frater ad eam diem (vt ſperabam) vi- derem. AEdiſficationem Arcani ad tuum aduentū ſuſtentati placebat. Fac mi frater vt va- leas, quāprimumque venias.

M A R C V S Q. F R A T R I . S A L.

9

O L I T E R A S mihi tuas iucundissimas, expectatas, ac primo quidem cum deſiderio, nunc vero etiam cū timore. Atque has ſcito literas me ſolas accepitſſe poſt illas quas tuus

O.i.

## Ad Quintum fratrem

nauta attulit Olbia datas. Sed cetera (vt scribis) praesenti sermoni referuntur: hoc tamē nō quoque differre. Idib. Ma. Scnatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio denegāda. Adiurat Procilius hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur. Mihi cū sua sponte iucundum, tum iucundius quod me absente, (est enim ~~ad aperte~~ iudicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra, eram Antii. Quod Idibus & postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hæret. Sed plura quam constitueram, coram enim. Vale mi optime & optatissime frater, & adiutora. Idem te pueri nostri togant, illud scilicet, cenabis cum veneris.

M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

10

P L A C I T V R V M tibi eccl̄ librū. V. suspicabar: tam valde placuisse quam scribis, valde gaudeo. Quod me admones de non curantia, suadēsque vt meminerim Iouis orationē quæ est in extremo illo libro: ego vero memini, & illa omnia mihi magis scripti quam ex teris. Sed tamē postridie quam tu es profectus, multa nocte cum Vibullio vent ad Pōpeū. Cūmque ego egismus de ulti operibus atq; inscriptionibus, per mihi benigne respōdit: magnam spē atrulit, cū Crasso se dixit loqui velle, mihique vt idem facere, susur. Crassus cos. ex Senatu domū reduxi, suscepit tē: dixitque eccl̄ quod Clodius hoc tempore euperet per se & per Pōpeium cōsequi, putare se, si ego cum nō impedit, posse me adipisci sine contentione quod vell: totū cū negotiū permisi, neque in eius potestate dixi fore. Interfuit huic sermoni P. Crassus adolescentes, noſtri (vt scis) studiosissimus. Illud autē quod cupit Clodius, est legatio aliqua, si minus per Senatū, per populū, libera, aut Byzantiū, aut Brogitarū, aut vtrunque. Plena res nūmorū. Quod ego non nūmī laboro, cū si minus aſequor quod volo. Pōpeius tamen cū Crasso locutus est: videntur negotium fuscepsisse: si perficiunt, ope me: si minus, ad nostrū Iouem reuertamur. Autē illam quā tu soles dicere, bono modo desidero, si protius vt aduenientē excipiam libenter, latente etiam nūne nō excitem. Tribus locis adſifico, reliqua recōcino: viuo paulo liberalius quam solebā. Opus erat, si te habērē, paulisper fabris locū dare: sed & hac (vt spero) breui inter nos cōmunicabimus. Res autem Romanaz sese sic habent. Cōſul est egregius Lentulus nō impidente Collegas sic inquam bonus, vt meliorē non viderim. dies comitiales exemit omnes. nā etiam Latinaz instaurant, nec tamen decret̄ supplications. Id legibus pernicioſissimi obsitetur, maxime Catoniscū: tamē egregie impoluit Milo noſter. Nā ille vindex gladiatorium & bestiariorum emerat de Colonio & Pōponio bestiarios, nec sine his armatis vñquā in publico fuerat, hos alere nō poterat: itaque vir tenebat. Sensit Milo dedit cuiqdā non familiari negoniū, qui sine suspitione emerat eam familiā à Catone. quā simulatque abducta est, Racilius qui vnu cū hoc tempore Trib. pl. rem patfecit, cōſque homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulā proscriptū, sc̄ familiā Catonianā venditū. In eam tabulā magni ritus cōſequabantur. Hunc igitur Catonē Lentulus à legibus remouit, & eos qui de Czare monstra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanequam refixit: neque enim res probatur, & Pompeius noſter in amicitia P. Lentuli virtuperatur, & hercule non est idem. Nam apud perditissimam illam infimam fecem puli propter Milonem suboffendit, & boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autem hoc vno mihi quidem non satifacit, quod cum nimis alpere tractat, quāquam id Senatū non inuitō facit: quo ego me libenius à curia, & ab omni parte reip. subtraho. In iudicis ū sumus qui fuimus: domus celebratur, ita vt cum maxime. Vnū accidit imprudentia Milonis incōmode de Sexto Czlio, quem neque hoc tempore, neque ab imbecillis accusatobus mihi placuit accusari: cū tres fententiz tēterrime in cōſilio defuerunt. Itaque hominē populus reuocat, & retrahatur necesse est. nō enim fuerunt homines, & quia, cū apud suos diceret, penē dānatus est, vident dānatū. Ea ipsa in re Pompeii ofſenſio nobis obſtitit, Senatorū enim vrna copioſe abſoluit, Equitū adzequauit, Tribuni zraru condemnarunt. Sed hoc incōmodum cōſolantur cotidianz dānationes inimicorum, in quibus me perlubente Scruius alliſus est, ceteri conciduntur. Cato concionatus est comitia haberi non ſiturn, si ſibi cum populo dies agendi eſent exempli. Appius à Czare,

nondum redierat. Tuas mirifice literas expecto, atque adhuc clausum mare fuisse scio; sed quodā venisse tamen Ostia dicebant, qui te vniue laudarent, plurimique in prouincia fieri dicerent. Eosdem aiebant nuntiare te prima nauigatione trāmissū: ad cupio: & quanquā teipsum scilicet maxime, tamen etiam literas tuas antē expecto. Mi frater vale.

## M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

D E D E R A M ad te literas antea, quibus erat scriptū, Tulliam nostram Crassipodi prid. Non. April. eſſe despōlam, ceteraque de republica priuataque perſcripſerā. Postea fuit hæc acta. Non. April. s. c. Pōpeio pecunia decretā in rem frumentariam ad 111. c. c. c. Sed eodem die vehemēter actum de agro Campano clamore Senatus prope cōcionali: acriorem caſam inopia pecuniz faciebat, & annonaz caritas. Non prætermittam ne illud quidem, M. Furium Flaccum. E quitem R. hominem nequam Capitolini & Mercuriales de collegio ciecerunt, pteſentem ad pedes vniuſuſque iacentem. Ad 111. Id. Febr. s. c. est factū de ambitu in Afranii ſententiā, quam ego dixeram cum tu adelies, ſed magno cū gemitu Senatus. C O S s. nō ſunt perſecuti eotū lentiſtias: qui Afranio cum eſſent afflenti, addidirent, vt Pratores ita crearentur, vt dies L X priuati eſſent: eo die Catonem plane repudia- runt. Quid multa: tenent omnia: idque ita omnes intelligere volunt.

## M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

T V menuis ne me interpelles: primo ſi in iſto eſcm, tu ſcis quid fit interpellare. An te Atcīus mchercule mihi docere videbaris iſtius generis humanitatem, qua quidem ego nihil vtor ab te. Tu vero vt me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim. Quid enim mihi ſuauit? Non mchercule quisquā ſuauit, libentius ſua recentia pœ- mata legit, quām ego te audio quācūque de re, publica, priuata, rufica, urbana. Sed mea fa- ſtum eft inuſula verecundia, vt te proficiens nō tollerem. Oppoſuisti ſemel ſuauit, causam: Ciceronis noſtri valetudinē, conticui iterū ceteri omnes, qui cui. Nunc mihi iucunditatis plena epiftola hoc asperſit moleſtiz, quōd videris, ne mihi moleſtus eſſes, veritus eſſe, atque etiā nunc vereri. Litigare tecum, ſi fas eſſet: ſed mchercule iſtuc ſi vnuq̄ ſuſcipiatus ero, ni- hil dicā aliud, niſi verebor nequādo ego tibi, cū ſum vna, moleſtus ſim. Video te ingenuis- ſe, ſic fit aī ſuauit, nunqua enim dicam ſuauit. Marium autē noſtrū in leſtīa mchercule cōiceiſsem, non illā Regis Ptolemyi Anitiana. Memini enim cū hominem portare ad Baias, Neapolī octophoro Anitiano, machzrophorū centū ſequētibus, miros riſus nos e- dere, cū ille ignarus ſuū comitatus, repete aperuit leſtīa, & penē ille timore, ego riſu corrui. Tūc, vt dico, certe fustulifsem, vt aliquādo ſubtilitate veteris urbanitatis & humanissimi ſer- monis attingerē: ſed hominē inſirmū in villa aperta, ac ne ruđē quidē etiā nūc iniurare no- lui. Hoc vero mihi peculiare fuerit, hic etiā iſto frui. Nā illorū prædiorū ſcito mihi vicinū: Mariū, lumen eſſe apud Anitīo videbimus, vt paraſū ſit. Nos enim ita Philologi ſumus, vt vel cū fabris habitare poſſimus. Habemus hāc philosophiā, nō ab Hymetto, ſed ab Area Sy- ra. Marius & valetudine eft, & natura imbecillior. De interpellatione tantū ſumam à vobis tēporis ad ſcribendū, quātū dabitis: vtiā nihil detis, vt potius veftra iniuria, quām ignauia mea eſſe. De rep. nūm te laborare doleo, & meliorē ciue eſſe quām Philoctetē, qui accepta iniuria, ea ſpectacula quarebat quz tibi acerba eſſe video. Amabo te aduola, cōſolabor te; & omnē abſtergebo dolorē, & adhuc, ſi me amas, Mariū, ſed approperate. Hortus domi eſt.

## M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

E P I S T O L A M hanc cōuicio efflagitarū codicilli tui. Nā res quidem ipſa, & is dies quo tu te profectus, nihil mihi ad ſcribendū argumenti fanē dabit. ſed quemadmodū co- ram cū ſumus, ſermo nobis deſſe nō ſolet, ſic epiftolæ noſtra debent interdū hallucinari. Tenediorū igitur libertas, ſecuri Tenedia præcia eft, cū eos præter me & Bibulū, & Callidū, & Faouonū nemo defendere. De te magis ab Sipylo mētio eft honorifica facta, cū te vnu dicerent poſtulationi L. Seſtii Pansz reſtiffis. Reliquis diebus ſiquid erit quod te ſcire opus ſit, aut etiā ſi nihil erit, tamē ſcribā cotidie aliquid. Pr. Id. neque tibi neque Pōponio deero. Lucretii poemata (vt ſcribis) nō ita ſunt multis luminibus ingeni, multæ tamē artis. Sed eum veneris, virum te putabo: ſi Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo.

O.ii.

M A R C U S Q. C I C E R O N I S A L.

14

G A V D E O tibi iucundas esse meas literas: nec tamē habuisset scribendi nūc quidem vllū argumentū, nūi tuas accepissem. Nam pr. Id. cum Appius Senatū infrequentē coegerit, tantū fuit frigus, vt populi cōūicio coactus sit nos dimittere. De Cōmageno, quod nō totam discussera, mirifice mihi & per se & per Pōponium blanditur Appius. Vider enim hoc genere dicendi, si utr in ceteris, Februario iterilem futuri: eumq[ue] Iusi iocose fatis: neque solū illud extorsi oppidulū, quod erat positū in Euphrate & Zeugmate, sed praterea togā sum eius p̄ttexta, quā erat adeptus Cæsare Cos. magno hominū sīsu cauillatus. Quod vult inquā renovare honores eosdē, quo minus togam p̄textam quotannis interpolet, decernendū nihil censeo. Vos autē homines nobiles qui Buſfenni p̄textū non ferebatis, Cōmagenum ferent Genus vides & locū iocandi. Multa dixi in ignobilem Regē, quibus torus est explosus, quo genere cōmotus (vt dixi) Appius, totum me amplexatur. Ni hil et enim facilius quām reliqua discutere: sed nō faciam vt illū offendam, ne implore fit dē Louis Hospitalis: Graios omnes cōnocet, per quos meū in gratiā redit. Theopōpō satis faciemus. De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim quas tu literas expectaris: sed ille scripsit ad Balbū fasciculum illum ep̄istolārū in quo fuerat & mea & Balbi, totū sibi aqua madidū redditum esse: vt ne illud quidē sciat, meam fuisse aliquā ep̄istolam, sed ex Balbi ep̄istola pauca verba intellexerat, ad quā rescripsit hīs verbis, DE CICERO TE VIDEO Q VI D D A M S C R I P S I S S E Q V O D E G O N O N I T E L L E X I: Q V A N T V M A V T E M C O N I E C T V R A C O N S E Q V E B A R, ID E R A T H V I V S M O D I, V T M A G I S O P T A N D V M Q V A M S P E R A N D V M P V T A R E M. Itaque postea misa ad Cæsare eccl̄e illo exēplo literas. Iocū autē illius de sua egidate ne sis aspernatus. Ad quē ego rescripsi nihil esse quod posthaec arce nostra fiducia cōturbaret: lūisque in eo genere & familiariter, & cū dignitate. Amor autē eius erga nos perfertur omnīū nūciis singularis. Et litera quidē ad id quod expectas, sicut cū tuo reditu iungentur: reliqua singulorū dierū scribemus ad te, si modo tabellariorū tu præbebis: quanquā ciuīmodi frigus impēdebat, vt summū periculū esset ne Appio suz zedes vretetur.

M A R C U S Q. F R A T R I S.

15

R I S I niuem atrā, tēque hilari animo esse & prompto ad iocādū valde me iuuat. De Pōpcio assentior tibi, vel tu potius mihi: nā vt scis, iāpridē ictum canto Cæsare: mihi crede in finū est, neque ego difcingor. Cognoscit nūc Idus, Decimus erat Cælio dies. Domitius iudices ad numerū non habuit: viceror ne homo teter & serus Pola Seruius ad accusationē veniat. nā noster Cælius valde oppugnatur à gente Clodia. certi nihil est adhuc, sed vere. Eodē igitur die Tyrīs est Senatus datus frequens, frequentes cōtrā Syriaci Publicani, veleniētē vexatus Gabinius: exagitati tamē à Domitio publicani, quidē cū essent cū equis profecti. C. noster Lamia paulo terocius, cū Domitius dixisset, Vefra culpa hæc acciderūt equites R. dissolute enim iudicatis. Nos iudicamus, vos laudatis, inquit. Actū est eo die nihil, nox diremit. Comititalibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur nō: impediri se lege Pupia, quo minus habeat Senatū: & quid Gabinia sanctū sit, etiā cogi ex Kal. Feb. vsque ad Cal. Mart. Legatis Senatum cotidie dari, ita putatū detрудi comitia in mēsem Martiū. Sed tamē his comititalibus Tribb. pl. de Gabinio se acturos esse dicit. Omnia colligo, vt noui scribā aliquid ad te sed etiā vides, res me ipsa deficit. Itaque ad Callisthe nem & ad Philistū redeo, in quibus te video volutatū. Callisthenis quidē vulgare & notū negotiū, quemadmodū Graci aliquot locuti sunt. Siculus ille capitalis, creber, acutus, breuis, penī pusillus Thucydides: fed viros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an v-trolique, nescio. Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. Sed quod adscribis, aggrederisne ad historiā: me enim authore potes: & quoniā tabellariorū suminiſtras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Obiecta te cū Ci, cerone nostro quābellissime. Duas adhuc à te accepi ep̄istolās, quarū alterā in ipso discessu nostro, alterā Arimino data: plurice quas scribis te dedisse, nō accepterā. Ego me in Cumano & Pōpciano, p̄tterquā quōd sine te, ceterū satis cōmode oblectabar, & etiā in illē locis v̄sq;

ad Kal. Iun. futurus. Scribebam illa quæ dixeram ~~maria~~, spissum sanè opus & operosum.  
 Sed si ex sententia successerit, bene erit opera positas: si minus, in illud ipsum mare decucimus, quod spectantes scribimus: aggrediemur alia, quoniam quiete non possumus. Tua mandata persequar diligenter, & adiungendis hominibus, & in quibusdam non alienandis. Maximus mihi vero curæ erit ut Cicerone tuum nostrumque videam, scilicet cotidie, sed inspiciam quid discat quæspissime: & nisi ille conteneret, etiam magistrum me ei profitebor: curus rei nonnullam confuetudinem natum sum in hoc horum dierum otio, Cicerone nostro, minoro producendo. Tu quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligenter tamen sciebam, facies, scilicet ut mea mandata digeras, persequare, cōficias. Ego cum Romā venero, nullum prætermittam Caesaris tabellarium, cui literas ad te nō dem. His diebus (ignoraces) cui darem fuit nemo ante hunc M. Ortium equitem R. nostrum, & pernecessarium, & quod est ex municipio Atellano, quod scis esse in fide nostra. Itaque cum tibi cōmendo in maiorem modum, hominē domi splendidū, granatum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. est Trib. mil. in exercitu vestro: gratū hominem obseruantemque cognosces. Trebatum ut valde ames, vehementer te rogo.

M A R C U S Q. F R A T R I S A L.

16

A D 1111 Non. Iun. quo die Romā veni, accepi tuas literas datas Placentiæ. Deinde alteras postridie datas Blandonæ, cum Caesaris literis referitis omni officio, diligētia, suavitate. Sunt ista quidē vel magna, vel potius maxima. Habet enim vim magnam ad gloriam & ad summā dignitatem. Sed mihi credit quē noslī, quod in iib[is] rebus ego plurimi attimo id iam habeo, te scilicet primum tam inferuente cōmuni dignitati, deinde Caesaris tantū in me amorem, quem omnibus his honoribus quos me à se expectare vult antepono. Literæ vero eius vñæ data cū tuis, quarū initium est quām suauis ei tuus aduentus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde le effectū ut ego in medio dolore ac desiderio tui te, cū à me abesse, portissimum secū esse latxar: incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidē fraterne quidē me hortaris, sed me hercule currente nunc quidē, ut omnia mea studia in iūtū vñū conferas. Ego vero ardenti quidē studio: ac fortasse efficiā, quod sape viatoribus cū proferant, cuenit: vt si serius quām noluerint forte surrexerint, properando etiā citius quām si de nocte vigilassent, perueniat quō velint. sic ego quoniā in illo homine colendo tā indormiū diu, te me hercule sape excitāte, cursu corrīga tarditatem, cum equis, tū vero (quoniā), scribis poema ab eo nostrū probari) quadrigis poeticis, modo mihi date Britāniam, quam pingā coloribus tuis penicillo meo. Sed quid agor quod mihi tēpus Romæ, praefertum ve iste me rogat, manenti vacuū ostenditur? sed video: fortasse enim (vt fit) vincet tuus amor omnes difficultates. Trebatū quidē ad se misericordia, perfalſe & humaniter etiā gratias mihi agit. negat enim in tāta multitudine eorū qui vñā esent, quēquā fuisse qui vadimoniū cōcipere posset. M. Curtio Tribunatū ab eo petui: nā Domitius se derideri putasset, si esset à me rogatus, hoc enim est cius cotidianū, se ne Trib. mil. quidē facere, etiā in Senatu lūsic Appiū Collegā propterea iste ad Caesarē, ut aliquē Tribunatū auferret, sed in alterū annū. id & Curtius ita volebat. Tu quēadmodū me cēses oportere esse & in rep. & in nostris iniunctiis, ita & esse & fore auricula infima seco molliore. Res Romanæ se sic habebat. Erat nonnulla spes comitoriorum, sed incerta: erat aliqua suspicio Dictaturæ, ne ea quidem certa: sumnum otium forensē, sed senescētis magis ciuitatis, quām acquiescētis. Sententia autem nostra in Senatu eiusmodi, magis ut alii nobis assentiantur quām nosmetipſi. ~~maria~~ i. mā-  
 juo ~~maria~~ ~~maria~~ calamo & atramento tēperato, charta etiam dentata res agetur. Scribis enim te meas literas superiores vix legere posuisse: in quo nihil eorū mi frater fuit quæ putas. nequā enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus alicui: sed hoc facio semper, ut quicunque calamus in manus meas venerit, eo sic utr tanquam bono. attende nūc, mi optime & suauissime frater, ad eadū rescribo, quæ tu in hac eadē breui ep̄stola ~~wegy-~~  
~~maria~~ ~~maria~~ valde scripsisti. De quo petis, ut ad te nihil occultrans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, genuine fraternéque rescribā, id est utrum voles ut dixerimus, ad expediendum te, si caula sit, cōmorere. Si mi Quinte parua aliqua res esset, in qua sciscitaret quid vellem,

O.iii.

tamen cū tibi permisurus essem vt faceres quod velles, ego ipſe quid vellem ostenderē. In hac vero re hoc proſecto queris, cuiusmodi illum annū qui ſequitur ex pectem planē aut tranquillū nobis, aut certe munitissimū: quod cotidie domus, quod forū, quod theatri ſignificationes declarat: neque laborant quod mea cōſcientia copiarum noſtrarū, quod Cælaris, quod Pōpuli gratiam tenemus: hæc me vt confidā faciunt. Si nō aliquis crumpet amētis hominis furor, omnia ſunt ad cum frangendū expedita. Hæc ita ſentio, iudico, ad te explorate ſcribo. Dubitare te nō alſentatorie, fed fraterne veto. Quare ſuauitatis equidē noſtræ fruenda cauſa, cuperem te ad id tēpus venire quod dixeras, fed illud malo tamē quod putas, magis etiam illa etiam magni aſtimō, me ſubducere illam tuam & expectationē debitorum tuorū. Illud quidem ſic habeto, nihil nobis expeditis, ſi valebimus, ſore fortunatus: parua ſunt que deſunt, quo noſtris quidē moribus, & ea ſunt ad explicandū expeditis ſima, modo valeamus. Ambitus redit immanis, nunquā fuit par. Id. Quint. ſcenus fuit ex Z. coitione Memmii eft quo cum Domitio, hanc Scaurus vnu vincere. Mefſala flacce, non dico cardeſas, vel me centies coſtituant in prærogativa pronunciare. Res ardet inuidia. Tribunitii cādidiati compromiferunt (me quingenis in ſingulos apud M. Catonē depositis) petere eius arbitratu, vt qui contra feciſet, ab eo condemnaretur. qua quidē comitia ſi gratuitta fuerint, vt putatur, plus vnuſ Cato fuerit quām omnes leges omnīque iudices. Cum à me literas librarū manu acceperis, ne paulum me otiū habuſſe iudicato: cum autem mea, paulum, ſic enim habeto, nunquam me à cauſis & iudiciis diſtriictiorem fuſſe, atque id anni tempore grauiſſimo & caloribus maximis. Sed hæc (quoniam tu ita præſcribis) ferēda ſunt, neque committendum vt aut ſpe, aut cogitatione veſtræ ego videar defuſe: præſertim cum tameſi id diſſicilius fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiam magnāque dignitatē ſim collecturus. Itaque vt tibi placet, damus operā ne cuius animū offendamus, atque vt etiā ab iis ipſis qui nos cū Cæſare tam coniunctos dolent, diligamus: ab aequis vero, aut etiam à propensiis in hanc partē vehementer excolamur & amemur. De ambitu cum atrociflime ageretur in Senatu multos dies, quod ita erant progreſſi cādidiati Cōſulares vt nō eſſet ferendum, in Senatu non fui. Statui ad nullam medicinā recipi, ſine magno præſidio accedere. Quo die hæc ſcripsi, Drufus erat de pruaricatione à Tribb. zarii abſolutus, in ſumma quatuor ſententiis cū Senatorē & equites dānaſſent. Ego eodem die post meridiem Vatinium aderā defensurus: ea res facilis eft. Comitia in meniū Sept. reiecta ſunt. Scāni iudicium ſtatim exercebitur, cui nos nō decrimus. ſuauitatis ſcenariorū, quanquā à te actam fabellā video eſſe festiu, nullo modo probau. Venio nunc ad id quod neſcio an primū eſſe debuerit. O iucundas mihi tuas de Britānia literas: tinebā oceanum, timebā littus insula. Reliqua nō equídem conténo, ſed plus habent tamen ſpeci quām timoris, magisque ſum ſolicitus expectatione ea quam metu. Te vero ſcribendi egre giam habete video. Quos tu ſitus, quas naturas rerum & locorū, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quē vero iſplum Imperatorem habes. Ego te libenter vt rogas, quibus rebus viſ adiuuabo, & tibi verius quos rogas, hoc eft Athenas noctuam mittā. Sed heus tu celari videor à te. quo modo nam mi frater de noſtris verbiſ Cæſar? Nā primū librum ſe legiſ ſcripſit ad me ante: & prima ſic, vt neget ſe ne graeca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quendā locum, hoc enim vt titur verbo. Dic mihi verum, num aut res cum, aut x̄ḡȳ non delefcat: nihil eft quod vereare. Ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Hac de re ſcribere, & vt ſoles, ſcribe fraterne.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD Q. FRATREM  
LIB. III.

MARCVS Q. FRATRI SAL.

17

E GO EX magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati ſumma cum amoenitate ſuminis me reſci ludorū diebus, Philotimo tribulibus cōmendatis. In Arcano ad 1111 Id. Sept. fui. ibi Mefcidium cū Philoxeno, aquāmque quā ii ducebant non

longe à villa belle fane fluente vidi, præfertim maxima fccitate, vberiorēque aliquāto sc̄c collecturos esse dicebāt. Apud Herū recte erat. In Maniliano offendi Diphilum Diphi lo tardissem; sed tamē nihil ei restabat præter balnearia & ambulationē & auarium. Villa mihi valde placuit, propterea quod summā dignitatem paucimētata porticus habebat: quod mihi nūc denique apparuit, posteaquā & ipsa tota patet, & columnæ politæ sunt. Totū in eo est quod mihi erit curz, rectorū vt concinnū sit: paucimēta recte fieri videbantur: cameras qualdā nō probauit, mutarique iussi. Quo loco in porticu te scribere aiunt ut atriolū fiat, mihi, vt est, magis placebat: neque enim lati loci videbatur esse atrio: neque ferè soler, nīsi in his adīficis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat adiuncta cu bicala, & eiusmodi mēbra. Nunc hoc vel honestate refudinis, vel valde boni æstiuum locum obtinebit. Tu tamē si aliter sentis, rescrive quāprimum. In balneariis, asla in alterū appetiū angulū promoui, propterea quod ita erant posita, vt corū vaporarium, ex quo ignis erūpit, elet sub tecū cubiculi: subgrāde cubiculum autē & hybernū altū valde probauit, quod & ampla erat, & loco poūta ambulationis vno latere, eo quod est proximū balneariis. Colūnas neque rectas, neque ē regione Diphilus collocatas scilicet demoliuntur, aliquādo perpendicularē & linea discet vii. Omnino spero paucis mēsib⁹ opus Diphili p̄fectū fore, curat enim diligētissime Cœlius, qui tum meū fuit. Ex eo loco recta Vitularia via profecti sumus in Fufidianū fundum, quē tibi proximis nuntiis Arpini de Fufidio ha c c. & c c c c cemeras. Ego locū astate umbrosorem vidi nunquā, permultis locis a quā profluenit, & eam vberem. Quid queris? Iugera L prati Cœlius irrigaturū facile te arbitrabatur. Evidē hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suavitate te villā habitūrum, piscina & salientibus additis, palestra & sylva viridicata. Fundū audio te hunc Boulianū velle retinere, & eo quid videatur, ipse cōstitutes. Caluus aiebat aqua dépta, & eius a quā ūre cōstituit, & seruitute fundo illi imposita, tamē nos pretium seruare posse, si vēdere vellemus. Mescidium meū habui, is se termis nūmis in pedem tecū transfigisse dicebat: sc̄c autē mensum pedibus aiebat passuum c c c c cō, mihi plus visum est. Sed præstabō, sumptum nūsqua melius posse ponit. Chilonē arcessuā Venafrō: sed eo ipso die quatuor eius cōseruos & discipulos Venafri cuniculus oppreserat. Id. Sept. in Laterio fui, via perspe xi, que mihi ita placuit, vt opus publicū videretur esse, præter c l pass. sum enim ipse mēsus ab eo pōticulo qui est ad Furinti Satricū versus. eo loco puluis, nō glarca iniecta est, & mutabitur, & ea vīz pars valde accilius est: sed intellexi aliter duci nō posuisse, præfertim cū tu neque per locutus, neque Varronis velles ducere. Veluinus ante suum fundū prope mīnerat. Locusta non attigerat, quē ego Romā aggrediar, & vt arbitror, cōmoucho: & simul inde Taurū, quem tibi audio promittē, qui nūc Romā erat, de aqua per fundū eius ducendā robabo. Nicēphorū villicum nūs sancē probauit: quid si ex eo & quid ci de illa adīficatiuncula Laterii, de qua meū locutus es, mādaulifē, tum is mihi rēpōdit se ipsum eius operis ha x i conductorē fuisse, sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad p̄tium, itaque id se omisiisse. Mihi hereule valde placet te illa vt cōstituebas addere: quanquā ea vilia que nūc est, tanquā philosophia viderur esse, que obiurget ceterā villarum insinā, verūtamen illud addinū delectabit. Topiariū laudauit, ita omnia cōuestiuit edera, qua basim villa, qua intercolūnia ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur, & edera vendere. Lamē nūs nihil aliū, nihil mūlosius. Habet ferē de rebus rusticis. Urbāna exploitationē vrgit ille quidē & Philotimus & Cincius, sed etiā ipse crebro interuiso, quod est facile factū. Quāobrē ea te cura liberānū volo. De Cicerone quod me semper rogas, ignosco equidē tibi, sed tu quoque mihi velim ignoscas. Non enim concedo tibi, plus vt illū ames quam ipse amo. Atque vtinā mihi his diebus in Arpinati, quod & ipse cupierat & ego, nō minus meū fuisset. Quod ad Pōponiā, si tibi videtur, scribas vēlim: cū aliquō exhibimus, car nobiscū, puerūmque ducat: clamores efficiam, si cum meū habero otiosūm: nā Romā respirandi nō est locus. Id me sc̄s antea gratis tibi esse pollicinū. Quid nūc putas tāta mihi abs te mercede proposita? Venio nūc ad tuas literas quas pluribus epistolis accepi, dū sum in Arpinati, nā mihi vno die tres sunt redditiz, Augustinus equidē vt vi-

## Ad Quintum fratrem.

debantur, codem abs te date tempore. vna pluribus verbis, in qua primum erat quod antiquior dies in tuis suisser a scripsit literis, quam in Cæsaris. Id facit Appius nonnunquam necessario, ut cum tabellarios constituerit mittere, literasque à nobis accepte, aliqua re noua impediatur, & necessario serius quam constituerat, mittat: neque nos datis iam epistolis diem cōmutari cūremus. Scribis de Cæsaris sumo in nos amore: huc & tu souebis, & nos quibuscumque poterimus rebus augebimus. De Pópeio, & facio diligenter, & faciam quod mones. Quod tibi mea permisso māsonis tuz grata est, id ego summo meo dolore & desiderio, tamē ex parte gaudeo. In Hippodamis, & nōnullis aliis arcessendis quid cogites, nō intelligo. Nemo istoru est quin abs te munus fundi suburbani instar expectet. Trebatum, vero meū quod istu admisces nihil est. Ego illū ad Cæsare mīsi, qui mihi iam satisfecit: si ipsi minus, praestare nihil debet: teque itē ab eo vindico & libero. Quod scribis te à Cæsare cotidie plus diligim, immortaliter gaudeo. Balbum vero qui est istius rei (quēadmodum scribis) adiutor, in oculis fero. Treboniū meū à te amari, teque ab illo, pergaudeo. De tribunatu quod scribis, ego vero nominatum petui Curtio, & mihi ipse Cæsar nominatus. Curtio paratū esēt perleptis, meāmque in rogādo verecundiam obiurgavit. Sicui præterea petierō (id quod etiam Appio dixi, vt ad illū scriberet) facile patiar mihi negari, quoniam illi qui sibi molestii sunt, sibi negari à me nō facile patiuntur. Ego Curtium (id quod ipsi dixi) nō modo rogatione, sed etiam testimonio tuo diligim, quod litteris tuis studium illius in salutem nostram facile perspexi. De Britannicis rebus cognoui ex tuis litteris nihil esse nec quod metuamus, nec quod gaudeamus. De publicis negotiis quæ vis ad te Tironē scribere, negligenter ad te ante scribēbā, quod omnia minima, maxima ad Cæsarem mitti scibā. Recepisti epistolas maximæ. Audi nunc de minuscula, in qua primū est, de Clodii ad Cæsarem litteris: in quo Cæsaris cōsiliū probō, quod tibi amātissime peteti veniam nō dedit; vti vllum ad illā furiam verbum rescriberet. Alterū est de Caluenti Marii oratione. Quod scribis, miror tibi placere me ad eum rescribere, præsertim cum illam nemo lectorus sit: si ego nihil rescripsero, mean in illū pueri omnes tanquā dictata perdiscant. Libros meos omnes quos expectas inchoauit, sed confidere non possum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro & pro Plancio absolvi. Poema ad Cæsare quod cōposueram, incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iā fuitū, si quid habebō spatiū, scribā. Vnū ad tertiam. Balbū, quod aīs mature Romanē bene comitatum esēt venturū, mecumque assidue usque ad Idus Maias futurum, id mihi pergratum pérque iucundum. Quod me in eadem epistola, sicut saepe antea, cohortari ad ambitionem, & ad laborem, faciam equidem, sed quando viue mus. Quarta epistola mihi redditā est Id. Sept. quā ad 1111. Id. Sext. ex Britannia dederas. In ea nihil fāce erat noui, præter Ergonam: quam si ab Appio accepero, scribam ad te quid sentias: nec dubito quin mihi placuit sit: & quod præterit de eo, quem scripti de Milonis plausu scripsi ad Cæsarem. Ego vero facile patior ita Calatēm existimare, illum quāmaximum fuisse plausum, & profus ita fuit: & tamen ille plausus qui illi datur, quodāmodo nobis videtur dari. Reddita etiam mihi est peruenus epistola, sed sero allata, in qua de ade Telluris, & de portica Catuli me admones: sit vtrunque diligēter. Ad Telluris quidē etiam tuam statuam locauit. Item de hortis, me quod admones, nec fui unquam valde cupidus, & nunc domus suppeditat mihi horrōrū amoenitatem. Romā cum venissim ad xiiii. Kal. Oct. absolum offendi in zibis tuis teatū: quod supra cōclavia nostri placuerat tibi esse multorum fastigiorum, id nunc honeste vergit in teatū inferioris porticus. Cicero noster dum ego adiūt, non cessauit apud rhetorem. De eius eruditōnē quod labores nihil est, quoniam ingenient eius nosti, studium ego video, extera eius fūscipio, vt me putem praestare debere. Gabinius tres adhuc factōnes postulant: L. Lentulus Flaminis F. qui iam de maefestate postulauit: Titius Nero cū bonis subscriptoribus: C. Mēnius Trib. pl. cū L. Capitone ad vrbem accessit ad xiiii. Kal. Oct. Nihil turpius nec defertius. Sed his iudiciis tuhil audere confidere, quod Cato nō valebat: adhuc de pecuniis repetendis nō erat postulatus. Pópeius à me valde cōtentus de reditu in gratiā, sed adhuc nihil proficit: nec si vllā partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas literas vehementē exspecto.

Quod scribis te audire in candidatorū Consulariū coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae, quas postea Memmias patet fecit, ut nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit ut his coitionibus interficerem, quibus Melisla excluderetur cui quidem vehementer satisfacio rebus omnibus, ut arbitror, etiā Memmio. Dominio ipsi multa iam feci quae voluit, quæque à me petuit. Scavum beneficio defensionis valde obligauit, adhuc erat valde incertum & quodam comitia & qui coss. futuri essent. Cū hanc iam epistola complicatè tabellarii à vobis venerunt ad x. Kal. Sept. vicissimo die. O me solicitorum, quantum ego dolui in Cæsarī suauissimis literis! sed quo erant suauiores, eo maiorem dolorem illius ille casus affrebat. Sed ad tuas venio literas. Primum tuam remanionem etiam arque etiam probo, præsertim cū ut scribis, cum Cæsare communicaris. Oppium miror quidquam cum Publilio, mihi enim non placuerat. Quod interiore epistola lictib⁹, me Id. Sep. Pompeio Legatum iri, id ego non audiui, scriptaque ad Cæsarem Vibulum Cæsaris mandata de mea manione, ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium quo consilio, quanquam Oppium ego tenui, quod priores partes Bibuli erant: cum coenam cotam Cæsare egerat, ad Oppium scriperat. Ego vero nullas <sup>ad litteras</sup> habere possum in Cæsaris rebus. Ille mihi secundum te & liberos nostros ita est, vt sit penè parvidetur id iudiciorum facere, iam enim debeo, sed tamet amote sum incensus. Cū scripsisse hæc infima, quæ sunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, cum Pomponia foris cenaret, dedit mihi epistolam legendam tuam, quam paulo ante accepiter Aristophaneo modo, valde mechereule & suauem & grauem, qua sum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, qua iubes cum mihi esse affixum tanquam magistro. Quam illū epistolæ illæ delectarū: quam me Nihil puer illo suauius, nihil nostri amantius. Hoc inter cenam Titoni dictauit, ne miscere alia manu esse. Annali pergratitez tuæ futuræ, quod & curates de se diligenter, & tamen consilio seuerrimo iuuares. P. Servilius pater, ex literis quas sibi à Cæsare misas esse dicebat, significat valde te sibi gratu fecisse, quod de sua voluntate erga Cæsarem humanissime diligentissimeque locutus es. Cū Romanū ex Arpinati reuertissem, dictum mihi est Hippodamum ad te profectum esse. Nō possum scribere me miratus esse illum tamen inhumaniter lecisisse, vt sine meis literis ad te proficiatur: illud scribo, mihi molestum fuisse. iam enim diu cogitaueram, ex eo quod tu ad me scriperas, vt siquid esset quod ad te diligentius perscribi vellem, illi darem: quod mechereule huius literis, quas vulgo ad te mitto, nihil serè scribo quod si in aliquius manus incidere rit, moleste ferendum sit. Minutio me & Saluio & Labecori reseruabā. Labec aut tarde proficietur, aut hic manebit. Hippodamus, ne nunc quidem quid velim rogauit. T. Pinarius amabiles ad me de te literas mutatis: se maxime literis, sermonibus, octuis denique suis delegari. Is homo semper me delectauit: fraterque eius mecum est multum: quare ut instituisti, complectere adolescentem. Quod multos dies epistolam in manibus habui propter cōmorationem tabellariorum, iudeo multa coniecta sunt, aliud alio tempore, velut hoc, T. Annius mihi sape iam dixit, se tibi, suburbanū siquid inuenisset, nō dubitatū esse emere. In eius sermonē ego vtrunque soleo admirari, & te de suburbanō emendo, cum ad illum scribas, non modo ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam de suburbanō scribere, & cum ad illum scribas, nihil te recordati de se, de epulis illis, quas in Tusculano eius tu mihi ostendisti, nihil de preceptis Epicharmi. <sup>qui</sup> totum denique vultum, sermonē, animum eius, quædammodum cōsilio, quasi. sed hac tu videris. De suburbanō, cura ut sciam quid velis: & simul nequid ille turbet, vide. Quid præterea? Quid ex Gabinius ad 111 Kalē. Octob. noctū in urbem introiuit: & hodie H. v 111. cum editio C. Alfi de maiestate cum adesse oportere, cōcursu magno & odio vniuersi populi penè afflictus est. Nihil illo turpius, proximus tamen est Piso. Itaque minuscum <sup>litteris</sup> cogito in secundum librum meorum librorum includere, dicentes Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum Imperatorum futurus esset, quorū alter exercitus perdidisset, alter vendidisset. Ex Britannia Cæsar ad me Kalen. Sept. dedit literas, quas ego accepi ad 111 Kalen. Octob. satis commidas de Britannicis rebus: quibus, ne admireris quod à te nullas acceperis.

## Ad Quintum fratrem

rim, scribit se sine te fuisse cum ad mare accesserit. Ad eas ego ei literas nihil rescripsi, ne p  
gratulandi quidē causa, propter eius luctum. Te oro etiā atque etiam mi frater ut valeas.

M A R C V S Q . F R A T R I S A L .

18

A D V I Id. Octo. Saluius Ostiam vesperi nauis profectus erat cum his rebus quas tibi domo mitti volueras. Eodē die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius: sic ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Postridie autem eius diei, qui erat tum futurus cum haec scribem facilius antelucē, apud Catonem erat diuinatio in Gabinium futura inter Memmum & Ti. Neronem & C. & L. Antonios meos M.F. Putabamus fore ut Mem mio daretur, etiā erat Neronis mira contentio. Quid queris? probe premis, nisi noster Pō peius diis hominibusque inuitius negotium euerterit. Cognosce nunc hominis audaciam, & aliquid in rep. perdita delectare. Cum Gabinius quacunq; veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitoque bonus Imperator noctū in urbem hostium planè inuasisset, in Senatum se non committiebat. Interim ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostiarum numerum & militum renunciare, in re hafit summa infrequentia, cum vellet exire, à C O S S. retentus est: introducti publicani. Homo vnde actus & cum à me maxime vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exulem appellauit. Hic ô dī, nihil vñquam honorificentius nobis accidit. Consurxit Senatus cum clamore ad vnum, sic ut ad corpus eius accederet: pari clamore atque impetu publicani. Quid queris? omnes tanquam si tu es, ita furentur. Nihil homini sermone foris clarius. Ego tamē teneo ab accusando vix me hercule: sed tamen teneo, vel quid nolo cum Pompeio pugnare, (satis est quod instant de Milone) vel quid iudices nullos habemus, & formido, addo etiam malevolentiam hominū: & timeo ne illi me accusante aliquid accidat, nec despero rē, & sine me, & non nihil per me confici posse. De ambitu postulati sunt omnes qui Cōsulatum perunt: à Memmio Domitius, à Q. Curtio bono & erudito adolescenti Memmius, à Q. Pompeio, Messala, à Triario, Scaurus. Magna res in motu est: propterea quid aut hominū aut legum interitus ostenditur. Opera datur ut iudicia ne fiant. Res videtur spectare ad interregnum. C O S S. comitia habere cupiunt, rei nolunt, & maxime Memmius, quid Cæsar aduentu sperat se futurum c o s. sed mirum in modum facit. Domitius cum Messala certus esse videbatur. Scetus refixerat. Appius sine lege Curiata confirmat se Lentulo nostro succellorum: qui quidē, ministris illo die (quod penē præterii) fuit in Gabinium: accusavit maiestatis, nomina data, cum ille verbum nullum. Habet forensia. Domi recte, & ipsa domus à redēptoribus tractatur non indiligeret.

M A R C V S Q . F R A T R I S A L .

19

O C C U P A T I O N V M mearum tibi signum sit librarii manus. Diem scito esse nullum quo die non dicā pro reo: ita quidquid conficio aut cogito, in ambulationis tēpus ferē conseruo. Negotia se nostra sic habent. Domestica vero, ut volumus: Valēt pueri, studiose discunt, diligēter docentur, & nos & inter se amant. Expotiones vtriusque nostrū sunt in manibus, sed tua ad perfectum iam res est rustica Arcani & Laterii. Præterea de aqua de via nihil prætermis quādā epistola, quin enucleat ad te prescriberē: sed me illa cura sollicitat angūisque vehementer, quid dierū iam amplius L interruo nihil à te, nihil à Cæsare, nihil ex istis locis, non modo literarum, sed ne rumoris quidē affluxit. Me autē iam & mare istuc & terra sollicitat: neque defino (ut sit in amore) ea quā minime volo, cogitare. Quare non equidem iam te rogo ut ad me de te, de rebus istis scribas (nunquam enim cum potes, prætermittis) sed hoc te scire volo, nihil ferē vñquam me ita expectasse, ut cū haec scriberē, literas tuas. Nunc cognosce ea quā sunt in rep. Comitoriorū cotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus magna voluntate bonorum omnium. tāta inuidia sunt C O S S. propter suspcionem pectorum à candidatis præmiorum. Candidati Consulares quatuor, omnes rei: causā sunt difficiles: sed enitemur ut Messala noster saluus sit, quod est etiam cū reliquorum salute coniunctum. Gabinium de ambitu reum fecit P. Sylla subscripte priu gno Memmio fratre Cæilio Syllæ filio. Concedidit L. Torquatus, omnibusque libētibus nō obtinuit. Quāris quid fiat de Gabinio: sciens de maiestate triduo, quo quidem in iu-

dicio odio premitur omnium generum, maximè tefibus carditur, accusatoribus frigidissimis vritur: confilium varium, quæsitor graui & firmus Alfius, Pompeius vehemens in iudicibus roganis. Quid futurum sit nescio: locum tamen illi in ciuitate non video: animu præbeo ad illius perniciem moderatum, ad rerum cunctum lenissimum. Habet ferè de omnibus rebus. Vnum illud addam. Cicero tuus nos sive summo studio est Paonii sui rhetoris, hominis opinor, valde exercitata & boni: sed nostrum instituendi genus est paulo eruditus, & *Amulius*, non ignoras. Quare neque ego impediri Ciceronis iter, atque illâ disciplinam volo, & ipse puer magis illo clamatorio genere duci & delectari videntur. In quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus: eodem enim peruenientrum esse confidimus. sed tamen si nobiscum cum rus aliquod eduxerimus, in hac nostrâ ratione cōsuetudinēmque inducemus. Magna enim nobis à te proposita merces est, quam certe nostra culpa nūquam minus assequemur. Quibus in locis & qua spe hyematurus sis, ad me quādiligentissime scribas velim.

## M A R C U S Q. F R A T R I.

20

G A B I N I U S absoluens et omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusque eius infantius, nihil illo consilio folidius. Sed tamen nisi incredibilis contentio, preces Pompeii, Dictatura etiam rumor plenus timoris fuisse, ipsi Lentulo non respondisset, qui tum illo accusatore, illoque consilio sententius condemnatus sit. *XXII* cum *LXX* tulissent. Est omnino tam graui fama hoc iudicium, ut videatur reliquis iudicis periturus, & maxime de pecuniis repetundis. Sed vides nullam esse rem publ. nullum Senatum, nulla iudicia, nullam in nullo nostrum dignitatem. Quid phara de iudicibus duo Praetorii federunt, Dominus Calvinus, is aperte absoluat, ut omnes viderent: & Cato, is ditupis tabellis de circulo se subduxit, & Pompeio primus nunciauit, Aut nonnulli ut Sallustius, me oportuisse accusare. Is ego iudicibus committerem: Quid etsi si me agente esset elapsus? Sed me alia mouerunt. Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum esse certamen. In urbem introiisse, ad inimicities res venisset, cum Afernino Samnite Pacideianus comparatus videret, auriculam fortasse mordicus abstulisset, cum Clodio quidem certe rediisset in gratiam. Ego vero meum consilium (si præsertim tu non improbas) vche-menter approbo. Ille cum à me singularibus meis studiis ornatus esset, cumque ego illi nihil deberem, ille mihi omnia, tamen in rep. me à se dissidentem non tulit (nihil dicam grauius) & minus potens eo tempore, quid in me florētem posset, ostēdit: nunc cum ego necare quidem multū posse. Res quidem publ. certe nihil possit, unus ille omnia possit, eū illo ipso contenderem: sic enim faciendum fuisse. Non existimo te putare id mihi suscipie dum fuisse. Alterutrum, inquit idem Sallustius, defendis, idque Pompeio cōtendentis de-  
diles, etiam vehementer orabat. Lepidum amicum Sallustium, qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam. Ego vero hac mediocritate delector: ac mihi illud iucundum est, quod cum testimonium secundum fidem & religio-  
nem grauissime dixissem, reus dixit, si in ciuitate licuisset sibi esse, mihi se satissimetur, neque me quicquā interrogauit. De versibus quos tibi à me scribi vis, deest mihi quidē opera, qua non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura defuderat, sed ab-  
est etiam *adversaria*: non enim sumus omnino sine cura venientis anni, eti sumus sine timore. Simul & illud (sine villa mehercule ironia loquor) tibi illius generis in scribendo prioris partes tribuo quam mihi. De bibliotheca tua Graeca supplēda, libris cōmutandis, Latinis comparādis, valde velim ista confici, præsertim cum ad meum quoque vsum spectet. Sed ego mihi ipsa ista per quem agam non habeo: neque enim venalia sunt, quæ quidē pla-  
ceant, & confici nisi per hominem & penitum & diligentem non possunt. Chrysippo tamē imperabo, & cū Tyrannione loquar. De fisco quid egerit Scipio, querā: quod videbitur rectum esse curabo. De Ascanione tu vero quod voles, facies, menihil interpono. De sub-  
urbano quid non properas, laudo: ut tu habebas hortor. Hec scriptū ad *VIIII* Kal. No-  
vem. quo die ludi committebantur, in Tusculanum proficisciens, ducēnsque mecum Cicero-  
nonem meum in ludum discendi non lusionis: ea te non lōgius quam vellem, quid Pompeius

## Ad Quintum fratrem

ptino ad triumphum ad 111 No. Nouēb. volebā adesse: etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato & Serenius Praetores prohibitus se ministrū: nec quid possint scio. Ille enim & Appium c o s. secum habebit, & Prætr. & Tribb. pl. sed ministrū tamen: in primisque ap mīs Q. Scruola. Cura mi suauissime & charissime frater vt valeas.

M A R C V S Q. F R A T R I S A L.

21

Q. V O D queris quid de illis libris egerim, quos cū essem in Cumano scribere institui: non cessau, neque celo, sed saepe iā scribendi totum cōsilium rationēmque mutau. Nā iā duobus factis libris, in quibus nouendialibus iis seruis que fuerunt Tuditano & Aquilio c o s s. sermo est à me institutus Africani paulo ante mortem, & Lælii Phili, Manliique, & Lælii generorum Fannii & Scruola. Sermo autem in nouem & dies & libros distributus de optimo statu ciuitatis, & de optimo ciue. Sanè texebatur opus luculente, hominūmque dignitas aliquantum orationi ponderis affrebat. Hi libti cum in Tusculano mihi legerentur audiente Sallustio, admonitus sum ab illo, multo maiore autoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de rep. præsertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed Consularis, & is qui in maximis veritatis in rep. rebus esset: que tam antiquis hominibus attribuerē, ea vulum iri ficta esse. Oratorum sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi, belle à me remouisse: ad eos tamen retulisse quos ipse viduisse. Aristotele deinde, que de rep. & præfate viro scribat, ipsum loqui. Commouit me, & eo magis quod maximos motus nostræ ciuitatis attingere non poteram, quod erat in inferioribus quam illorum actis qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum erā secutus, ne in nostra tempora incurrens offendenderem quempian. Nunc & id vitabo, & loquar ipse tecum, & tamen illa que instituercam, ad te si Romam veniero, mittā. Puto enim te exultimaturum à me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos. Caesaris amore, quem ad me perscripsit, vnae delector: promissis iis que ostendit, non valde pendo: nec sitio honores, nec defydero gloriam, magisque eius voluntatis perpetuitatē, quām promissorum exitum expecto. viuo tamen in ea ambitione & labore, quum id quod non postulo expectem. Quod me de verbis faciendo rogas, incredibile est mi frater quām egeam tempore: nec fane satis commouor animo ad ea que vis canenda. in dñs vero ad ea que ipse ego ne cogitatio quidem consequor, tu qui omnes isto eloquendi & exprimenti genere superflui, à me petis: Faciem tamen ut possem, sed (quod te minime fugit) opus est ad poema quadam animi alacritate, quam plane mihi tempora cripiant. Abduco equidem me ab omni reipub. cura, dedoque literis, sed tamen indicabo tibi quod me hercule in primis te celatum volebam. Angor mi suauissime frater, angor, nullam esse remp. nulla iudicia, nostrūmque hoc temporū xatis, quod in illa authoritate Senatoria florente debet, aut forcū labore iactari, aut domesticis literis sustentari. Illud vero quod à puer ad adamaram, in dñs cōsul, agi in rīa regis cōsulū dñs, totum occidisse: inimicos à me partim non oppugnat, partim etiam esse defensos: meum non modo animum, sed ne odium quidem cōscie liberum: vñūmque ex omnibus Caesarē esse inuentū qui me tantum quantum ego vellem, amaret, aut etiam (sicut alii putant) hunc vnum esse qui veller. Quorum tamen nihil est ciusmodi, vt ego me non multa consolatione cotidie leniam: sed illa erit consolatio maxima, si vñā criminis: nūc ad illa vel grauissimum accedit tui defyderium. Gabinium si vt Panis putar oportuisse, defendissem, concidissem qui illum oderunt. Li sunt toti oedines: propter quem oderunt, meipsum odisse coepillent. T enui me, vt puto, egrégie, tantum vt faciem quantum omnes videbēt. Et in omni summa, vt mones, valde me ad otium pacēmque conuerto. De libtis, Tyrannio est cestator, Chrysippo dicam: sed res operosa est, & hominis per diligentis. Sentio ipse qui in summo studio nihil alsequor. De Latinis vero quod me vertam nescio, ita mendose & scribunur & venuunt: sed tamen quod fieri poterit, non negligam. Cerbius, vt antē ad te scripsi, Romz est: & qui omnia adnuat, debet tibi valde renunciant. Ab æratio puto confectū esse, dum absit.

M A R C V S Q. F R A T R I S A L.

22

Q. V A T V O R Tragedias X V diebus absoluisse cum scribas, tu quidquam ab alio

mutuaris, & nolam quæraris, cū Eleftram & Troadam scripleris? Cessator esse noli: & illud ydā  
nō noli putare ad arroganiā minuendā solum esse dictum, verum etiam ut bona no-  
stra norimus. Sed & istam, & Erigonā mihi velim mittas. Habes duas epistolas proximas.

M A R C V S Q. F R A T R I S A L.

23

R O M A E & maxime Appia ad Martis, mira alluuiet. Crassipedis abulatio ablata, hor-  
ti, tabernæ plurimæ, magna vis aquæ usque ad piscinam publicam. Viget illud Homeri,  
iunctus enim in laberinto xii. id est, in abysso, et invenit se in eis. Cadit enim in abso-  
lutione Gabini, si h̄i uero, et alijs resuuntur. Alijne, ea & alijs ducuntur. Quod omnia in alijs sunt. Sed haec  
non curare decreui. Romanum cum venero, quæ p̄cipexo, scribam ad te, & maxime de Di-  
statura: & ad Labienum & ad Ligurium literas dabo. Hanc scripsi ante lucem, ad lychnu-  
chum ligneolum, qui mihi erat pericundus, quod cum te aiebant, cum esses Sami, cura-  
se faciendum. Vale mi suauissime & optime frater.

M A R C V S Q. F R A T R I S A L.

24

S V P E R I O R I epistolæ quid respondeam, nihil est, quæ plena stomachi & querelarū  
est, quo in gefere alteram quoque te scribis pridie Labieno dedisse, qui adhuc non venerat.  
Delictum enim mihi omnem molestiam recentior epistola. Tantum te & monco & rogo, vt  
in iis molestis & laboribus & desideriis recordere confilium nostrum quod fuerit profes-  
sionis tuæ. Non enim commoda quædam sequebamur, parua ac mediocria. Quid enim  
erat quod discessu nostro emendum putaremus? Praesidium firmissimum petebamus ex op-  
timi & potentiissimi viri benevolentia ad omnē statum nostrā dignitatis. Plura ponuntur in  
spē quām in pecuniis, reliqua ad iacturam strūetur. Quare si crebro referes animum tuum  
ad rationem & veteris confilii nostri & spēi, facilius istos militiae labores, ceteraque quæ te  
offendunt feres: & tamen cum voles, depones, sed eius rei maturitas nequedum venit, & ta-  
men iam appropinquit. Etiam illud te admoneo, nequid vallis literis committas, quod si  
prolatum sit, moleste feramus. Multa sunt quæ ego nescire malo, quām cum aliquo pericu-  
lo fieri certior. Plura ad te vacuo animo scribam, cum (ut ipso) se Cicero meus belle habe-  
bit. Tu velim cures ut sciam quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mitte-  
mus: Caesarisne tabellarii ut id ad protinus mittat, an Labieni. Vbi enim isti sunt Ner-  
ui, & quām lōge absint, nescio. De virtute & grauitate Caesaris, quam in summo dolore  
adhibuerit, magnam ex epistola tua accepi voluptatē. Quod me institutum ad illum poe-  
ma iubet perficere, eis disfetus cum opera, tum animo sum multo magis, tamen quoniā  
ex epistola quam ad te miseram, cognovit Caesar me aliquid eis exortum, reuertar ad insi-  
tutum: idque perficiam his supplicationum otiosis diebus, quibus Melfalam iam nostrum,  
reliquisque molestia levatos vchenenter gaudeo: cūmque quod certū cōsiderem, cum Domi-  
natio numeratis, nihil à noltra opinione diligentius. Ego Melfalam Cefari præstabō. Sed Mē-  
mīus in adventu Caesaris habet spēm, in quo illum puto errare: hic quidē friger. Scāru  
autem iampridem Pōpeius abiect, res prolatas ad interregnū comitia adducta. Rumor Di-  
ctatoris iniucūdū bonis: mihi etiā magis quæ loquutur. Sed tota res & timetur & refriger-  
etur. Pōpeius plane se negat velle, antea mihi ipse nō negabat. Hirrus auctor fore videtur. O  
di quām ineptus, quām se ipse amans sine rivali! Cratium Iunianum hominem mihi de-  
ditum per me deterruit: velit, pollit, scire difficile est. Hirro tamen agente nolle se non pro-  
babit. Aliud hoc tempore de rep. nihil loquebantur: agebatur quidē certe nihil. Serra-  
ni Domestiti filii funus perluctuosum fuit, ad V 111 Kal. Decemb. Laudauit pater scri-  
pto meo. Nunc de Milone. Pōpeius ei nihil tribuit, & omnia Guttae: dicitque se perfectu-  
rum, vt in illo Caesar incumbat, hoc horret Milo: nec iniuria, & si ille Dictator factus sit,  
pene diffidit. Intercessorem Dictaturæ si iuuerit manu, & praesidio suo, Pompeium me-  
tuit inimicum: si non iuuerit, timet ne per vim perforatur. Ludos apparat magnificentissi-  
mos, sic inquam vt nemo sumptuosiores. Stulte bis tēque nō postulatus, vel quia munus  
magnificum dederat, vel quia facultates non erant, vel quia magister, vel quia potuerat ma-  
gistrum se nō A' Edilem putare. Omnia fere scripsi. Cura mi charissime frater, vt valcas. De  
Gabinio nihil fuit faciendum istorum quæ amatissime cogitata sunt, nō mi gaudi. fccii sum-

# Ad Quintum fratrem

ma cum grauitate vt omnes sentiant, & summa cū lenitate quz feci. illum neque virū, neque leuauit. tediis vehemens fui: præterea quicui. Exutum iudicij fodum & perniciosum lemissime tuli. Quod quidem bonum mihi nunc denique redūdat, vt his malis reip. licentiā, que audacium qua ante rumpabar, nunc ne mouear quidē. Nihil est enim perditus his hominibus, his temporibus. Itaque ex repub. quoniam nihil iam voluntatis capi potest, cur stomachacher nescio. Literæ me & studia nostra & otiū, villazque delectant, maximèque pueri nostri. Angit vnuis Milo, sed velim finem afterat Cōfūlatuſ, in quo enīat, nō minus quam sum enīus in nostro. Tuque illic, quod facis, adiuuabis. De quo cætera/nisi plane vis cri-pucrit, recte sunt: de familiari timeo, i <sup>et</sup> admodum in iuris, qui ludos nō cōcō comparet, cuius in hoc vno confyderantiam & ego sustinebo vt potero, & tu vt possis, et tuorū neruorum. De motu temporum venientis anni nihil te intelligere volueram domestici timoris, sed de cōmuni reip. statu: in quo etiam si nihil procura, tamen nihil curare vix possum. Quād autem te velim cautū esse in scribendo ex hoc coniūcto, quōd ego ad te ne hac quidem scribo quā palām in rep. turbantur, ne cuiusquam animum mez literæ intercepte offendant. Quare domesticā cura te leuatū volo. In rep. scio quād sollicitus esse soleas. Videō Messalam nostrum cōsulū per Interregem, sine iudicio: si per Dictatorem, tamen sine periculo, odiū nihil habet. Hortenſii calor multum valebit. Gabinii abſolutio, lex impunitati putatur. De Dictatore tamen actum adhuc nihil est. Pōpeius absit. Appius miscer. Hirtius parat. multi intercessores numerantur. populus nō curat. principes nolunt. ego quiesco. De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo: & sum equidem, vi scribis, & Roma, & in prædūs infrequens. Sed eae, amabo, quicquā, quod ad meum commodum attinçar, nō maximo tuo cōmodo, & maxima tua facultate mi frater cogitaris. De epistola Vatinii risi. sed me ab eo ita obſeruari scio, vt eius illa odia non sorbecam solū, sed etiam cōcoquam. Quod me hortaris vt absoluam, habeo absolutum suauis mihi quidem vt videtur, vnu ad Cæſarem, sed quāro locupletem tabellarium accipiat. quod ego natūtus, quid, si Cæſare Imperatore iter ex Gallia tutum non fuit: quid, si clementum bonum non haberem, deturbem ædificium: quod quidem cotidie mihi magis placet: in primisque inferior porticus, & eius conclauiā fuit recte. De Arcano, Cæſaris opus est, vel mērcurele etiā elegantioris alicuius: imagines enim istx, & palæstra, & piscina & nilus multorū Philo timorū est, nō Diphilorū, sed & ipsius adhibebimus, & insterimus & mādabimus. De Felicis testamēto tū magis quererere, si scias. Duas enim tabulas se putauit obſignare, in quibus in vniū firmissimum. Tenes vero lapsus est per errorē, & suum & Sicurū ſeruion obſignauit: quas noluit, eas obſignauit. nō ſuavit, nos modo valecamus. Ciceronē & vt rogas, amo, & vt meretur, & vt debeo. Dimitto autē à me, & vt à magistris ne abducam, & quōd mater Pomponia discedit, sine qua edacitatem pueri pertimeſco. sed sumus vna tamen val- de multum. Rescripsi ad omnia, mi suauissime & optime frater.

C I C E R O   O C T A V I A N O   S A L .

25

S I P E R tuas legiones mihi licitum fuisset, quz nomini meo, Populōque R. sunt ini-micissimz, venire in Senatū, corāmque de rep. disputare, fecissem: neque tam libenter, quād necessario. nulla enim remedia quz vulnerib⁹ adhibentur, tam faciunt dolorem, quād quād sunt salutaria. Sed quoniam cohortibus armatis circunſepus Senatus, nihil aliud vere potest decernere, nō timete (in Capitolio signa sunt, in vrbe milites vagantur, in Cāpo caſtra ponuntur, & Italia tota legionibus ad libertatem nostram conscriptis, ad ſeruūtē ad-dūtē, equitatūque exterarum nationum distinxerūt) cedam tibi in praesentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis, in quibus reuiviscentē ī libertate, deinde tur-fus oppreſſa, Senatus nihil confulitur, timer multa, afflentur omnia. Post etiam paulo tē-poribus ita postulantibus, cedam Vrbe, quam per me conſeruatam, vt effet libera, in ſeruūtē te videre non potero. Cedam vita, quz quāquā ſolicita eft, tamen ſi profutura eft reipub. bona ſpc posteritatis me consolatur, qua ſublata, non dubitanter occidam. atque ita cedam, vt fortuna iudicio meo, nō animus mihi defuile videatur. Illud vero, quod & praesentis do-loris eft iudicium, & præterit in iuriz testimonium & absentium ſenſus significatio, non

prætermittam, quin, quotiam coram id facere prohibeatur, absens pro sim. Siquidem mea sa  
 lus aut utilis recipitur, aut coniuncta certe publicæ saluti. Nam per deflum immortalium  
 fidem (niū forte frustra eos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret) pérque  
 fortunam P.R. (que quāquam nobis infesta est, fuit aliquando propitia, & ut ipso futura  
 est) quis tam expes humanitatis: quis huius vrbis nō omni, ae sedibus vīqueadeo est inimi  
 cus, ut ista aut dissimilare possit, aut non dolere: aut si nulla ratione publicis incommodis  
 mederi queat, non morte proprium periculum vitetur. Nam ut ordinar ab initio, & perducam  
 ad extreum, & nouissima conferam primis, quæ nō posterior dies acerbior priore, & quæ  
 non inseguens hora antecedente calamitosior P.R. illuxit: M. Antonius vir animi maximi  
 (vtinam etiam sapientis consilii fuisset) C. Cesare fortissime, sed parum feliciter à reip. do  
 minarijō scimoto, concipiuerat magis regium, quām libera ciuitas pati poterat, principa  
 tum. Publicam dilapidabat pecuniam, ætatum exhauebat, minuebat vecigalia, donabat  
 ciuitates, ex commentario Dictaturam gerebat, leges imponebat, prohibebat Dictatorem  
 creari legibus, s.c. ipse repugnabat in Senatu, prouincias vnu omnes concupiebat, cui for  
 debat Macedonia prouincia, quam victor sibi lumpferat Cesare, quid de hoc sperare aut ex  
 peccare nos oportebat? Extitisti tu vindictæ nostræ libertatis, ut tunc quidem optimus (quod  
 vtinam neque nostrar nos opinio, neque tua fides sefelliſſet) & veteranis in vnum conductis,  
 & duabus legionibus à pernicie patriz ad salutē auocatis, subito propè iam affectus ac pro  
 strata Rép. tuis opibus extulisti. Quæ tibi non ante quām postulares, maiora quām vel  
 les, plura quām sperares, detulit Senatus Dedit fasces, ut cū autoritate defensorē haberet,  
 non ut imperio se aduersum armaret. Appellauit Imperatorem hostium exercitu pulso, tri  
 buens honorem, non ut sua eæde cesus ille fugiens exercitus te nominaret Imperatorem.  
 Deereuit in foro statuam, locū in Senatu, summū honorem ante tempus. Siquid aliud est  
 quod dari possit, addat. Quid aliud est maius quod velis sumere? Sin autē supra ætate, supra  
 cōfuetudine, supra etiā mortalitatem tuā tibi luna omnia tributa, cur aut ut ingratus, ingra  
 tus crudeliter, aut immemor beneficij sui, scelerate circūscribis Senatum? Quo te misamus  
 à quibus reuertaris: contra quos armauimus: quibus arma cogitas inferrere: à quibus exercitu  
 abducis, & quos aduersus aciem struis? Cur hostis relinquitur: cuius hostis loco ponitur: cur  
 castra medio itinere longius aduersariorum castris, & proprius vrbem mouetur? O me nū  
 quam sapientem, & aliquando id quod non eram, fustra exultimatum: quantum te Popule  
 Romane de me fecellit opinio! O meam calamitosam ac præcipitem senectutem. O turpe  
 exæcta dementique ætate canitatem. Ego P.C. ad parricidium induxi, ego tempu. sefelli, ego  
 ipse Senatum sibi manus afferte coegi, cum te Iunonium puerum, & matris tuę partu au  
 reum esse dixi. At te fata patriz Pandem futurum prædicabant, qui vastares vrbem incen  
 dio, Italiam bello: qui castra in templis deorum immortalium, Senatum in castris habitu  
 tus es. O miseram & in breui tam celerem & tam variam reip. commutationem! Quis  
 nam tali futurus ingenio est, qui possit hac ita mandare literis, ut facta nō facta videantur  
 esse? Quis erit tanta animi facilitate, qui que verissime memoria propagata fuerint, non fa  
 bulæ similia sit exultimaturus? Cogita enim Antonium hostem iudicatum, ab eo circūscri  
 sum C o S.D E S. cundémque reip. parentem. Te profectum ad C o S. liberandum & hostē  
 opprimendum: hostē mque à te fugatum, & C o S. obsidione liberatum. Deinde paulo post  
 fugatum illum hostem accersitum tanquam cohæredem mortua rep. ad bona P.R. capi  
 cenda, C o S.D E S. rursum inclusum eo, vbi se nō moenibus sed fluminibus & móntibus tue  
 retur. Hæc quis conabitur exponere: quis credere audiet? Liceat semel impune peccare: sit  
 erranti medieina confessio. Verum enim dicam, vtinam te potius Antoni dominum non  
 expulsemus, quām hunc recuperemus. non quo vlla sit optanda seruitus: sed quia digni  
 tate domini minus turpis est fortuna serui. In duobus autem malis cum fugiendum ma  
 ius sit, ieiunius est eligendum. Ille ea tamen exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques. Ille  
 Consul prouinciam petebat: tu priuatus concipiueristi. Ille ad malorum salutem iudicia cō  
 stituebat, & leges cerebat: tu ad perniciem optimorum. Ille à sanguine & incendio seruorū  
 Capitolium tuebatur: tu cruento & flamma cuncta delere vis. Si qui dabat prouincias Cassio

& Brutis, & illis custodibus nominis nostri, regnabat: quid faciet qui vitam adimit: qui ex  
vibe eiisiebat, tyrannus erat: quem hunc vocemus, qui ne locum quidem reliquit exilio:  
Itaque siquid ille maiorum nostrorum sepulta reliquias sapient, si non vna cum corpo-  
re sensus omnis uno atque eodem consumptus est igni, quid illis interrogantibus quid a-  
gat nunc P. R. respodebit aliquis nostrum, qui proximus in illam aeternam domum decedet  
scribit aut quem accipient de suis posteris nunciu illi veteres Aphricani, Maximi, Pauli, Sci-  
piones: quid de sua patria audient, quam spoliis, triumphisque decorarunt: an esse quendam  
annos XIIII natum, cuius avus fuerit argentarius, ad stipulator pater, uterque vero precca-  
rium qualiter fecerit, sed alter usque ad senectutem vt non negaret, alter a pueritia, vt non  
posset non confiteri, cum agere, rapere temp. cu nullus virtus, nullus bello subactus & ad im-  
perium adiunctus prouincia, nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium, sed for-  
ma per dedecus pecuniam, & nomen nobile conseleratu impudicitie dedisset: veteres vul-  
neribus & zrate confectos Iulianos gladiatores, egenteis reliquias Caesaris ludi ad rude co-  
pulisser: quibus ille septus omnia miliceret, nulli parceret, sibi viueret. Qui tanquam in do-  
tali matrimonio temp. testamento legatam sibi obtinaret. Audiet duo Decii scriuire eos ci-  
uis, qui vt hostibus imperarent, viatoriz se deuouerunt. Audiet C. Marius impudico do-  
mino patere nos, qui ne militem quidem habere voluit nisi pudicum. Audiet Brutus cum  
populum, quem ipse primo, post progenies eius à Regibus liberauit, pro turpi stupro datum  
in feritutem. Quae quidem si nullo alio, me tamen intermuncio celeriter ad illos defer-  
tur. Nam si viuis ista subterfugere non potero, vna cum suis vitam simul fugere decreui.

# M. Tullii Ciceronis epistolarum ad

ATTICVM LIB. I.

CICERO ATTICO SAL.

**D**E TITIONIS nostræ (quam tibi summæ curæ esse scio) huiusmodi ratio est, quod adhuc conjectura prouideri possit. Præfatus vnuis P. Galba sine fuso ac fallaciis more maiorum. negatur: ut opinio est hominum, non aliena rationi nostræ fuit illius hæc præpropera prensatio. nā illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant. Ita quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebatur, plurimos nostros amicos inueniri. Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo rufus puerum cum his literis proficisci Cincus dicebat. In campo comitiis Tribunitiis ad x v i Kal. Sex. competitores qui certi esse videbatur, Galba & Antonius & Q. Cornificius. Puto te in hoc aut risuisse, aut ingemuisse, ut frontem ferias. Sunt qui etiam Cæsonium putent. Aquilium non arbitrabantur, qui denegat & jurauit mortuū, & illud suum regnum iudiciale opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie non liquere, certus erit competitor. De Aufidio & de Palicano non puto te expectare dum scribam. de iis qui nunc petunt, Cæsar certus putatur. Thermus cum Silano contendere existimatur, qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt, ut mihi videatur nō esse aduersari. Curium obducere: sed hoc præter me nemini videtur. Nostris rationibus maxime conduce videatur, Thermum fieri cum Cæsare. Nemo est enim ex iis qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur, propterea quod cutator est via Flaminia: quancū erit absoluta, sanè facile cum libenter nunc ceteri Consuli acciderim. Peritorū hæc est adhuc informata cogitatio. Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam: & fortasse, quoniam videtur in suffragiis multum posse Gallia (cum Romæ à iudiciis forū refixerit) excurremus mense Septembri Legati ad Pisonem, ut Ianuario reuertamur. Cum perfexero voluntates nobilium, scribam ad te. Cetera spero prolixa esse his duntaxat urbaniis competitoribus. Illam manum tu mihi cura ut praefles (quoniam proprius abes) Pompeii nostri amici: nega me ei iratus fore, si ad mea comitia nō venerit. Atque hæc huiusmodi sunt: sed est quod abs te mihi ignoscí peruelim. Cæcilius aunculus tuus, à P. Vatio cū magna pecunia fraudaretur, agere coepit cū eius fratre Canis, nō Satyro de iis rebus quas cū dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. Vnā agebat ceteri creditoris, in quibus erat Lucullus & P. Scipio, & is, quē putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius: verū hoc ridiculum est de magistro nunc cognoscere. Rogauit me Cæcilius ut adesse contra Satyru. dies fere nullus est quin hic Satyrus domū meam ventiret: obseruat L. Domitium maxime, me habet proximum: fuit & mihi & Q. fratri magno vñi in nostris petitionibus. Sane sum perturbatus cū ipsius Satyri familiaritate, tū Domitii, in quo vno maxime ambitio nostra niterit. Demonstrauit hæc Cæcilio: simul & illud ostendi, si ipse vnuis cum illo vno contendet, me ei satisfacturum fuisse. nunc in causa vniuersorum creditorum, hominum præfertim amplissimorum, qui sine eo quē Cæcilius suo nomine perhiberet, facile causam communem sustinerent, æquum esse, cum & officio meo consilere & tēpori. Durius accipere hoc mihi vñus est quam vellem, & quam homines belli solent: & postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit. Abs te peto ut mihi hoc ignoscas, & me existimes humanitate esse prohibatum ne cōtra amici summam existimationem miserrimo eius tempore venire, cum is omnia sua studia & officia in me contulerit. Quod si voles in me esse durior, ambitionem putabis mihi obstitisse. Ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendū esse.

P.L.

*Et ad te.* Vide etiam in quo cursu sumus, & quam omnes gratias non modo retinendas, verum etiam acquirendas putemus. Spero tibi me causam probasse. Cupio quidem certe. Hermathena tua valde me delectat, & posita ita belle est, ut totum gymnasium esse videatur. Multum re amamus. L. Julio Cesare, C. Martio Figulo et s. filio me austum scito, salua Terentia.

## CICERO ATTICO SAL.

AB SE te tanti nihil literarum. Ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. Hoc tempore Catilinam competitorum nostrum defendere cogitamus. Iudices habemus quos voluimus, summa accusatoris voluntate. Spero si absolutus erit, connictorem illum nobis fore in ratione petitionis: si aliter acciderit, humaniter feremus. Tuo aduentu nobis opus est maturo. Nam pro�us summa hominu est opinio, tuos familiares, nobiles homines, aduersarios honoris nostro fore: ad eorum voluntatem mihi cōciliandam, maximo te mihi vobis fore video. Quare Ianuario mense, ut constituiti, cura ut Romae sis. Autem tuam scito desiderio tui mortuam esse: & simul quod verita sit, ne Latine in officio non manerent, & in monte Albanum hostias non adducerent: eius tei consolationem ad te L. Saucium missurum esse arbitror. Nos hic te ad mensam Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missisnam ad me de eo nihil scripsi. Signa quz nobis curasti, ea sunt ad Caetam expozitos ea non vidimus: neque enim excundi Roma potest nobis fuit. misimus qui pro vectura solueret: et multum amamus, quod ea abs te diligenter paruoque curata sunt. Quod ad me sepe scripsi de nostro amico placando, feci, & expertus sum omnia, sed mirandum in modu est animo abalienato: quibus de suspicionibus eti audire te arbitror, tamet ex me cum veneris cognoscas. Sallustium praesente restituere in eius veterem griam non potui. Hoc ad te scripsi, quod is me accusare de te solebat: in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium nec tibi defuisse. Tuliolum C. Piloni L.F. Frugi despondimus.

## CICERO ATTICO SAL.

CREBRAS expectationes nobis tui cōmoues: nuper quidem cum iam te aduentare arbitramur, repente abs te in mensam Quinti. reiecti sumus. Nunc vero sentis (quod cōmodo tuo facere poteris) venias ad id tempus quod scribis, obieris Quinti fratris comitia: nos longo interculo visceris, Autilianam contiouersiam transfergeris. Hoc me etiam Peducus ut ad te scriberem admonuir: putamus enim vtile esse, te aliquando iam rem transigere: mea intercessio parata & est & fuit. Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transfigimus: cui cū sequi fuissemus, ramen multo maiorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia ceperimus. Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi granu est, & ornamentum academie proprium mez, quod & Hermes cōmune omnium, & Minerua singulare est eius gymnasii. Quare velim, ut scribis, ceteris quoque rebus quāplurimis eum locum ornes. Quz mihi antea signa misisti, ea nondum vidi, in Formiano sunt, quod ego nunc proficiisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Caetam, si quando abundare coepero, ornabo. Libros tuos cōserua, & noli desperare eos meos facere posse: quod si alloquer, supero Crassum diuitiis, arce omnium vicos & prata contemno.

## CICERO ATTICO SAL.

QVANTVM dolorem accepimus, & quanto fructu sim priuatus & forensi & domestico L. fratris nostri morte, in primis pro nostra cōsuetudine tu existimare potes: nam mihi omnia quz iucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant. Quare non dubito quin tibi quoque id molestemur si, cū & meo dolore mouere, & ipse omni virtute officioque ornari possim, tulque & sua sponte, & meo sermoni amante, affine, amicūque amiseris. Quod ad me scribis de forore tua, testis erit tibi ipsa, quanta mihi cura fuerit, ut Q. fratris animus in eam esset: is qui esse debet: quem cum eis offensiorem arbitrarer, eas literas ad eū misi, quibus & placarem ut fratrem, & monerem ut minorē, & obiurgarem ut errantem. Itaque ex iis quz postea sepe ab eo ad me scri

pea sunt, confido ita esse omnia ut & oporteat & velimus. De literarū missione sine causa abs te accusor: nunquam enim à Pomponia nostra certior sum factus, esse cui dare literas possem. Potò autem neque mihi accidit ut haberem qui in Epeirum proficisci ceterū, neque dum te Athenis esse audiebamus. De Autiliano autem negotio quod mihi mandaras, ut primum à tuo digressi Romam veni, confeceram: sed accidit ut & contentione nihil opus esset, & ut ego, qui in te satis consilii statuerim esse, mallem Peduceum tibi consilium per literas, quam me date. Etenim cum multos dies aures meas Autilio dedissim; cuius sermonis genus tibi notum esse arbitror, non mihi graue duxi scribere ad te de illius querimonius, cum eas audire (quod erat subodiōsum) lucē putarem. Sed abs teipso, qui me accusas, vnas mihi scito literas redditas esse, cum & orii ad scribendum plus, & facultatem dandi maiore habueris. Quod scribis, etiam siccius animus in te esset offendior, à me res colligi oportere, quid dicas: neque id neglexi, sed est miro quodam modo affectus. Ego autem quod dicenda fuerunt de te, non præteri. Quid autem contendendum esset, ex tua putabam voluntate statuere oportere: quam si ad me perficeris, intelliges me neque diligenter esse voluisse quam tu es, neque negligenter fore quam tu velis. De Tadiana re, mecum Tadius locutus est, te ita scripsisse, nihil esse iam quod laboraretur, quoniam hereditas visucepta esset. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua diciuntur esse puella, nihil visucepti posse. Epeiroticam emptionem gaudeo tibi placere. Quod tibi mandauī, & quod tu inelliges cōsentiri nostro Tusculano, velim ut scribis cures, quod sine molesta tua facere poteris: nam nos ex omnibus molestiis & laboribus uno illo in loco conquiscimus, quo fratrem cotidie expectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet, & te & fororem tuam & matrem maxime diligit, salutēque tibi plurimam acribit, & Tulliola delicię nostrę. Cura ut valeas, & nos ames; & tibi persuadeas te à me fraterne amari.

## CICERO ATTICO SAL.

4

NON committam posthac ut me accusare de epistolarum negligentia possis: tu modo video in tanto otio ut par mihi sis. Domum Rabrianam Neapolit, quam tu iam dimensam & exadjudicatam animo habebas, M. Fontius emi **MS CCC L CC C X X**. Id te sci-  
re volui, siquid forte ea res ad cogitationes tuas pertinerer. Q. Frater (ut mihi videtur) quo  
volumus animo est in Pomponiam, & cum ea nunc in Arpinatibus praediis erat, & secum  
habebat hominem **γραμματιστην**, D. Turrannū. Pater nobis deceperit ad **V IIII Kal. Decemb.**  
Hec habebam ferē quod te scire vellem. Tu velim, siqua ornamenta **μυρεσίδα** reperire pos-  
teris, quod loci sint eius quem tu non ignoras, ne prætermittas. Nos Tusculano ita delecta-  
musr, ut nobis metropolis tum denique, cum illo veniamus, placeamus. Quid agas omnibus de  
rebus, & quid acturus sis, fac nos quam diligenter certiores. Apud matrem recte est, ei-  
que nobis curz est.

L. Cincio **MS X X C D** constitui me curaturum. Id. Feb. Tu velim ea quod nobis emisse &  
parasse scribis, des operam ut quamprimum habeamus: & velim cogites (id quod mihi pol-  
licitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficerem possem. Omne spem delectationis  
nostrę, quā cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.

## CICERO ATTICO SAL.

5

A PVD te est ut volumus: mater tua & soror à me Quinto que fratre diligitur. Cū A-  
utilio sum locutus: si negar à suo procuratore quicquā scriptum esse, & miratur istam  
controversiam suisse, quod ille recularat: satiūdari amplius abs te nō petet. Quod te de Ta-  
diano negotio decidisse scribis, id ego Tadio & grāti esse intellexi & magnopere iucundū.  
Ille noster amicus, vir mehercule optimus, & mihi amicissimus, sancte tibi iratus est. hoc si  
quanti tu z̄stimes, sciam, tū quid mihi elaborandū sit scire possum. L. Cincio **MS C L CC**  
**CCC L CC C C C**, pro signis Megaricis, ut tu ad me scripleras, curau. Herma tui Pen-  
telici cum capitibus z̄ncis, de quibus ad me scripisti, iam nunc me admodum delectant:  
quare velim & eos, & signa, & cætera quae tibi eius loci & nostri studii & tuz elegantia  
esse videbuntur, quamplurima quamprimumque mittas, & maxime quae tibi gymnasii,

P.ū.

## Ad Atticum

xylique videbuntur esse,nam in eo genere sic studio esserimus,vt abs te adiuvandi, ab aliis prope reprehendendi sumus.Si Lentuli nauis non erit,quod tibi placebit,imponito.Tulliola delicioz nostrae tuum munuscum flagitar,& me vt sponforem appellat.Mi autem abjurare certius est,quam dependere.

## CICERO ATTICO SAL.

6

N I M I V M raro nobis abs te literæ afferuntur,cum & multo tu facilius reperias qui Roman proficiscantur,quam ego qui Athenas:& certius tibi sit,me esse Romæ,quam mihi te Athenis.Itaque propter hanc dubitationem meam brevior hac ipsa epistola est,quod cum incertus esset vbi esset,nolebam illum nostrum familiarem sermone in alienas manus deuenire.Signa Megarica & Hermas,de quibus ad me scripsi,vehementer expecto.Quiquid eiusdem generis habebis,dignum academia tibi quod videbitur,ne dubitaris mittere,& arcæ nostræ confidito.Genus hoc est voluptatis metræ,quæ *youthful* maxime sunt,ca quarto.Lentulus nauis suas pollicetur.Pero abs te vt hac diligenter cures.Chilius te rogar,& ego eius rogatu *equam mōs*,nisi *teum*.

## CICERO ATTICO SAL.

C V M essem in Tusculano(erit hoc tibi pro illo tuo,cum essem in Ceramic) Veruntamen cum ibi essem,Roma puer à forore tua missus epistolam mihi abs te allata dedit,nun-  
tiaueque eo ipso die post meridiem missuram eū,qui ad te proficisceretur:eo factum est vt epistola tuæ rescriberem aliquid,breuitate temporis tā pauca cogerer scribere.Primum ti-  
bi de nostro amico placando,aut etiā planè restituendo pollicor:quod ego,etsi mea sponte  
ante faciebam,co nunc tamē & agam studiosius,& cōtendam ab illo vehemētius,quod  
tantam ex epistola voluntatem cius rei tuam perspicere video.hoc te intelligere volo,per-  
grauerit illum esse offensum:sed quia nullam video graue subesse causam,magnopere con-  
fido illum fore in officio & in nostra potestate.Signa nostra & Hermeracras,vt scribis,cū  
commodissime poteris,velim imponas,& si quod aliud *āmōs* cius loci,quem non ignoras,  
reperies:& maxime,qua tibi palæstra gymnasiumque videbuntur esse,eternum ibi sedens hac  
ad te scribebam,vt me locus ipse admoneteret.Praeterea typos tibi mando,quos in techorio s  
atrioli possum includere,& putelia signifillata duo.Bibliothecam tuam caue cuiquā despon-  
deas,quāvis acrem amatorem inuenies:nam ego omnes meas vindemiolas ed referuo,vt  
illud iubiliū senectuti parem.De fratre cōfido ita esse,vt semper volui & elaborauim:mul-  
ta signa sunt cius rei non minū,quod soror prægnans est.Dc comitii meis,& tibi me  
permisisse memini,& ego iampridem hoc cōmuniibus amicis,qui te expectant,prædicto:te &  
nō modo nō arcessam,led prohibebo:quod intelligam multo magis interesse tua,te agere  
quod agendum est hoc tempore,quam mea,te adesse comitii.Proinde eo animo te velim  
esse,quali mei negotii causa in ista loca missus essem:sin autem eū & offendes erga te,& au-  
dies,quasi mihi siquaz parta erunt,nō modo te præsente,sed per te parta sint.Tulliola tibi  
diem dat,sponforem appellat.

## CICERO ATTICO SAL.

7

E T M E A sponte faciebam antea,& post duabus epistolis tuis perdiligenter in eādem  
rationē scriptis,magnopere sum cōmotus:eo accedebat hortator affidus Sallustius,vt a-  
gerem quādiligentissime cum Lucecio de vefra vetere gratia reconcilianda.Sed cū omnia  
fecissem,nō modo cam voluntatē eius quæ fuerat erga te,recuperare non potui,verum ne  
causam quidem elicer immutat̄ voluntatis.Tamen iactat ille quidem illud suum arbitriū,& ea quæ iam tum,cum aderas,offendere eius animū intelligebam:tamen habet quid-  
dam profectio quod magis in animo eius infederit:quod neque epistola tuæ,neque nostra  
legatio tam poref facile delere quām tu præfens.nō modo oratione,sed tuo vultu illo fa-  
miliari tolles:si modo tanti putaris id:quod si me audies,& si humanitati tuæ cōstare vo-  
les,certe putabis.Ac ne illud mirere,cur cum ego antea significare tibi per literas,me spe-  
rate illum in nostra potestate fore,nūc idem videar diffidere:incredibile est quāto mihi vi-  
deatur illius voluntas obtutior,& in hac iracundia affirmatior.Sed hæc aut sanabuntur  
cum veneris,aut ei molesta erunt,in vitro culpa erit.Quod in epistola tua scriptum erat,

me iam arbitrii designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Roma, quam candidatos omnibus iniquitatibus, nec quando futura sint comitia sciri; verum haec audies de Philadelpho. Tu velim quae academiz nostras parasti, quāprimum mittas: mire quā illius loci nō modo vius, sed etiā cogitatio delectat. Libros vero tuos cause cuiquā tradas: nobis eos quādāmodum scribis, conserva: summū me corum studiū tener, sicut odium iam ceterarum rerū: quas tu incredibile est quām breui reponere, quanto deteriores offensurus sis, quam reliquisti

Multa defun

Teucris illa lēnū fāne negotiū: neque Cornelius ad Terētiam postea reducō opinor ad Confidūm Axium Selicium confugiendum est: nā à Cæcilio propinquī minore centesimis nummū mouete non possunt. Sed ut ad prima illa redē: nihil ego illa impudentius, astutius, lēnū vidi. Libertū mitto, Tito mandaui ~~mō̄s~~ atque ~~ā̄s~~, sed nēcio an ~~taūm̄ p̄m̄~~ iā̄s: nam mihi Pōpeianī prodromi nūciant aperte Pōm̄ peium acturum, Antonio succedi oportet: eodemque tempore aget Prætor ad populum. Res eiusmodi est ut ego nec per bonorum, nec per popularem exitimationē honeste possum hominem defendere, nec mihi libeat, quod vel maximū est: etenim accidit hoc, quod totum cuiusmodi sit, mando tibi ut perspicias. Libertū ego habeo fāne nequam hominē, hilare dico ratiocinatorem & clientem tuum. De eo mihi Valerius interpres nuntiat, Chiliūque se audisse scribir hēc, esse hominem cū Antonio: Antoniū porrō in cogen-  
dis pecuniis dicitur, partem mihi queri: & me custodem communis quæstus libertum esse missum. Nō sum mediocriter cōmotus, neque tamen credidi, sed certe aliquid sermo-  
nis fuit: totum inuestiga, cognosce, perspice, & nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis  
locis amoue. Huius sermonis Valerius authorem Cn. Plaucium nominabat, mando tibi  
planū, totum ut videoas cuiusmodi sit. Postipsum nobis amicissimum constat esse. Djuor-  
tium Mutia vehementer probatur. P. Clodium Appii F. credo te audisse cum veste mulie-  
bri deprehensum domi C. Cesari, cum pro populo fieret, cūmque per manus servula fer-  
varum & educitū rem esse insigni infamia, quod te moleste ferre certe scio. Quid præterea  
ad te scribam, nō habeo, & mehercule eram in scribendo conturbatio. Nam puer festius  
, anagnostes noster Sofitheus deceperat, mēque plus, quām serui mors debere videbatur, cō-  
mouerat. Tu velim sāpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccā veneris scri-  
bito. Kal. Ian. M. Mellala & M. Pifone C O S S.

CICERO ATTICO SAL.

8

A C C E P I tuas tris iam epistolas: vnam à M. Cornelio, quam tribus tabernis (ut opī-  
nor) ei dedisti: alteram, quam mihi Caninus tuus hospe reddidit: tertiam quā (ut scribis)  
anchorā soluta de phæclo dedisti: quā fuerunt omnes rhetorū: pure loquuntur, cū huma-  
nitatis sparsz sale, tū insignes amoris notis. Quibus epistolis sum eisdē abs te lacessitus  
ad rescribendū: sed idcirco sum tardior, quod nō inuenio fidem tabellarii: quotus enim  
quisque est qui epistolā paulo grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionē reluerit. Acce-  
dit cō quod mihi non est notum ut quisque in Epeirū proficitur. Ego enim te arbitror  
cessis apud Amalechā tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectū: ne-  
que tamē idipsum certum habeo quando ad Antoniū proficiat, aut quid in Epeiro tē-  
poris ponas: ita neque Achaicis hominibus, neque Epeiroticis paulo libriores literas cō-  
mittere audeo. Sunt autē post discessum à me tuū res dignæ literis nostris, sed nō commi-  
tēdā eiusmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. Primum igitur sci-  
to, primum me non esse rogatū sententiā, præpositumque esse nobis pacificatorem Allo-  
brogū, idque admiraturante Senatu, neque me iniurio esse factū: sum enim & ab obseruan-  
do homine peruerso liber, & ad dignitatem in rep. retinendam contra illius voluntatē solu-  
latus. & ille secundus in dicendo locus habet autoritatem penē principis, & voluntatē non  
minus deuinstanti beneficio C O S. tertius est Catulus, quartus (si etiam hoc quartus) Hor-  
tensius. C O S. antem ipse partuo animo & prauo, tamē cauillator gener illo moroso, quod  
etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quām facetus ridiculus, nihil agens in repub. se-  
junctus ab optimatibus, à quo nihil sp̄ces boni reip. quia non vult: nihil sp̄ces mali, quia

non vider. Eius autē Collega & in me perhonorisficus, & partiū studiosus, ac defensor bo-  
narum: quin nunc leuiter inter se disident: sed vereor ne hoc quod infectū est, serpat longius. Credo enim te audisse, cū apud Czsarem pro populo fieret, venisse ēd muliebri vestitu virum, idque sacrificiū cum Virgines instaurassent, mentionem à Q. Cornificio in Senatu factam: is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes. postea rē ex s.c. ad Virgines atque ad Pontifices relatam: idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex s.c. Consules ro-  
gationē promulgasse: vxori Czsarem nuntiū remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clo-  
dii duxit operam, dat, vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex s.c., & de religione, antiqua-  
tur. Messala vehementer adhuc agit seuereboni viri precibus Clodii remouentur à causa.  
operae comparantur: nos inscripsi qui Lycurgei à principio fuissimus, cotidie demitigamus.  
instat & vrger Caro. Quid multa: vereor ne haec iniecta à bonis, defensa ab improbis, ma-  
gnorii reipub. malorū causa sit: tuus autem ille amicus, (sic' quem dicāt) de quo tu ad me  
scripsi, posteaquā non auderet reprehendere, laudare coepisse: nos (vt ostendit) admodum  
diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occule (sed ira vt perspicuū sit) inuidet, nihil co-  
me, nihil simplex, nihil ~~et~~, nihil honestū, nihil illustrē, nihil forte, nihil liberū.  
Sed haec ad te scribam alias subtilius: nā neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terz  
filio nescio cui, cōmittere epistolam tantis de rebus non audeo. Provincias Prætores nō-  
dum fortisi sunt, res codem et loci quo reliquisti. ~~remolum~~ quā postulas Miseni & Puteo-  
lorū includam orationi mez, ad iiii. Non. Decemb. mendo cū fulle animaduerterā. Quæ  
laudas ex orationibus (mīhi crede) valde mihi placebant, sed non audebam antea dicere:  
nūc vero, quod à te probata sunt, multo mihi ~~etiam~~ videntur. In illam orationē Metelli,  
nam addidi quedā: liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri ~~etiam~~ reddit. Noui tibi  
quidnam scribam: quid dīctiā: Messala c o s. Antronianam domum emisit c x x x v i i.  
Quid id ad me, inquit: tantum, quod ea emptione & nos bene emisse iudicati sumus: &  
homines intelligere cooperunt, licet amicorum facultatibus in emendo ad dignitatē ali-  
quam peruenire. Te uiris illa lentum negotium est, sed tamen est in spe. Tu ista confice: à  
nobis liberiorem epistolam expecta. V. I. Kal. Febr. M. Messala & M. Pifone c o s s.

## CICERO ATTICO SAL.

VEREOR ne putidum sit, scribere ad te quā sim occupatus: sed tamē distinebar, vt  
huic vix tantulæ epistole rēpus habuerim, atque id crepū ē summis occupationibus. Pri-  
ma concio Pompei qualis fuisset, scripsi ad te anteā, nō iucunda misericordia, inanis improbis,  
beatiss nō grata, bonis non grauis: itaque frigebat: tū Pisonis c o s. impulsu leuissimum Tr.  
Pl. I. Fuius in concessionē produxit Pompeium. Res agebatur in Circo Flaminio: erat in  
eo ipso loco illo die mundinari ~~multos~~, quæsivit ex eo, Placerētne ei iudices à Prætori le-  
gi, quo cōsilio idem Prætor vteretur: id autē erat de Clodiana religione ab Senatu confi-  
rūtum Pōpeius ~~multos~~ ~~etiam~~ locutus est, Senatusq[ue] authoritatē sibi omnibus in  
rebus maximam videri, semperque vīsam esse respondit, & id multis verbis. Postea Messala  
c o s. in Senatu de Pōpeio quæsivit quid de religione & de promulgata rogatione fenti-  
re. Locutus ita est in Senatu, vt omnia illius ordinis consulta ~~etiam~~ laudaret: mihi que, vt  
affedit, dixit se putare satis ab se etiā de iis rebus esse responsum. Crassus posteaqua vidit  
illū excepsisse laudē ex eo quod his suspicentur homines ei Consulatū meū placere, surre-  
xit, oenatissimumq[ue] de meo Cōsulatu locutus est: vt ita diceret, se quod esset Senator, quod  
ciuius, quod liber, quod viueret, mihi acceptū referre: quoties coniugem, quoties domū, quo-  
ties partiū videret, toties se beneficium meū videre. Quid multa: totum hunc locum, quem  
ego varie meis orationibus, quarū tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de fero (no  
strillas ~~etiam~~) valde grauior pertexxit. Proximus Pōpeio fodebam: intellexi hominē mo-  
ueri, vt rū Crassum inire cam gratiam quā ipse prætermisisset, an esse tātas res noſtras quæ  
tam libenti Senatu laudarentur: ab eo præfertim qui mihi laudem illam eo minus debet, &  
quod in omnibus literis in Pōpeiana laude præfertus esset. Hic dies me valde Crassū ad-  
iunxit: & tamen ab illo aperte, recte quicquid est datū, libenter accepi. Ego autem ipse dii  
boni quomodo ~~etiam~~ ~~etiam~~ nouo auditori Pōpeiano vnquā mihi ~~welab~~, si ~~magis~~, si ~~etiam~~

Suppossum, si ~~etiam~~ ~~etiam~~ suppedauerunt illo tempore. Quid multa clamores (et enim haec erat iniunctio, de grauitate ordinis, de equestris concordia, de consensione Italiz, de immortuis reliquis coniurationis, de utilitate, de otione: non ita in hac materia sonitus nostros) tanti fuerunt, ut ego eo brevior sum, quod eos usque istinc exauditos putem. Romanorum autem se res sic habebit, Senatus ~~etiam~~ ~~etiam~~, nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. Nam cum dies venif-  
set rogationi ex s.c. ferendis, cōcurfabant barbatuli iumentis, totus ille grec Catilina duce filiola Curionis, & populum ut antiquaret rogabant. Piso autem Cōsul, latere rogationis, idem erat diffusus: opera Clodiane pontis occuparāt, tabellae ministrabantur, ita ut nulla daretur, ut ~~etiam~~ Rogas. Hic tibi rostra Cato aduolat, cōnīcūm Pisoni Consuli mirificū facit, si id est cōnīcūm, vox plena grauitatis, plena authoritatis, plena denique salutis. Accedit ecclē etiā noster Hortensius, multi præterea boni: insignis vero opera Fauonii fuit. Hoc concursu optimatum comitia dimittuntur: Senatus vocatur: cum decerneretur frequenter Se-  
natū, contrā pugnante Pisonem, ad pedes omnium figuratim accidente Clodio, ut Consules populū cohortarentur ad rogationē accipiendā, homines ad x v Curioni nullum s.c. fa-  
cienti assenserunt. Ex altera parte facile C C C fuerunt. acta res est. Fusius tertium cōcef-  
fit. Clodius cōciones miseris habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messa-  
lam Consulem cōtumeliose laudebat: me tantū compensis omnia criminabatur. Senatus  
& de prouinciis Praetorum, & de legationibus, & de cæteris rebus decernebat, ut antequam rogatio lata esset nequid ageretur. Habes res Romanas: sed tamen etiā illud quod nō spe-  
raram, audi. Messala Cōsul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. Ille alter uno minus virtus vitiosius, quod iners, quod somni plenus, quod imperi-  
tus, quod ~~etiam~~ ~~etiam~~, fed voluntate: ita ~~etiam~~, ut Pompeius post illam concessionē in qua ab  
eo Senatus laudatus est, odire coopererit. Itaque mirū in modum omnes à se bonos alienauit;  
neque id magis amicitia Clodii adductus fecit quām studio perditari rerum atque partiū;  
sed habet sui familem in magnitudoibus, præter Fusium, neminem. Bonis vrimur Trib. pl.  
Corinuto vero Pseudocatone. Quid queris? nūc ut ad priuata redam? ~~etiam~~ promissa pa-  
tria traxit, tu mandata effice quæ receperisti. Q. Frater, qui Argiletani cōdificii reliquum dodrā-  
tem emit ~~etiam~~ D C C X V, Tusculanum venditat, ut si possit, emat Pacilianam domum.  
Cum Luceo in gratiam redi, videro hominē, valde petitur, renouabo operam. Tu quid  
agas, vbi sis, cuiusmodi ista res sunt, fac me quam diligenter certiorem. Idib. Febr.

CICERO ATTICO 5.

10

ASIAM Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti: nō enim dubito quin celerius tibi  
hoc rumor, quām villius nostrū literæ nunciarint. Nunc quoniā & laudis audidissimi seni  
per suūmūs, & præter ceteros ~~etiam~~ ~~etiam~~ & sumus & habemur, & multorum odia atque ini-  
micitias reip. causa suscepimus, ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~: curaque effice ut ab omnibus & lau-  
demur & amenur. His de rebus plura ad te in ea epistola scribam quam ipsi Quinto da-  
bo. Tu me velim certiorem facias quid de meis mādatis egeris: atque etiā quid de tuo ne-  
gocio. Nam ut Brundisio profectus es, nullæ mihi abs te sunt redditæ literæ. Valde aueo  
lece quid agas. Id. Mart.

CICERO ATTICO 5.

11

Q. V. AERIS ex me quid acciderit de iudicio quod tam præter opinionem omnium fa-  
ctum sit: & simul vis scire quomodo ego minus quam solea præliatus sim. Respōdebo tibi  
~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~. Ego enim quādiū Senatus authoritas mihi defendēta fuit, sic acriter  
& vehementer præliatus sum, ut clamor cōcurrūque maxima cū mea laude fierent. quod  
si tibi vñquā sum viuis in rep. fortis, certe me in illa causa admiratus es. Cū enim ille ad  
cōciones configiſſet, in hisque meo nomine ad inuidiā vteretur, dii immortales, quas ego  
pugnas & quantas strages edidi! Quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totā illam ma-  
num feci! Quomodo sum insectatus leuitate senum, libidinem iuuentutis! Sepe, ita dii  
iuvant, te nō solum authorem consiliorū meorum, verum etiam spectatorem pugnarum  
& mirificarum defyderau. Postea vero quām Hortensius excogitauit ut legem de religione  
Fusius Trib. pl. ferret, in qua nihil aliud à Consulāti rogatione differebat, nisi iudicium

P.iii.

genus(in eo autem erant omnia) pugnauitque vt ita fieret, quod & sibi & aliis persuaseret nullis illum iudicibus effugere posse, cōtraxi vela, perspiciens inopiam iudicū: neque dixi quicquā pro testimonio, nūl quod erat ita notum atque testatum vt non possem præterire. Itaque si causam queris absolutionis, vt iā ~~rebus~~ <sup>rebus</sup> reuertar, egestas iudicū fuit & turpitudo: id autem vt accidiceret, cōfīlūm est Hortensii cōsilio, qui dum veritus est ne Fufius ei legi intercederet quē ex s.c. cerebatur, non vidit illud satius esse illum in infamia relinqui ac sordibus, quām infirmo iudicio cōmerti: sed ductus odio properauit rem deducere in iudicium, cum illum plumbico gladio iugulatum iri tamen diceret. Sed iudicium si queris quale fuerit, incredibili exitu: sic vt nunc ex cœntu ab aliis, à me tamē ex ipso initio consilium Hortensiū reprehēdatur. Nam vt reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator tanquam censor bonus homines nequissimos reuiceret, reus tāquam clemens lanista frugalissimum quenque feceretur: vt primum iudices cōsidererent, valde diffidere boni cōperunt: non enim vñquam turpior in ludo talario conselus fuit. maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni nō tam erati, quām vt appellantur erati: pauci tamē boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui mocti inter sui dissimiles & inerentes sedebant, & cōtagione turpitudinis vehementer permouebantur. Hic vt quæque res ad consilium primitis postulationibus referrebatur, incredibilis erat seueritas nulla varietate sententiariū: nihil imperatar reus, plus accusatori dabatur quām postulabat, triūphabat (quid quæris?) Hortensius, sc̄e vidisse tātum. Nemo erat qui illum reum, a nō nullis condemnatum arbitratuerat: me vero teste producō, credo te ex acclamacione Clodii aduocatorum audisse quē cōsūrectio iudicū facta sit, vt me circumsternerint, vt aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostenterint, quā mihi res multo honorificentior vis̄a est, quām aut illa cū iurare tui ciues Xenocratē testimonium dicentem prohibuerūt, aut cum tabulas Metelli Numidici, cum hz (vt mos est) circunferrentur, nostri iudices alpicere noluerunt. multo hz inquā nostra res maior. Itaque iudicū vocibus (cum ego sic ab his vt salus patriz defenderet) fractus reus, & vñl patroni omnes conciderūt: ad me autem eadem frequentia postridie conuenit, quā cū abiens Consulatu sum domum redactus. Clamare præclarī Ariopagitē se nō esse venturos, nisi præsidio cōstituto: refertur ad cōfīlū, vna sola sententia præsidū non desideraurit. defertur res ad Senatū, grauissime ornatisimēque decernitur: laudantur Iudices, datur negotiū magistris: responsū hominem nemo arbitrabatur. ~~laudatū nō p̄t p̄t p̄t~~, ~~et nō dī p̄t p̄t~~, ~~et nō dī p̄t p̄t~~. Nofti Caluum ex Nāneianis illum, illum laudarorem meū, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripsoram: biduo per vnum seruū & cum ex gladiatorio ludo cōfecit rotum negotiū: accessuit ad sc̄e, promisit, intercessit, dedit. Iā vero, ô Dī boni, rem perdīram, etiā noctes certarum mulierū atque adolescentiū nobilium introductio- nes nōnullis iudicibus pro mercede cumulo fuerunt. Ita summo dāceſſu bonorum, pleno foce seruorum, x x Iudices ita fortes tamē fuerunt, vt summo proposito periculo vd peri re maluerint, quām perdere omnia. x x x fuerunt quos famē magis quām fama cōmouerit. Quorū Catulus cum vidisset quēdam, Quid vos, inquit, præfidū vobis postulabatis: an ne numimi vobis eriperetur, timebat. Habes, vt breuissime potui, genus iudicū & causam absolutionis. Quæris deinceps qui nūc sit status rerū, & qui meus. Recip. statū illum, quē tu meo consilio, ego diuino confirmatum putabam, qui bonorum omnium cōiunctio- ne & autoritate Consularū mei fixus & fundatus videbatur, nūl quis nos deus respexerit, clapsum sc̄ito esse de manib⁹ vno hoc iudicū: si iudicū est triginta homines populi R. leuissimos ac nequissimos numerū accepis ius ac fas omne detere, & quod omnes nō modo homines, verum etiā pocules factū esse sciant, id Tahnū & Plautū & Spongiā & ceteras huiusmodi quifquiliā statuerūt nūquām esse factū. Sed tamen, vt de rep. cōsololer, nō ita vt sperarunt mali, tanto imposito recip. vulnere, alacris exultat improbitas in victoria. Nā plane ita putauerunt, cū religio, cum pudicitia, cū iudiciorū fides, cū Senatus au- thontas concidisset, fore vt aperte vītrix nequitia ac libido poteras ab optimo quoque pe- teret sui doloris, quem improbissimo cuique inuaserat seueritas Consulatus mei. Idem ego ille(non enim mihi videor insolenter gloriarī, cū de me apud te loquor in ea præfertum

epistola quam nolo aliis legi idem inquam ego recreavi afflictos animos bonorum, vnum-  
 quenque confirmans, excitans: insectandis vero exigitatisque nummatris iudicibus om-  
 nem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriz ~~magistris~~ eripui. Pisonem Cōsulem nul-  
 la in re confidere vñquam sum passus: deponam homini iam Syriam ademi: Senatum ad  
 pristinam suam seueritatem reuocauit, atque abieictum excitaui. Clodium p̄fētētē fregi  
 in Senatu cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione huiusmodi, ex  
 qua licet pauca degustes: nam cetera non possunt habere neque vim, neque venustatem, re-  
 moto illo studio contentionis quem ~~in~~ vos appellatis. Nam ut Id. Mai. in Senatum cō-  
 uenimus, rogatus ego sententiam, multa dixi de lumina rep. atque ille locus inductus à me  
 est diuininus. Ne vna plaga accepta P. C. conciderent, ne deficerent: vulnus esse cūsmodi,  
 quod mihi nec dissimilandum, nec pertineſcendum videretur, ne aut ignorantando stultissi-  
 mi iudicaretur. Bis absolutum esse Lenthalum, bis Catilinam, hunc tertium iam esse à iudi-  
 cibus in tempū. immisum. Erras Clodi, non te iudices virbi, sed carceri reuertantur: neque  
 te retinere in ciuitate, sed exilio priuare voluerunt. Quānobrem P. C. erigite animos, reti-  
 nente vestram dignitatem, manet illa in repub. bonorum consensio, dolor accessit bonis vi-  
 ris, virtus non est imminuta, nihil est damni factum nouis: sed quod erat, inuentum est in v-  
 niis hominis perditis iudicio: plures similes reperi sunt, sed quid agopē orationem in e-  
 p̄stolam inclusi. Redeo ad alterationē, surgit pulchellus puer, obicit mīhi me ad Baas  
 uisse. Falsum: sed tamen Quid huic simile est, inquam: dicas quasi in opero fuisse. Quid, in-  
 quir, homini Arpinari cum aquis calidis? Narra inquam patrono tuo, qui Arpinate aquas  
 concupiuit: nōli enim Marinas. Quousque, inquit, hunc Regem ferentis: Regem appellas  
 inquam, cum Rex tui mentionem nullam fecerit: ille autem Regis hereditatem spe deuo-  
 rarat. Domum, inquit, emisti. Putas, inquam, dicere iudices, emisti? Iuranti, inquir, tibi non  
 crediderunt. Mihi vero inquam x x iudices crediderunt. x x x, quoniam nummos ante  
 acceperunt, tibi nil crediderunt. Magnis clamoribus afflictus conticuit & concidit. Noster  
 autem status est hic: apud bonos iūdem sumus quos reliquisti: apud fortem virbis & faciem,  
 multo melius nunc quām reliquisti: nam & illud nobis non obest, videri nostrum testimo-  
 nium non valuisse: nullus est sanguis inuidis sine dolore: atque etiam hoc magis, quād o-  
 nnes illi fautores illius flagitiū rem manifestam illam redemptam esse à iudicibus confiten-  
 tur. Accedit illud, quād illa cōcionalis hirundo zēraria, misera & ieuna plebecula, me ab hoc  
 Magno vnicē diligē putat: & Hercule multa & iucunda consuetudine coniuncti inter nos  
 sumus, vñque eo vt nostri illi cōmissariates coniuratiōnis barbanuli iuuenes illum in sermo-  
 nibus Cn. Ciceronem appellant. Iraque & ludis & gladiatoriis mirandas ~~in~~ fine  
 villa paſtoria fistula auferemus. Nunc est expectatio in Comitiorū, in qua omnibus in-  
 uinis trudit noster Magnus Auli F. atque in eo neque autoritate neque gratia pugnat,  
 sed quibus Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in que modo adellus onus  
 auro posset ascendere. Cōſul autem ille deterioris histrionis similiſſime ſuceptissime negotium di-  
 citur, & domi diuifores habere, quod ego nō credo: sed s. c. duo iam facta sunt odiosā,  
 quād in Consulē facta purantur, Catone & Domitio poſtulātē, vnum, Ut apud magiſtra-  
 tus inqui licet: alterum, Cuiusmodi diuifores habentur aduersus rempu. Lurco autem  
 Trib. ple. qui magistratum simul cum lege AElia iniit, solitus est & AElia & Fusia, vt le-  
 gem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio Claudius homo promulgauit. Ita comitia  
 in ad 11. Kal. Sex. dilata sunt. Noni est in lege hoc, Ut qui nummos in tribu pronuntiaris,  
 si non dederit, impune sit: si dederit, vt quoad viuat singulis tribubus 100000 debeat.  
 Dixi hanc legem P. Clodium iam anteſeruasse: pronuntiare enim ſolitum eſſe & non da-  
 re. Sed heus tuuideſſe Consulatum illum nostrum, quem Curio antea ~~in~~ vocabat,  
 si hic factus erit, fabam minūm futurum? Quare, vt opinor, ~~eu~~ in ~~eu~~, id quod tu facis: &  
 istos Consulatus, non floſſa tecon: Quid ad me ſcribis, te in Asia statuisse non ire, equi-  
 dem mallem vt ires: ac veror, nequid in ita re minus commode fiat: sed tamen non po-  
 ſum reprehendere consilium tuum, p̄fētētē cum egomet in prouinciam non ſim profe-  
 c̄tus. Epigrāmatis tuis quis in Amalcheo poſuisti, contenti erimus, p̄fētētē cum & Chi-

## Ad Atticum

luis nos reliquerit, & Archias nihil de me scripsit: ac vereor ne Lucullus, quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Antonio, tuo nomine gratias tibi, tamque epistolam Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebat idoneum cui darem, nec satis sciebam quid darem. Vale, te venditau, Cincius siquid ad me tui negotii detulerit, suscipiam: sed nunc magis in suo est occupatus, in quo ego ei non defum. Tu, si vno in loco es futurus, crebras a nobis literas expecta: ast plures etiam ipse mittito. Velim ad me scribas cuiusmodi sit *quaestio tuum*, quo ornatu, qua *modis*: & qua *poemata*, quæque historias de *quaestione* habes, ad me mittas. Huber mihi facere in Arpinati. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam: nihil erat absoluti.

CICERO ATTICO SAL.

12

MAGNA mihi varietas voluntatis & diffimilitudo opinionis ac iudicij Q. fratri mei demonstrata est ex literis tuis, in quibus ad me epistolam illius exempla misisti. Quia ex re & molesta sum tanta affectus, quantum mihi meus amor sumimus erga utrumque vestrum affecte debuit: & admiratione, quidnam accidisset quod affectet Q. fratri meo aut offenditionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis: atque illud à me iam, antè intelligebar, quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari videbam, subesse desio quid opinionis incommoda, lauciunque eius animū, & insedisse quasdam odiosas suspicções: quibus ego mederi cū cuperem & anteā sape, & vehementius etiam post sortitionē Provincie, nec tantū intelligebā ei esse offenditionis quantū literæ tuæ declarat, nec tantū proficiebā quantū volebam. Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod nō dubitabā quin te ille aut Dyrrahachii, aut in istis locis vspiciat visurus esset: quod cum accidisset, confidebam ac mihi perfuerat fore vt omnia placentur inter vos, non modo ferme ac disputatione, sed aspectu ipso, congrueſſe vestro. nam quanta sit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quām mollis animus ad accipendam & ad deponendam offenditionē, nihil attrinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Sed accidit perincōmodo, quod cum nūquam vidisti, Valuit enim plus quod erat illi nonnullorū artificis inculcatum, quām aut officium, aut necessitudo, aut amor vester ille pristinus, qui plurimum valere debuit. Atque huius incommodi culpa vbi refidet, facilius possum existimare, quām scribere vereor enim ne, dum defendam meos, non parcam tuis. Nam sic intelligo, vt nihil à domestici vulnere factū sit, illud quidem quod erat, eos certe sanare potuisse. Sed huiusc rei totius yictum, quod aliquanto citram latius pater quām videtur, præsentē tibi cōmodius expōna. De his literis quas ad te Thessalonica misit, & de sermonibus quos ab illo & Romæ apud amicos tuos, & in itinere habitos putas, & quid tantum causit sit, ignoror: sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius leuande molestie. Nam si ita statueris, & iritabilis animos esse optimorum sape hominum, & eosdem placabilis: & esse hanc agilitatem (vt ita dicam) mollietissimę naturę plerunque bonitati: & id quod caput est, nobis inter nos nostra, sive incommoda, sive vita, sive iniurias esse tolerandas: facile hac quemadmodum spatio mitigabuntur. Quod ego, vt facias, te oro: nam ad me, qui te vñice diligo, maxime pertinet, neminem esse meorum qui aut te non amet, aut abs te non amerit. Illa pars epistolæ tuæ minime fuit necessaria, in qua exponis quas facultates aut prouincialium aut urbaniū commodorum & alii temporibus & me ipso Consule prætermiseris, mihi enim perspecta est integritas & magnitudo animi tui: neque ego inter me atque te quicquam interesse vñquam duxi præter voluntatem institutæ vita: quod me ambitio quedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. Vera quidem laude probitatis, diligentis, religiosis neque me tibi, neque quicquam antepono: amoris vero erga me, cum à fraterno amore domesticoque discelli, tibi primas defero. Vidi enim, vidi, penitusque perfeci in meis variis temporibus & solitudines & latitias tuas. Fuit mihi sape & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Quin mihi nunc te absente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maxime deceat. Quid dicam in publica requo in genere mihi negligenti esse non licet: an,

in forensi labore, quem antea propter ambitionem sustinebam, nunc ut dignitatem tueri gratia possum: in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego cum antea, tum vero post discessum fratris, te, sermoneque nostros defydero: Postremo non labor meus, non requies, non negotium, non otium, non forenses res, non domesticæ, non priuatae carere diutius tuo suauissimo atque amantissimo cōsilio ac sermone possum: Atque harum rerum commemorationem verecundia sape impediuit veriusque nostrum: nunc autem ea fuit necessaria propter eam partem epistolæ tuæ, per quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse voluisti. Atque in ista incommoditate alienati illius animi & offensæ, illud inest tamen commodi, quod & mihi & ceteris amicis tuis nota fuit & abs te aliquando testificata tua voluntas omittendæ prouincia: vt quod vñā non estis, non diffensione ac dissidio vestro, sed voluntate ac iudicio tuo factum esse videatur. Quare & illa quæ violata, expiabuntur: & hec nostra, quæ sunt sanctissime conseruata, suam religionem obtinebunt: Nos hic in repub. infirma, misera, cōsultabilique versamur: credo enim te audisse nostros Equites pene à Senatu esse disiunctos: qui primum illud valde grauiter tulerunt, promulgatum ex S.C. fuisse, Vt de iis qui ob iudicandum pecuniam accepissent, quæreretur. Quia in re decernenda cum ego calu non affuisem, sensimque id equestrem ordinem ferre moleste, neque aperte dicere, obiurgauit Senatum, vt mihi viuis sum, summa cum autoritate & in causa non verecunda, admodum grauis & copiosus fui. Ecce alia delicia Equitum vix ferendæ, quæ ego non solum tuli, sed etiam ornaui. Asiani qui de Censoribus conduxerunt, quæc sunt in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt. Ego princeps in adiutoribus, atque adeo secundus: nam, vt illi auderent hoc postulare, Crallus eos impulit. Inuidiosa tes, turpis postulatio & confessio temeritatis: summum erat periculum ne si nihil impearerent, planè alienarentur à Senatu. Huic quoque rei subuentum est maxime à nobis, perfectumque vt frequentissimo Senatu & libentissimo vterentur, multaque à me de ordinum dignitate, & concordia dicta sunt Kal. Decemb. & postridie: neque adhuc res confecta est, sed voluntas Senatus perspecta. Vnus enim contradixerat Merellus Cos. Delig. Qui erat dicturus (ad quem propter dici breuitatem peruentum non est) Heros, ille noster Caro. Sic ego conseruans rationem institutionemque nostram, tucor vt possum illam à me conglutinatam concordiam. Sed tamen, quoniam ista sunt tam infirma, munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta, vt spero, via, quam tibi literis satis explicare non possum, significatione parua ostendam tamen. Vtor Pompeo familiarissime: video quid dicas: cauebo quæ sunt cauenda, ac scribam alijs ad te de meis consiliis capessendæ repub. plura. Luecium scito Consulatum habere in animo statim petere: duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Atrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pilonem posse cōiungi. Ridet: Non sunt hec ridicula, mihi crede. Quid aliud scribam ad te quid multa sunt: sed in aliud tempus expectare velis: cures vt sciām. Iam illud modeste rogo quod maxime cupio, vt quamprimum venias. Non. Decemb.

## CICERO ATTICO SAL.

13

N I H I L mihi nunc scito tam deesse, quam hominem cum quocum omnia quæ me cura aliqua afficiunt, vñā communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego conloquar, nihil fingam, nihil dissimilem, nihil obtegam: abest enim Frater ~~et amans~~ & amantissimus Metellus, non homo, sed littus atque aer & solitudo mea. Tu autem qui sapissime curam & angorem animi mei sermone & consilio leuasti tuo, qui mihi & in publica resocius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium meorum sermonum & cōsiliorum particeps es: soles, vbinam es: Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requies habeam, quantum cum vxore & filiola & mellito Cicerone consumitur. Nam illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. Itaque cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad fotum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus quicum aut iocari libere, aut suspirare familiariter possumus. Quare te expectamus, te desideramus, te

iam etiam arcessimus. Multa enim quæ me sollicitant, angustaque: mihi videor aureis natus tuas, vnius ambulationis sermone exhaustire posse. Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos omnes, & scrupulos occultabo, neque ego huic epistolæ atque ignoto tam bellario committam: atque hi (nolo enim te permoueri) non sunt per molesti, sed tamen insident & vrgent, & nullius amantis consilio aut sermone requiescunt. In rep. vero quam animus est præfens, tamen voluntas etiam atque etiam ipsa me deficit. Nam (vt ea breuiter quæ post tuum discessum acta sunt, colligam) iam exclaims necesse est res Romanas diutius stare non posse. Etenim post profectionem tuam primus (vt opinor) introitus fuit in causam fabulæ Clodianæ: in qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecande libidinis & coercende inuentus, vñemens fui, & omnis profudi vires animi atque ingenii mei: non odio adductus alicuius, sed animo corruganda, & sananda ciuitatis. Afflcta respub. est empto stupratoque iudicio. Vide quæ sint postea consecuta. Consul est impositus nobis is, quem nemo præter nos philosophos a sapientia sine sulphurio posset. quantum hoc vulnus, factio s. c. de ambitu, de iudicis nulla lex perlata, exagitatus Senatus, alienati Equites R. quod erat quidem ob rem iudicandam, sic ille annus duo firmamenta reipub. per me unum constituta euerit: nam & Senatus autoritatem abiecit, & ordinum concordiam disunxit. Ipsa hic nunc ille annus egregius: eius initium eiusmodi fuit, ut anniueraria sacra inuentus non committerentur. Nam M. Luculli vxorem Mémius suis sacris initiauit. Menelaus agre id passus diuortium fecit: quanquam ille pastor Idæus Menelaum solum contempserit: hic noſter Paris tam Menelaum quām Agamemnonē liberum nō putauit. Est autem C. Herennius quidam Trib. pl. quem tu fortasse ne nosti quidem, tametsi potes noste: tribulis enim tuus est, & Sextus parer eius nummos vobis dividere solebat. Is ad plebem Publum Clodium traducit, idemque fuit vt Vniuersus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. Hunc ego accepi in Senatu, vt folco: sed nihil est illo homine lentiſſus. Metellus est Consul egregius, & nos amat: sed immunit authoritatē suam, quodd habet, vt dicit, causam promulgatam. Illud idem de Clodio. A. autem Filius, & dum immortales, quām ignauus ac sine animo miles: quām dignus qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum cotidie præbeat! Agraria autem promulgata est à Flavio sanè leuis, eadem fere qua fuit Plotia. Sed interea ~~mores~~ aīq. id īq. quāquam inueniri potest, qui poterat familiaris noſter (is est enim, volo te hoc scire) Pompeius, legulam illam pietam silentio tuerit. Crassus verbum nullum contra gratiam. ceteros iam nosti: qui ita sunt stulti, vt amissa rep. pīcinas suas fore saluas sperare videantur. Vnus est qui cūtēt constantia magis & integritate, quām (vt mihi videbit) consilio aut ingenio Cato: qui miseros Publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensē vexat, neque iis à Senatu reponsum dati patitur: ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere, an requam Publicanis reponsum sit. Quare etiam legationes reiectum iri puto. Nunc vides quibus fluctibus iactemur: et si ex iis quæ scripsi, tanta etiam à me non scripta perspicis. Reuise nos aliquando: & quanquam sunt hæc fugienda quod te voco, tamen fac ut amore noſtrum tanti z̄stimes, vt eo vel cum his molestiis peruenire veldis. Nam ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Sub lustrum autem censi, germani negotiatoris est. Quare cura ut te quamprimum videamus. Vale. x. Kal. Feb. Quinto Metello & L. Afranio Coss.

## CICERO ATTICO SAL:

24

NON modo si mihi tantum esset otii quantum est tibi, verum etiam si tam breueſ epistolæ velim mirtere (quod tu soles facere) te superarem, & in scripto multo effem crebrior quām tu. Sed ad summas atque inereditibiles occupationes meas accedit, quod nullam à me epistolam ad te fino absque argumento ac sententia peruenire. Et primum tibi (vt æquum est) cui amanti patriam, quæ sunt in rep. exponam: deinde quoniam tibi a more nos proximi sumus: Icribimus etiam de nobis ea quæ scire te nō nolle arbitramur. Atque in rep. nunc quidem maxime Gallici belli versatur metus. Nam Edui fratres nostri pugnant, Sequani male pugnarat: & Helvetii sine dubio sunt in armis, excursionēque

in prouinciam faciunt. Senatus decreuit ut Consules duas Gallias fortirentur, delectus habentur, vacaciones ne valerent. Legati cum autoritate mitterentur, qui adirent Gallie ciuitates, daréntque operam ne h[ab]e[re]t cum Helvetiis iungerentur. Legati sunt Q. Metellus Creticus, & L. Flaccus & n[on] b[ea]tū q[uo]d n[on] p[ro]p[ri]e, Lentulus Clodius filius. Atque hoc loco illud non quicq[ue] præterire, quod cū de consularibus mea prima fors exsulet, vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe censuit. Hoc idem post me Pompeio accidit, vt nos duo quafi pignora reip[ublic]i retineri videremur. Quid enim ego aliorum in me t[em]poris expectem, cum h[ab]e[re]t domi nascantur? Vrbani autem res sic se habent. Agraria lex à Flavio Trib. pl. vehe-  
menter agitabantur auctore Pompeio, que nihil populare habebat præter auctorē. Ex hac ego lege secunda concionis voluntate omnia illa tollebam que ad priuatorum incommodum pertinebāt. Liberaram agrū eum, qui P. Mutio, L. Calphurnio cōsī s. publicus fuisset. Syllanorum hominum possessiones confirmabam, Volaterranos, & Artemitanos, quo-  
rum agrum Sylla publicarāt, neque diuiserat, in sua possessione retinebat. Vnam rationem non reicibam, vt ager h[ab]et aduenticia pecunia emeretur, que ex nouis vestigialibus per quinquennium recipetur. Huic toti rationi agrariz Senatus aduersabatur, suspicās Pompeio nouam quandam potentiam queri. Pompeius verò ad voluntatem perfendit legis incubuerat. Ego autem magna cum agrariorū gratia confirmabam omnium priuato-  
rum possessiones. Is enim est noster exercitus hominum, vt tute scis, locupletium. Populo autem, & Pompeio (nam id quoque volebam) sati faciebam emptione, qua constituta diligenter, & sentinam vrbis exhaustiri, & Italiam solitudinem frequentari posse arbitrabor. Sed h[ab]ec tota res interpellata bello refrixerat. Metellus est Consul sanè bonus, & nos admodum diligit. Ille alter nihil ita est, vt planè quid erit, nesciat. H[ab]ec fuit in repub. nisi etiam illud ad temp[or]ib[us] putes pertinere, Herennium quendam Trib. pl. tribulem tuum, sanè ho-  
minem nequam atque egentem, sape iam de P. Clodio ad plebem traducendo agere copi-  
se. huic frequenter interceditur. H[ab]ec fuit (vt opinor) in rep. Ego autem, vt semel Nonatum illarum Decembrium sanctam inuidit ac multorum inimicii eximiātātā quandam atque immortalem gloriaātā confectus sum, non defitū eadem animi magnitudine in rep. ver-  
sari, & illam institutam ac suscepitā dignitatem tueri. Sed postea quād primū Clodii absolutione levitatem infirmitatemque iudiciorū perspici, deinde vidi nostros Publicanos facile à Senatu diiungī, quāquam à meipso non duellerentur, tum autem beatos ho-  
mineos hos p[ro]cīnarios (dico amicos tuos) non obscurē nobis inuidere: putauī mihi maiores quādam opes & firmiora praefidia esse querenda. Itaque primū eum qui nimium dīū de  
rebus nostris tacuerat, Pompeium adduxi in eam voluntarem, vt in Senatu non semel, sed sape, multisque verbis suis mihi salutem imperii atque orbis terrarum adjudicari: quod non tam interfuit mea (neque enim illa res aurita sunt obscurā, vt testimonium: aut ita du-  
bit, vt laudationem desiderent) quād repub. quād erant quidam improbi, qui contentio-  
nem fore aliquam mihi cū Pompeio ex rerum illarū disensione arbitrarentur. Cf[er] hoc ego  
me tanta familiaritatē coniuncti, vt vterque nostrum in sua ratione munitor, & in repub.  
firmior hac coniunctione esse possit. Odia autem illa libidinosæ & delicata iuuentur, que  
erant in me incitata, sic mitigata sunt comitata quadam mea, me vnum vt omnes illi co-  
lant. Nihil iam denique à me asperum in quenquam fit, nec tamen quoiquam populare ac  
dissolutum, sed ita temperata tota ratio est, vt reipublice constantiam p[ro]sternat, priuatis re-  
bus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem maliuolorum, odium in me impro-  
borum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam. Atque ita (tametsi iis nouis amici-  
tiis implicati sumus) vt cerebro mihi vaser ille Siculus infulseret Epicharmus canilenam  
illam suam, nōq[ue] m[al]a m[al]a ēmō, a[ct]eg. nōm nō q[uo]d. Ac nostræ quidem rationis ac viræ  
quasi quandam formā (vt opinor) vides. Detruo autē negotio sape ad me scribis, cui me-  
deri nunc non possumus. Est enim illud s.c. summa pedatorum volūtate, nullius nostrū  
auctoritate factum. Nam quod me el[ig]e ad scribendum vides, ex ipso s.c. intelligere potes  
aliā rem tum relatā: hoc autem D E P O P V I L I S L I B E R I S, sine causa additum:  
& ita factum est à P. Servilio filio, qui in postremis sententiā dixit: sed immutari hoc tem-

pote non potest. Itaque conuentus, qui initio celebtabatur, iandiu fieri deficerunt. Tu si tuis blāditatis tamen à Sicyoniis nummilorum aliquid exteferis, velim me facias certiotem. Commentarium Consulatus mei Græcē compositum misi ad te, in quo siquid erit quod ad homini Attico minus Græcum eruditumque videatur, nō dicam quod tibi (vt opinor) Panormi Lucullus de suis historiis dixerat, ē quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barba quædam & cīnna disperisse: apud me siquid erit eiusmodi, me imprudente erit & iniusto. Latinum si perfecero, ad te mittam. Tertium poema expectato, ne quod genus à meipso laudis meæ prætermittatur. Hic tu caue dicas, *ne meipso nescias*. Si est enim apud homines quicquam quod potius sit, laudetur, nos vituperemur qui non potius alia laudemus. quanquam non *laudemus* sunt hæc, sed *issemus* que scribimus. Q. frater purgat se multum per literas, & affirmat nil à se cuiquam de te fecis esse dictum. verum hæc vobis coram summa cura & diligentia sunt agenda. Tu modo nos reuise aliquando. Cosfinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui viuis est, & talis, qualem esse eum tuus mihi literæ enunciabant. Vale. Idib. Mart.

CICERO ATTICO SAL.

15

CVM è Pompeiano me Romanam recepissem ad 1111. Id. Ma. Cineius noster eam mihi abs te epistolam reddidit, quam tu Idib. Feb. dederas. Ei nunc epistolæ literis his respondebo: ac primum tibi perspectum esse iudicium de te meum, litor: Deinde te in his rebus, quæ mihi asperius à nobis atque nostris, & iniucundius actæ videbantur, moderatissimum fuisse, vehementissime gaudiosumque neque amoris mediocris & ingenii summi ac sapienzæ iudico. Qua de te cum ad me ita suauiter, diligenter, officiose, & humaniter scripseris, vt non modo te hortari amplius non debeam, sed ne expectare quidem abs te, aut ab illo homine tantum facilitatis ac mansuetudinis potuerim, nihil duco esse commodius, quam de his rebus nihil iam amplius scribere: cum etiam congregelli, tum siquid res feret, coram inter nos conferemus. Quod ad me de rep. scribis, disputas tu quidem & amanter & prudenter, & à meis consiliis ratio tua non abhorret: nam neque de statu nobis nostris dignitatis est recedendum, neque sine nostris copiis intra alterius praesidia veniendum: & is de quo scribis, nihil haber amplum, nihil excelsum, nihil nō summum atque populare. Venutamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non inutilis, sed mehercule reip. multo etiam vilior quam mihi, ciuiū improborū impetus in me reprimi, cum hominis amplissima fortuna, autoritate, gratia, fluuantem sententia cōfitemsem, & à spe malorum ad meorum rerum laudem conuertissem. Quod si cū aliqua levitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti estimasset: sed tamen à me ita acta sunt omnia, non vt ego illi assentientis leuior, sed vt ille me probans grauior videretur. Reliquas à me aguntur & agentur, vt non cōmitramus vt ea quæ gessimus, fortuito gessisse videantur in eos bonos viros illos quos significas. Eam quam mihi dicis obtiguisse *enī*, non modo nunquam desfram, sed etiam si ego ab illa decepar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatū post Catuli mortem nec præficio illo, nec comitatu tenere. nam vt ait Rhinthon, vt opinor, si *plū wād' ihs' dñs*, s̄c' d'vlt', *h̄m̄*. Milii vero vt inuidant piscinarii nostri, aut scribam ad te aliās, aut in cōgressum nostrum reseruabo. à curia autem nulla me res diuellet, vel quod ita rectū est, vel quod tebus meis maxime consentancū, vel quod à Senatu quāti fiā, minime me penitit. De Sicyoniis (vt ad te scripsi ante) non multū spei est in Senatu: nemo est enim iam qui queratur: quare si id expectas, longū est: alia via, si qua potes, pugna: cū est actū, neque animaduersum est ad quos pertineret, & raptim in eam sententia pedarii cucurterunt. Inducendi s. c. matritas nondum est: quod neque sunt qui querātur, & multi partim malevolentia, partim opinione æquitatis delectantur. Metellus tuus est egregius c. o. s. vnum reprehendo, quod omnis è Gallia nunciari non magnopere gaudet, cupit credo triumphare: hoc vellem mediocris. cetera egregia. A. filius vero ita se gerit, vt eius Consularius non Consulatus sit, sed Magni nostri *īsīm̄*. De meis scriptis misi ad te Græce perfectū Cōsulatum meum, cum librum L. Cossinio dedi: puto te Latinis meis delectari: huic autem Græco Græci in-

inuidere. Alii si scriperint, mittemus ad te: sed mihi erde simulatque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc (vt ad rem meam redeam) L. Papyrius Pætus, vir bonus amatorque nostri, mihi libros eos quos S. Claudius reliquit, donauit. cum mihi per legem Cinciam licere capere Cincius amicus tuus diceret, libenter dixi me a ceperatum, si attulisset. Nunc, si me amas, si te à me amari scis, eniterem per amicos, cœtates, hospites, libertos denique ac seruos tuos, vt seida nequa depereat: nam & Gracis his libris quos suspicor, & Latinis quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est: ego autem cotidie magis quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studiis conquefco, per mihi, per inquam gratum fcceris si in hoc tam diligens fueris, quam soles in his rebus quas me valde velle arbitraris: ipsiusque Pæti tibi negotia commendo: de quibus tibi ille agit maximas gratias. Et vt iam inuisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIB. II.

CICERO ATTICO SAL.

16

**C**A L. Iun. cuncti mihi Antium, & gladiatores M. Metelli cupide relinquenter, venit ob: Cuiam tuus pueris mihi literas abs te & Cōmentarium Consulatus mei Græcē scriptum reddidit: in quo latatus sum aliquanto antē de iisdem rebus Græcē item scriptum librum I. Cossinio ad te preferendum dedisse. Nam si ego tuum antē legissim, furatum me abs te esse dices, quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi arque incompta visa sunt: sed tamen erant ornatae hoc ipso, quod ornamenta neglexerant: & ut mulieres, ideo bene olere, quod nihil oleant, videbantur. meus autem liber totū Isocrati <sup>μετάθεσις</sup>, atque omnis eius discipulorum arcularia, ac nonnulli etiam Aristotelia pigmenta confunduntur: quem tu Corcyra, vt mihi aliis literis significas, strictum attigisti: post autem vt arbitror, à Cossinio accepisti: quem tibi ego nō esse ausus mettere, nisi cum lente ac fatidice probauissim, quanquam ad me recripsit iam Rhodo Posidonius, se nostrū illud <sup>μεταβολή</sup> cum legeret, quod ego ad eum, vt ornatus de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam planè perterritum. Quid queris: conturbauit Græcam nationem: ita vulgo qui instabant vt darem sibi quod ornaret, iam exhibere mihi moleftiā destiterunt. Tu, si tibi placuerit liber, curabis vt & Athenis sit, & in ceteris oppidis Græci: videtur enim possi aliquid nostris rebus lucis afferre. Ora riunculas autem & quas postulabim, & pluris etiam mittamus: quoniam quidem ea quæ nos scribimus adolescentium studiis excitati, te etiam delectant: fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enierat ciuius ille tuus Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abiunxerat, vt <sup>επινίκης τε & βαρυτέρης</sup> videtur curare, vt meæ quoque essent orationes quæ Consulares nominarentur, quarum una est in Senatu Kal. Ian. altera ad populi de lege agraria: tercia de Orthone: quarta pro Rabirio: quinta de proscriptorum filiis: sexta, cum prouinciam in concione deposui: septima quo Catilinam emisi: octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit: nona in concione, quo die Allobrogæ inuocarunt: decima, in Senatu Non. Decemb. Sunt præterea duas breues, quasi <sup>επινίκης</sup> legis agrariae. Hoc totum <sup>επιμέλη</sup> curabo vt habeas. Et quoniā te, cū scripta, tum res meæ delectant, iisdem ex libris perspicies & quæ gesserim & quæ dixerim, aut ne poposceris, ego enim tibi me nō offerebam. Quod queris quid sit quo re arcessam, ac simus impeditur te negotiis esse significas, neque recusas quin non modo si opus sit, sed etiam si velim, accurras, nihil sanè est necesse: veruntamen videbare mihi tempora peregrinationis commodiū posse describere. Nimis abes diu, præsternit cū sit in propinquis locis: neque nos te fruimur, & tu nobis cates: ac nunc quidem otium est: sed si paulo plus furor Pulchelli progredi posset, valde ego te istinc exercitarem. Verū præclare Metellus impedit & impedit. Quid queris: est C. S. <sup>επινίκης</sup>, & (vt semper iudi-

## Ad Atticum

caui) natura bonus: ille autem non simulat, sed planè Trib. ple. fieri cupit. Quare cū in Se-  
 natu ageretur, fregi hominem, & inconstantiam eius reprehendi, qui Romæ Trib. pl. pete-  
 ret, cum in Sicilia AEdilitatem sāpe dictasset: sed neque magnopere dixi esse nobis labo-  
 randū, quod nihilo magis ei licitum esset plebeio rempu. perdere, quam similibus eius,  
 me c o s. Patriis esset licitum. Iam cum se ille septimo die venisse à fredo, neque sibi ob-  
 uiam quenquam prodire potuisse, & noctu se introisse dixisset, in eoque se in concione ia-  
 etasset, nihil ei noui accidisse: ex Sicilia septimo die Romam, tribus horis Roma Interamnā noctu introisse: item antē nō esse itum obuiam, ne tum quidem cum iri maxime  
 debuit. Quid quatinus hominem pertulantem, modestum reddo: nō solum perpetua grauita-  
 te orationis, sed etiam hoc generē dictorū. Itaque iam familiariter cū ipso cauillor ac io-  
 cor. Quinetiam cum candidatum deducrem, is quatinus ex me, num cōsulem Siculū lo-  
 cū gladiatoriibus dare, negau. At ego, inquir, nous patronos institu: sed foror, quā tan-  
 tum habear Cōsularis loci, vnum mihi solum pedem dat. Noli, inquam, de vno pede foro  
 ris queri, licet etiam alterum tollas. Non Cōsulare, inquires, dictū. Fateor: sed ego illam odi =  
 male Consularem: ea est enim seditionis, ea cum viro bellū gerit: neque solum cū Metello,  
 sed etiam cū Fabio, quod eos in hoc esse moleste fert. Quod de agraria lege quāris, sanè  
 iam videtur refrixisse. Quod me quodāmodo molli brachio de Pompeii familiaritate ob-  
 iurgas: nolim ita existimes, me mīi p̄fidiū causa cum illo coniunctū esse: sed ita res erat  
 instituta, vt si inter nos esset aliqua forte dissensio, maximas in rep. discordias versari esset  
 necesse: quod à me ira praeautū atque ira praeulsum est, non vt ego de optima illa mea ra-  
 tione decederem: sed vt ille esset melior, & aliquid de populari leuitate deponet: quem de  
 meis rebus, in quas cum multi incitarant, multo sc̄ro gloriōsus quām de suis prædicare:  
 sibi enim bene geste, mihi conseruare reip. dat testimonium: hoc facere illum, mihi quām  
 profuit, nescio: reipub. certe prodest: quid si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valde sunt,  
 secundi, reddo meliorem: num tantum obsium reipub? Quinetiam si mihi nemo inuidie-  
 ret, si omnes, vt erat æquum, fauerent: tamen non minus esset probanda medicina quāz fa-  
 nacē vitiosas partēs reip. quām quāz exsecaret. Nunc vero cum equitatus ille, quem ego in  
 clivo Capitolino te signiferō ac principe collocaram, Senatū desideruerit, nostri autem prin-  
 cipes digito se ecclum putent attingere, si nulli barbati in piscinā sunt qui ad manū acce-  
 dant, aliū autem negligantur: nōnne tibi satis prōdēs videor, si perficio vt nolint obesse qui  
 possunt? Nam Caronem nostrum non tu amas plus quām ego: sed tamen ille optimo  
 animo v̄tens & summa fide, nocet interdum reipub. Dicit enim tanquam in Plaronis  
~~verbis~~, non tanquam in Romuli fece, sententiam. Quid verius quām in iudicium venire:  
 qui ob rem iudicandam pecuniam aperit? Censuit hoc Cato, assensit Senatus. Equiti,  
 Curiz bellum, non mihi nam ego diffensi. Quid impudentius Publicanis renuntiantibus?  
 Fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. Restituit & percutit Cato: itaque nūc  
 Consule in carcere inclusu, sāpe item seditione commota, aspirauit nemo corum, quorū  
 ego concursu, itēmque Consules qui post me fuerunt, remp. defendere solebant. Quid er-  
 go istos, inquires, mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus: an  
 libertinis atque etiam seruis seruiamus? Sed vt tu aīs ~~et tu aīs~~, Faouios meā tribum tu-  
 lit honestius quām suam, Luceiū perdidit, accusauit Nasicam inhonestē: ac modeste tamē  
 dixit, ita vt Rhodi videretur molis potius, quām Moloni operam dedisse mihi quod de-  
 fendissem, lexiter suscensuit. nunc tamen peit iterum reip. causa. Luccius quid agat, scri-  
 bam ad te cū Cæsarē video, qui aderit biduo. Quid Sicyonī te laddunt, Catoni & eius  
 emulatori attribuas Scruilio. Quid rēa plaga nōnne ad multos bonos viros pertinet? Sed si  
 ita placuit, laudemus: deinde in dissensionibus soli relinquamur. Amalthea mea te expe-  
 ctat, & indiget tui. Tūsculanum & Pompeianum valde me delectant, nisi quod me illum  
 ipsum vindicem ~~et~~ alieni, ~~et~~ non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt. In Gal-  
 lia speramus esse otium. Prognostica mea cum oratiunculis propediem expecta: & tamen  
 quid cogites de aduentu tuo, scribe ad nos: nam mihi Pomponia nunciari iussit, te mense  
 Quintili Romæ fore: id à tuis literis, quas ad me de accessu tuo miseras, discrepabat. Petus,

vt ante ad te scripsi, omnes libros quos frater suus teliquisset, mihi donauit. Hoc illius munus in tua diligentia positum est: si me amas, cura vt conserueris, & ad me perferatur: hoc mihi nil potest esse gratius: & cum Graecos, tum vero diligenter Latinos vt conferueris velim: tuum esse hoc manusculum putabo. Ad Octauium dedi literas, cum ipso nil eram locutus: neque enim ista tua negotia prouincialia esse putabam, neque te in Toculionibus habebam: sed scripsi vt debui diligenter.

## CICERO ATTICO SAL.

17

C V R A, amabo te, Ciceronem nostrum: ci nos tamen videamus. manus in manibus tenebam, & hercule magnum accerum Dicarehi mihi ante pedes extruxeram. O magnum hominem, & a quo multo plura didicere, quam de Procilio. Regalis & Allectus puto me Romae habere. mihi Herodes. lege haec doceo, mirabilis vir est. Hoc (si homo esset) cum potius legeret, quam vnam literam scriberet. Qui me epistola petivit, ad te, vt video, comminus accessit: coniurasse mallem quam refuisse coniurationi, si illum mihi audiendum putassem. de Lollio sanus non es, de Vinio laudo. Sed heus tu, ecquid vides Kalend. venire Antonium non venire? Iudices cogitam ita ad me mittunt, Nigidium minari in cōcio- ne se iudicem, qui non affuerit, compellatur. Velim tamen, quid est de Antonii aduen- tu quod audieris, scribas ad me: & quoniam hue non venis, cene apud nos, utique prid. Kal. Causa alter facias. Cura vt vacas.

## CICERO ATTICO SAL.

18

P R I M U M, vt opinor, fons tua. Valerius absoluens est Hortensio defendantem: id iudi- cium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, vt scribis, lascivium fuisse: et enim mihi caligine eius, vt fasciae cretae non placabant. Quid sit, sciemus cum veneris. Fenestrarum angustias quod reprehendis, sicut te rixas multas reprehendere. nam cum ego idem istue dicere, Cyrus aiebat, radiorum Agathion latis luminibus, non tam esse suaveis. etenim in aliis usq; i. a. n. R. episcopis b. y. actinis & a. usq; t. Vides enim cetera. nam si sacerdotes videntur, valde laborarent anima in angustiis: nunc fit lepide illa lux ra- diorum. Cetera si reprehenderis, non feres racitum: nisi liquid erit cuiusmodi quod sine sum- ptu corrigi possit. Venio nunc ad mensum Ianuarium, & ad intermissionem noctis ac matutinas, in qua, magnis consilii: nam vt fortiter testimoniis est legi agraria, in quo est quazdam dimica- ria, sed plena laudis: aut que scendum, quod est non diffimile arque ire in Solonium aut Antium: aut etiam adiuuandum, quod a me aiunt Caesaris sic expectare vt non dubitet: nam fuit apud me Cornelius, hunc dico Balbum Caesari familiarem, is affirmabat illum omnibus in rebus meo & Pompeii consilio usursum, daturumque operam vt cum Pompeio Crassum coniungeret. His sunt haec. coniunctio mihi summa cum Pompeo, si pla- ceret etiam cum Caesare redditus in gratiam, cum intimis pax, cum multititudine senectutis ocium. Sed me amissione mea illa commouet, quod est in libro tertio,

Interea cursus, quos prima à parte iuuentur,

Quosque adeo Confli virtute animoque petisti,

Hos tene, atque auga famam laudique bonorum.

Hec mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta, Calliope ipsa prescri- pserit, non opinor esse dubitandum, quin semper nobis videatur a sacerdoti agere animos, unde m' ius. Sed haec ambularioribus Compitalibus reseruemus. Tu pridie Compitalia memento. Balaenam ealferi iubeo & Pomponiam (Trentina rogar) matrem adiungemus. Quaer- emus quod: quod episcopis affer mihi de libris Q. Fratris.

## CICERO ATTICO SAL.

19

FECISTI mihi pergratū quod Scraponis librum ad me misisti: ex quo quidem ego (quod inter nos liecat dicere) millesimā partē vix intelligo. pro eo tibi praetente pecuniam solui imperati, ne tu expensum muneribus ferres: at quoniam nūmori mētio facta est, ama- bo te, cura vt cū Ticinio, quoquomodo poteris, trāfīgas. Si in eo quod ostēderat, non star, mihi maxime placet ea que male empta sūr reddi, si voluntate Pōponit faci poterit: si ne id

Q.i.

quidem, nūm̄ poius reddātur, quām̄ villus sit scrupulus; valde hoc velim antequā profici-  
care, amarre, vt foles, diligenterque cōficias: Clodius ergo, vt aīs, ad Tigranēdium syrpis  
cōditione: sed facile patior: accōmodatius enim nobis est ad liberā legationē tēpus illud, cū  
& Quintus nōster iam, vt speramus, in otio cōsidererit, & iste sacerdos bona Dei cuiusmo-  
di futurus sit, sciri possit. Interea quidē cū Mūlis nos delectabimus animo zquo, immo ve-  
ro etiā gaudenti ac libenti: neque mihi vñquā veniet in mentē Crassus inuidere: neque pœ-  
nitere quđ à me ipse nō deficiuerim. De Geographia dabo operā vt tibi satissimā, sed nihil  
certi pollicitor: magnum opus est, sed tamen, vt iubes, curabo vt huius peregrinationis ali-  
quod tibi opus extet. Tu quicquid indagatis de rep., & maxime quos C O S s. futuros putes,  
facito vt sciām, tamenē minus sum curiosus: statui cūm nihil iam de rep. cogitare. Terren-  
tiz saltum perspeximus, quid queris: præter querū Dodonācū nihil desideramus, quo mi-  
nus Epeirum ipsam possidere videamur. Nos citēter Kalē, aut in Formiano erimus, aut in  
Pompeiano. Tu, si in Formiano non erimus, si nos amas, in Pompeianū venito: id & nobis  
erit periucundum & tibi non sane deuum. De muro imperati Philotimo, ne impediret  
quo minus id fieret quod tibi videretur: vt censeo tamen, adhibeas Vectū. His temporibus  
tam dubia vita optimi cuiusque, magni æstimo vnius æstatis fructum palæstræ palatinæ:  
sed ita tamen, vt nihil minus velim quām Pomponiā & puerum versari in timore ruinæ.

## CICERO ATTICO SAL.

20

C V P I O equidem & iampridem cupio Alexandrē, reliquāmque AEgyptū visere, & si-  
mul ab hac hominum satietate nostri discedere, & cum aliquo desiderio renerti: sed hoc  
tempore & iūs mittentibus, *τιμητικόν τελονεύματα τιμητικά τελονεύματα*. Quid enim nostri optimi-  
ates, si qui reliqui sunt, loquentur me aliquo premio de sententiā esse deductum: *τιμητικόν τελονεύματα τιμητικά τελονεύματα*. Cato ille nōster, qui mihi vñus est pro centum millibus: Quid  
vero historiz de nobis ad annos D C prædicant: quas quidem ego multo magis veror  
quam eorum hominum qui hodie viuunt rumusculos: sed opinor excipiāmus, & expecte-  
mus. Si enim defeterit, erit quazdam nostra potestas, & tum deliberabimus: & iam hercu-  
le est in non accipiendo nonnulla gloria. Quare siquid *τιμητικόν τελονεύματα* tecum forte contulerit, ne  
omnino repudiari. De ipsis rebus exspecto tuas literas, quid Arrius narrat, quo animo se  
destitutum ferat: & qui C O S s. parentur, vtrum vt populi sermo, Pompeius & Crassus, an  
vt mihi scribitur, cum Gabinio Ser. Sulpicius: & num quæ nouæ leges, & num quid noui  
omnino: & quoniā Nēpos proficiat, cuim Auguratus deferatur, quo quidem vno  
ego ab ipsis capi possum. videte ciuitatem meam. Sed quid ego hac, quæ cupio deponere,  
& toto animo atque omni cura *τιμητικόν τελονεύματα*: Sic inquam in animo, sic vellem ab initio. Nunc  
vero quoniā quæ putauī esse præclara, expertus sum quām essent inania, cum omnibus  
Mūlis rationem habere cogiro. Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius, & nunc quis in  
eius locum paretur, & quid de P. Clodio fiat: & omnia quemadmodum polliceris, *τιμητικά τελονεύματα*  
ſcribe: & quo die Roma te exiturum putes, velim ad me scribas, vt certiorem te faciam  
quibus in locis futurus sum: epistolāmque statim des de his rebus de quibus ad te ſcripsi: s  
valde enim exspecto tuas literas.

## CICERO ATTICO SAL.

21

Q V O D tibi superioribus literis promiseram, fote vt opus extaret huius peregrinatio-  
nis, nihil iam magnopere cōfirmoscit enim sum complexus otiū, vt ab eo diuelli nō queā.  
Itaque aut libris me delecto, quorū habeo Antii ſextiā copiam, aut fluctus numero: nā ad  
lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ. A ſcribendo prorsus abhorret animus:  
et enim *τιμητικά τελονεύματα* quæ constitueram, magnum opus est: ita valde Eratosthenes, quem mi-  
hi proposueram, à Scapione & ab Hipparcho reprehenditur. Quid censes, si Tyrānio ac-  
celerit & hercule ſunt rei difficultes ad explicandum, & *τιμητικά τελονεύματα*, nec tam poſſunt *τιμητικά τελονεύματα*, quām videbantur: & quod caput est, mihi quazuis, ſatis iuſta cauſa cefſandi est. Qui-  
etiam dubitem an hic Antii confidam, & hoc tempus omne conſumam. Vbi quidem ego  
mallem diu nimirum, quām Romæ fuisse: tu vero ſapienſior, Buthroti domum pataſti:  
ſed mihi crede, proxima est illi municipio hac Antiatum ciuitas. Eſſe locum tam prope

Romam, vbi multi sint qui Varinium nuncū viderine: vbi nemo sit præter me, qui quenquam ex x x Viris vnum esse saluum velit: vbi me interpellat nemo, diligent omnes. Hic, hic nimurum ~~nam~~ istuc non solum non licet, sed etiam tæder. Itaque ~~nam~~ quæ tibi vni legamus, Theopomponio genere, aut etiam asperiore multo pangentur: neque aliud iam quicquam ~~nam~~, nisi odise improbos, & id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate: sed vt ad rem Scripti ad Quastores Urbanos de Q. Fratris negotio, vide quid narrant, & quæ spes sit denarii: an cistophoro Pompeiano iaceamus. Præterea de muro starus quid faciendum sit, aliud: quid, etiam quando te proficiet istuc putes, fac vt sciām.

## CICERO ATTICO SAL:

22

DE Geographia etiam atque etiam deliberabimus. Orationes me autē duas postulas: quarum alteram non libebat mihi scribere, quia abscederam: alteram, ne laudarem cum quem non amabam: sed id quoque videbimus. Denique aliquid extabit, ne tibi planè cœfias le videatur. De Publico quæ ad me scribis, sicut mihi iucunda sunt: eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, cum venies: & interea scribas siquid intelliges aut suspicere, & maxime de legatione quid sit acturus. Evidem autem quātū tuas legi literas, in hominē ire cupiebam: non mecherele ut differtem cum eo vidi monium, nam mira sum alacritate ad litigandum: sed videbatur mihi, siquid esset in eo popolare, quod plebeius factus esset, id amissurus: quid enim ad plebem transiit? Tigranem ires salutatum? Narrata mihi, Reges Armenii patricios salutare non solent: Quid queris: acuseram me ad exigit, tandem hanc eius legationem: quam si ille cōtemnir, & si (vt lcribis) bilem id commoueret, & latoribus & aufpicibus legis Curiatæ spectaculum egregium. Hercule, verum vt loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius. primum qui cum in domo Cæsaris quondam vnu vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit: deinde alia legatio dicta erat, alia data est: illa optima ad exigendas pecunias, Drulo, vt opinor, Pisaurensis nebuloni Valentio reseretur. Hec ieiuna tabellarii legatio datur ei, cuius Tribunatus ad istorum temporis reseretur. Incende hominem, amabo te, quoad potes: vna spes est salutis, istorum inter istos dissensio, cuius ego quadam initia sensi ex Curione. Iam vero Arrius Cœsulatum sibi erceptum fremit. Megabocchus, & hac sanguinaria iuuentus inimicissima est: accedat vero accedat etiam ista fixa Auguratus: spero me præclaras de istis rebus epistolas ad te sepe missurum. Sed illud quid sit leite cupio quod iacis obscure, iam etiā ex ipsis Quinqueviris loqui quosdam. Quidnam id est: enim aliquid plus est boni, quām putaram. Atque hoc sic velim existimes, non me abs te ~~et~~ ~~ne~~ querere, quid gestat animus aliquid agere in rep. iam pridem gubernare me tædebar, etiam cum licebat: nunc vero cum cogar exire de naui non abiectus sed receptis gubernaculis, cupio istorum naufragia ex terra intueri: cupio, vt ait tuus amicus Sophocles, *kal. iun. 577. Tunc sicut in rito. Quod in rito. Quod in rito.* De muro quid opus sit, videbis. Castricianū mendum nos corrigemus, & tamen ad me Q. C. L. O. C. C. L. C. L. C. O. scriperat, non ad sororem tuam ~~ns~~ x x. Terentia tibi salutem dicit. Cicero tibi mandat vt Aristodemio idem de se respondas, quod de fratre suo fotoris tuze filio respödisti. De Amalthea quod me admones, nō negligemus. Cura vt valcas:

## CICERO ATTICO SAL.

23

EPISTOLAM cum à te audie expectarem ad vesperum, vt soleo, ecce tibi municius, pueros venisse Roma. Voco, quero, ecquid literarum negant. Quid ais inquam, nihilne à Pomponio per tertiti voce & vultu, cōfessi sunt se accepisse, sed excidisse in via. Quid quæris super moleste tuli. Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re utili & suaui venterat: nū siquid in ea epistola, quam ante diem x v i Kal. Mai dedisti, fuit historia digna, scribe quam primū, ne ignoramus: si nihil præter iocationem, reddo id ipsum: & scito Curiatem adolescentem venisse ad me salutatum: valde eius sermo de Publio cum tuis literis congruebat. Ipse vero mirandum in modum, Reges odise superbos. Perque narrabat incensam esse iuuentutem, neque ferre hoc posse. Bene habemus nos: si in iis spes est, opinor, aliud agamus. Ego me do historiaz: quanquam licet me Sausciū putas esse: nihil me est inter-

Q. ii.

tius. Sed cognosce itinera nostra, ut statuas ubi nos visurus sis. In Formianum volumus vni-  
nire Parilibus: inde (quoniam putas prætermittendum nobis esse hoc tempore cratera illum  
delicatum) Kal. Mai. de Formiano proficisci emur, ut Antii sumus ad v. Non. Mai. Ludi e-  
nam Antii futuri sunt à 1111 Kalend. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult: inde  
cogiro in Tusculanum: deinde Arpinum Romanum ad Kalen. Iun. Te aut in Formiano, aut  
Antii, aut in Tusculano, cura ut videamus. Epistolam superiorem restitue nobis, & appin-  
ge aliquid noui.

## CICERO ATTICO SAL.

24

S V B I T O cum mihi dixisset Cælius Quæstor puerum se Romanum mittere, hæc scri-  
psi raptim, ut tuos mirificos cum Publio dialogos, cum eos de quibus scribis, tum illum  
quem addis, & ait longum esse, quæ ad ea responderis prescribere: illum vero qui nondum  
habitus est, quem illa ~~soñam~~, cum è Solonio tederetur, ad te est relatura. Sie velim putes, nihil  
hoc posse mihi esse iucundius: si vero quæ de me pacia sunt, ea non seruantur, in celo sum:  
ut fecerit hic noster Hierofolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis or-  
ationibus gratiam retulerit, quarum expecta diuinam ~~soñam~~. etenim quantum conie-  
cta auguramur, si erit nebula iste cum his Dynastis in gratia: non modo de Cynico Con-  
fulari, sed ne de ipsis quidem pœnarum Tritonibus poterit se factare: non enim poterimus  
vlla esse inuidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. sicut autem ab iis dissentierit, erit ab-  
surdum in nos inuidi: veruntamen inuechatur: fessi, mihi crede, & minore sonitu quam  
putaram, orbis hic in rep. est conuersus: citius omnino quam potuit, id culpa Catonis: sed  
rurus improbitate iliorum qui auspicia, qui AEliam legem, qui Iuniari & Liciniari, qui  
Cæliam & Didiam neglexerunt, qui omnia remedia rep. effuderunt, qui regna, qui praedia  
Terrarehis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Video iam quæ inuidia transeat, & vbi  
sit habitatura: nihil me existimaris neque visu, neque à Theophrasto didicisse, nisi breui te-  
pore defuderari nostra illa tempora videris. etenim si fuit inuidiosa senatus potentia, cum  
ea non ad populum, sed ad tres homines immoderatos redacta sit, quidnam censes fore? Proin-  
de isti licet faciant quos volent coss. Tribb. pl. denique etiam Vatini strumam sacerdo-  
tii ~~soñam~~ vestiant: videbis breui tempore magnos, non modo eos qui nihil titubarunt, sed  
etiam illum ipsum qui peccauit, Catonem. nam nos quidem, si per illum tuum sodalem Pu-  
blum licet, ~~soñam~~ cogitamus. Si ille cogitar, tantum duntaxat nos defendere, & quod  
est proprium artis huius, ~~soñam~~ non plus quam debitur est, plus certe quam postulatum est. male  
vehi malo alio gubernante, quam tam ingratius vectoribus bene gubernare. Sed haec coram  
commodius: nunc audi quod queris. Antium me ex Formiano recipere cogito ad v. Non.  
Mai. Antio volo Non. Mai. proficisci in Tusculanum: sed cum è Formiano rediero, ibi esse  
visque ad pr. Kal. Mai. volo: faciam statim te certiorem. Teretia tibi salutem, ~~soñam~~ iuxta  
~~soñam~~ Tum illudicere.

## CICERO ATTICO SAL.

25

V O L O ame meam constantiam: Iudos Antii spectare non placet. Est enim ~~soñam~~,  
quum velim vitare omnium deliciarum suspicionem, repente ~~soñam~~ non solum deli-  
care, sed etiam inepit peregrinantem: quare visque ad Non. Mai te in Formiano expecta-  
bo. Nunc fae ut sciram quo dic te visuri simus. Ab Appi foro, hora quarta, dederam aliam  
paulo ante Tribus Tabernis.

## CICERO ATTICO SAL.

26

N A R R O tibi, planè telegatus mihi videor posteaquam in Formiano sum: dies enim  
nullus erat, Antii cum essent, quo die non melius scire Romam quid ageretur, quam si qui  
erant Romam: etenim literæ tue non solum quid Romam, sed etiam quid in rep. neque so-  
lum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant. Nunc, nisi siquid ex præter-  
cunte viatore exceptu est, scire nihil possumus. Quare quanquam iam te ipsum expecto, tam  
isti puer, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plenam  
omnium non modo actorum, sed etiam opinionum tuarum: ac dicim, quo Roma sis exitus,

cura ut scia. Nos in Formiano esse volumus usque ad pr. Non. Maias: et si ante eam diem non veneris, Romae te fortasse videbo. Nam Arpinum quid ego te inuites: quod enim est in te? Hac igitur, cura ut valcas.

## CICERO ATTICO SAL.

27

NEGOENT illi Publum Trib. pl. factum esse: hoc vero regnum esse, ferre nullo paeto potes: emitat ad me Publius qui obsignat, iurabo Cn. nostru Collegam Balbi, Antij mihi narrasse in auspicio fuisse. O suaves epistolas tuas vno tempore mihi datas duas, quibus ~~me~~ <sup>me</sup> quis reddam nescio, deberi quidem planè fateor. Sed vide *aruspice*. emeritam commode ex Antio in Appiam ad Tres Tabernas, ipfis Cerialibus, cum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem illico puer abs te cum epistolis. Ille ex me, nihilne audirem noui, ego negare. Publius, inquit, Trib. pl. petit. Quid ait: & inimicissimus quidem Caesaris, & vt omnia, inquit, ista refindat. Quid Caesar, inquam? Negat se quoquam de illius adoptione tulisse: deinde suum, Memmii, Metelli, Nepotis exprimit odium. Complexus iuuenem dimisi, properans ad epistolas. Vbi sunt qui aiunt, *deinceps*, quanto magis vidi ex tuis literis, quām ex illius sermone, quid ageretur de ruminacione cordiana, de cogitatione Pubpii, &c litius *deinde*, de significe Athenione, de literis missis ad Cn. de Theophanis Memmique sermone. Quantam porro mihi expectationem dedisti conuiuii istius *deinde*, sum in curiositate *deinde*, sed tamen facile panor te id ad me *expeditum* non scribere, re, presentē audire malo. Quod me ut scribā aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, vt dicas, sed tota res etiam nunc fluctuat *deinde*, quām si decresserit, magis crunte indicata quā scribebam: quām si statim à me ferre non potueris, primus habebis, tamen id aliquandiu solus. Dicere atchum recte amas, luculentus homo es, & cuius haud paulo melior, quām isti nostri *deinde*. Literas scripsi H. x. Cerialibus statim vt tuas legerā, sed eas erā, daturus, vt putaram, postridie ei qui mihi primus obtuam venisset. Terentia delectata est tuis literis, & impertit tibi multam salutem. *deinde* *quād* *deinde* *deinde* *deinde*.

## CICERO ATTICO SAL.

28

FACINVS indignum, epistolam *deinde* tibi à Tribus Tabernis rescriptā ad tuas suauissimas epistolas, neminem reddidisse. At scito cum fasēculū, quod illam conieceram, dum eo ipso die latum esse, quo ego dederam, & ad me in Formianum relatum esse. Itaque tibi tuam epistolam iussi referri, ex qua intelligeres quām mihi tum illa grata fuisset. Romæ quod scribis sileri, ita putabam: at hercule in agris non siletur, nec iam ipsi agri regnum velutum ferre possunt. Si vero in hanc *deinde* *deinde* *deinde* Formias dico, qui tremitus hominum quām irati animi quantō in odio noster amicus Magnus: cuius cognomen vna cum Crassi diuinitus cognomine cōfūscere. Credas mihi velim, neminem adhuc offendī, qui haec tam lente, quām ego ferō, ferret. Quare, mihi crede, *deinde*, iuras tibi possum dicere, nihil esse tanti. Tu si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formia muris, unde nos pr. Non. Mai cogitamus.

## CICERO ATTICO SAL.

29

QUANTAM tu mihi mouis expectationem de sermone Bibuli: quantam de colloquio *deinde*, quamcam etiam, de illo delicto conuiuso. Proutde ita fac venias ad sūstinentes aures, quāquam nihil est iuri quod magis timendū nobis putē, quām ne ille noster Sampiceramus, quām se omnium sermonibus sentiet vapulare, & cū hāc actiones *deinde* videbit, ruere incipiat. Ego autem *vix* sum enervatus, vt hoc oīo, quo nūc tabescimus, malim *deinde*, quām cū optima spe dimicare. De pangētū, quod me crebro adhortaris, fieri nihil potest. Basilicam habeo non villan, frequētū Formianorum: at quā partem basilicæ tribū AEmiliam, sed omittō vulgus. post hāc quartam molesti certi non sunt. C. Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem iam contubernialis: qui etiam se *deinde* Rottam ire negat, vt hic mecum toros *de philosophetur*. Ecce ex altera parte Sebosus ille Caiuli familiaris, quod me ver tam cātim mērcētū Arpinū item, nī te in Formiano cōmodissime expectari viderē, dū taxā, dū pri. Non. Mai. Vide enim quibus hominibus aures sint deditæ me: occasionem miram, siqui nunc, dū ii apud me sunt,

Q. iii.

emere de me fundum Formianum velit: & tamen illud probem. Magnum quid aggrediamur, & multæ cogitationis a teque orti. sed tamen sacrific à nobis, neque parceretur labori.

## CICERO ATTICO SAL.

Vt scribis, ita video non minus incerta in rep. quam in epistola tua: sed tamen ista ipsa me varieras sermonum opinionumque delectat. Roma enim videor esse, cum tuas literas lego: & vt sit in tantis rebus, modo hoc modo illud audire: illud tamen explicare non possum, quidnam inuenire possit, nullo recusante ad facultatem agrariæ. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione quid haberet, nisi ipsius iudicij sine villa correctione reipenitentium in Publico spes est, fiat, fiat Trib. pl. si nihil aliud, vt eo citius tu ex Epeiro reuertar. nam vt illo tu careas, non video posse fieri, præsertim si tecum aliquid vollet disputatione. Sed id quidem non dubium est quin siquid erit eiusmodi, sis adiuuatorius. Verum ut hoc nō sit, tamen siue ruerit temp. præclarū spectaculū mihi propono, modo te confessore spectare liceat. Cū hæc maxime scriberem, ecce tibi Sebosus (nondū planè ingenuus) Salutem, inquit Attius. hoc est Roma decedere: quos ego homines effugi, cum in hos incidam: Ego vero in montes patrios, & ad incunabula nostra pergam: denique si solus nō potero, cum rusticis potius, quam cum iis perurbanis: ita tamen, ut quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano tibi præstoleris usque ad III Non. Mai. Tarentiz pergrata est affiduitas tua & diligentia in controversia Mulviana: necit omnino te communem causam defendere eorum qui agros publicos possident: sed tamen tu aliquid publicanis pendis, hæc etiam id recusat. Ea tibi igitur, & *ad quædā dīscēndit mārītūm mārītūm mārītūm mārītūm mārītūm* salutem dicunt.

## CICERO ATTICO SAL.

CENATO mihi, & iam dormitati pr. Kal. Mai. epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis. Quid quæris primo ita me pupugit, vt somniū mihi ademerit: sed id cogitatione magis, quam molestia. Cogitati autem hæc ferè succurrebant: primum ex eo quod superioribus literis scriperas, ex familiaritate illius audire prolatum in aliquid, quod nemo improbarer. maius aliquid timueram: hoc mihi eiusmodi non videbatur. deinde vt me ego consoler, omnis expectatio largitionis agrariorum in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager vt dena iugera sunt, non amplius hominū quinque milia potest sustinere: recta liqua omnis multitudo ab illis abalienetur, necesse est. Præterea, si villæ res est qua bonorum animos, quos iam video esse commotos, vehementius possit incendere, hæc certe est, & eo magis quod portio Italicæ sublati, agro Campano diuiso, quod vestigia superest do metilicium præter vicefumamque mihi videatur una cōcūcula, clamore pedis equoru nostrorum esse peritura. Cneus quidem noster iam planè quid cogiteret, necesse est. *quod nō est adhuc inveniātur*, *quod nō est adhuc inveniātur*. qui quidem etiam istuc adduci potuerit, nam adhuc hoc loquor. Si leges Caesaris probaret, actiones ipsum præstatere debere: agrariam legem sibi placuisse potuerit intercedi, necne, nihil ad se pertinere. De rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confisi: Bibulus de celo tum seruasset, necne, sibi querendū nō fuisse. De Publicanis voluisse illi ordinis commodare: quicquid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, sed diuinare non potuisse: nunc vero Sampsicerane quid dices: vestigia te nobis in monasterio Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? Quid, hoc quæ admodum obtinobis? Oppressos vos, inquit, tenete exercitu Caesaris. Non rohereculè me tu quidem tam isto exercitu, quam ingratis animis eorum hominū qui appellantur boni: qui multi: non modo præmiorum, sed ne sermonum quidem vñquam fructum vilium aut gratiam retulerunt. Quod si in eam me patrem incitarem, profecto iam aliquam reperiē resistendi viam: nunc prætorius hoc statui, vt, quoniam tanta controversia est Dicæacho militari tuo, cū Theophrastio amico meo, vt ille quis *in p̄t̄m* *lōgē* omnibus anteponat, hic autem *in p̄t̄m*, vt tristigia à me mos gelus esse videatur: puto enim me Dicæacho affatam satissimè. Repicio nunc: ad hanc familiam, quæ mihi nō modo vt requiesca permittit, sed reprehendit, quia nō semper quicquid. Quare incubamus o noster Tite ad illa præclaræ studia: & eō unde discedere nō oportuit, aliquando reuertamur. Quod de Q. fratris epistola scribis, ad me quoque fuit *in p̄t̄m* *lōgē*. Quid dicam, necesse. Nā ita depletat primis,

verbis missione suam, ut quemuis mouere possit: ita rursus remittit, ut me roget ut annales suos emendet, & edam. Illud tamquam scribis, animaduertas velim, de portorio circunvectionis: aut se de consiliis sententia rem ad Senatum reieciisse: nondum videlicet meas litteras legerat, quibus ad cum re consulta & explorata prescriperant non deberi. Velim si qui Graci iam Romam ex Asia de ea causa venerunt, video, & (si tibi videbitur) ius demonstres quid ego de ea re sentia. Si possum discedere, ne causa optima in Senatu pereat, ego satisfacta Publicanis: & mihi (vere tecum loquar) in hac re malo vniuersitate Asiae, & negotioribus: nam corum quoque vehementer interest. Hoc ego sentio valde nobis opus esse. Sed tu id videbis. Quætores autem quæso, num etiam de cistophoro dubitant? Nam si aliud nihil erit, cu[m] erimus omnia experti, ego illud ne quidem contemnam quod extrellum est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimum hoc contempsumus.

## CICERO ATTICO SAL.

32

PRO R S V S, ut scribis, ita sentio: turbatur Sampiceramus: nihil est quod non timendum sit: quod amissio regnante aversio. Quid enim ista repentina affinitatis coniunctio: quid ager Campanus: quid effusio pecuniarum significatio: quæ si essent extrema, tamen esset nimium mali: sed ea narrata tecum est, ut haec extrema esse non possint. Quid enim eos haec ipsa per se delectare possunt: non unquam huc venissent, nisi ad alias res pessimas aditus sibi compararent. Verum ut scribis, haec in Arpinati ad vi circiter Id. Mai. non defleamus, ne opera & oculum philologiz nostræ perierit, sed conferamus tranquillo animo. Dii immortales, neque tam me consolatur, ut ante, quam: quæ nulla in re tam virtutum quam in hac ciuili & publica. Quinetiam, quod est subinane in nobis, & non (bellum est enim sua virtus nosse) afficitur quadam delectatione. Solebat enim me pungere, ne Sampicerani merita in patriam ad annos sexcentos maiora viderentur, quam nostra. Haec quidem cura certe iam vacua est: facit enim ille sic ut Phocis Curiana, stare videatur: sed haec coram. Tu tamen videris mihi Romam fore ad nostrum aduentum: quod sanè facile patiar, si tuo commodo fieri possit: sin ut scribis ita venies, velim è Theophane expiscere quoniam in me animo sit Arabarches, quæ res scilicet: & ad me ab eo quasi: afferte, quemadmodum me geram: aliquid ex eius sermone poterimus: & non suspicari.

## CICERO ATTICO SAL.

33

ACCEP I aliquot epistolas tuas, ex quibus intellexi quam suspensio animo & solicito scire aures quid esset noui. tenetur vindique, neque iam quo minus seruamus, recusamus: sed morte & cæcione, quasi maiora timeremus, qua multo sunt minora: atque hic status qui una voce omnium geminit, neque verbo cuiusquam subleuat: est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere: unus loquitur, & palam aduerterunt adolescentes Curio: huic plausus maximus, cõsulutatio forensis per honorifica signa præterea benevolentiz permulta à bonis impertineat. Fulvi clamoribus & conuictis & sibilis confectionis. His ex tebus non spes, sed dolor est maior: cu[m] videoas ciuitatis voluntate soluta, virtutem alligata. Ac ne forte queras: de singulis rebus, vniuersa res est eadem ducta, spes ut nulla sit, aliquando non modo priuatos, verum etiam magistratus liberos fore. Attamen in oppressione, sermo in circulis duxat, & in cõuiuis est liberior quam fuit: vincere incipit timorem dolor, sed ita ut omnia sint plenissima desperationis. Habet etiam Campana lex excitationem in coitione candidatorum, si mentionem fecerint, quo alter ager possideatur atque ut ex legibus Iuliis. Non dubitare iurare ceteri, Laterensis existimat, ut recte fecisse, quod Trib. pl. petere delitiae ne iuraret. Sed de repub. non liber plura scribere: displaceo mihi, nec sine iumento scribo dolore. Me tuor, ut oppressis omnibus, non demissus: ut tantis rebus gestis, parum fortiter. A Cæsare valde liberaliter inuitor in legationem illam, sibi ut sim Legatus, atque etiam libera legatio voti causa datur: sed haec & praesidii apud furorem Pulchelli non habet satis, & à fratribus aduentu me ablegat: illa & inmitiior est, & non impedit quo minus adsum eum velim: hanç ego teneo, sed ysu-

Q. iii.

rum me non putis: neque tamen scie quisquam: non liber fugere, aucto pugnare, magna sunt hominum studia: sed nihil affirmo, tu hoc filebis. De Statio manumisso, & nonnullis aliis rebus angor equidem: sed iam proflus occallui. Tu vellem, egiove cuperem adesse: nec mihi consilium, nec consolatio deceler. sed ita te para, vt si in clamato, aduoles.

CICERO ATTICO SAL. 34

M V I T A me sollicitant, & ex reip. tanto motu, & ex his periculis quae mihi ipsi intenduntur, & sexcenta sunt. sed mihi nū est molestius, quam Statuum manumisso: nec meū imperiuni, ac mitto imperium, non simultatem meā reuereri saltem. Nec quid faciā scio: neque tantum est in te, quantus est sermo. Ego autem ne irasci possam quidē us̄ quo valde amo: tantum doleo, ac mirifice quidem. Cetera in magnis rebus, mina Clodii contentionēsque que mihi proponuntur, modice me tangunt: etenim vel subire eas videor mihi summa cum dignitate, vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortasse, Dignitatis aū tanquam sp̄t̄ salutis, si me amas, confule. Me misericur, cur non ades nihil profectō te præteriret. Ego fortasse r̄sp̄ct̄, & nimium r̄sp̄ct̄. Scito nihil vñquam fuisse tam infame, tam turpe, tam peræque omnibus generibus, ordinibus, æstatibus offensum, quam hunc statum qui nunc est: magis mēhercule quam vellem, non modo quam putarē. Populares isti iam etiā modellos homines sibilare docuerunt. Bibulus in celo est, nec quare scio: sed ita laudatur, quāsi unus homo nobis cunctando reficitur tem. Pompeius nostri amores, quod mihi summo dolori est, ipse se affixit: nemine tenet: voluntate an meru necesse sit iis uti vereor. Ego autē nequa pugno cū illa causa propter illam amicitiam: neque approbo, ne omnia improbem quæ antea gessi. Vt̄r via populi sensus maxime theatro & spectaculis perspectus est. Nam gladiatoriis, qua dominus, qua adiuvari, sibilis concisiss, Ludis Apollinaribus, Diphilus Tragedus in nostrum Pompeium petulanter insuetus est. Nostra miseria tu es magnus milites coactus est dicere. Eandē virtutē istam veniet tempus cum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit, itemque cetera. Nā & eiusmodi sunt ii versus, vii in tempus ab inimico Pompeii scripti esse videantur. Si neque leges, neque mores cogunt, & cetera magno cum tremitu & clamore suar dicta. Cesar cū vñsler mortuo plausi, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, vt salua cep. Pompeio plaudi so lebat. Tulit Cesar grauiter, literis Capuā ad Pompeii volare dicebantur: iniaci erat equib⁹, qui Curioni stantes plauferant, hostes omnibus. Rosciz legi, etiam frumentariorū militabantur: sanè res erat perturbata. Equidem mīlueram, quod erat suscepsum ab illis, silentio transire: sed vereor ne non licet: non fertint homines quod videtur esse tamen ferendum. Sed est iam vna vox omnium magis odio firmata, quam præsidio. Noster autē Publius mihi minitatur, inimicus est, impendet negotium, ad quod tu scilicet aduolabis: videor mihi noſtrum illum Consulatem exercitum bonoru omnium, etiā satis bonoru habere firmissimum. Pōpeius significat studiu erga me non mediocre: idem affirmat verbū de me illū nō esse facturum: in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mortuo, sum in eius locū inuitatus: id erat vocari in locū mortui. Nihil me turpius apud homines fuisse, neque vero ad istam ipsam sp̄dā quicquam alienius. Sunt enim illi apud bonos inuidiosi: ego apud improbos meam retinuissem inuidiam, alienam adsump̄ssem. Cesar me sibi volet esse Legatum: honestior hæc declinatio periculi, sed ego hoc non repudio. Quid ergo est pugnare malo, nihil tamen certi. Iterum dico, utinam adesse: sed tamen si erit necesse, arcessimus. Quid alius? quid hōe opinor, certi sumus perire omnia. Quid enim ēx̄rā? tam diu Sed hæc scripsi properas, & mēhercule timide. Posthac ad te, aut si perfidelem habebo cui dem, scribam planè omnia: aut si obscuræ scribam, tu tamen intelliges. In his epistolis me Lxlium, te Furium faciam: cetera erunt adhuc. Hic Cæcilium colimus & obseruamus diligenter. Edicta Bibuli audio ad te missa: iis arder dolore & ira noster Pompeius.

CICERO ATTICO SAL.

A N I C A T O, vt te velle intellexeram, nullo loco defui: Numestium ex lictoris suis studiose scriptis, libenter in amicitiam recepi: Cæcilium quibus rebus possum tueor diligenter: Varto satifacit nobis: Pōpeius amat nos, charōsque habet. Credis, inquies: Credo, proflus

mihī persuadet: sed quia, vt video, pragmatica homines omnibus historicis præcepis, ver-  
 • fibus denique cauere iubent, & vetant eredere: alterū facio, vt caueam alterum; vt non cre-  
 dam, facere nō possum. Clodius adhuc mihi denuntiat periculum: Pompeius affirmat non  
 esse periculum, adiurat: addit etiam se prius occisum in ab eo, quām me violatum in. Tra-  
 statur res: simul & quid erit certi, scribam ad te: si erit pugnandum, arcessam ad societatem  
 laboris: si quies dabitur, ab Amalthea re nō commouebo. De rep. breviter ad te scribō, iam  
 enim charta ipsa ne nos prodat pertime co: itaque posthac, si erunt mīhi plura ad te scri-  
 benda, inveni obſcurabonum quidem nouo quodam morbo ciuitas moritur; vt cū o-  
 tunes ea quia sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteque lo-  
 quātur, & iam clare gemant, tamē medicina nulla afferatur. neque enim tefisti fine interne-  
 cione posse arbitramur: nec videmus qui finis cedendi præter exitū futurus sit. Bibulus ho-  
 minum admiratione & benevolentia in celo est: edicta eius & conciones defribunt & le-  
 gunt: nouo quodam genere in summam gloriam venit: populare nīc nihil tam est quām  
 odium populatiū. Hæc quā sunt eruptura timeo: sed si dispicere quid cepero, scribam ad te  
 apertius: si me amas tantum, quantum profecto amas, expeditus facito vt sis: si inelama-  
 ro, vt accurritas: do-operam & dabo ne sit necesse. Quid scriperam te Furium scriptu-  
 rum, nihil necesse est tuū nomen mutare: faciam Leliam, & te Atticū: neque vtr meo  
 chirographo neque signo, si modo erunt eiusmodi literæ quas in alienum incidere nolim.  
 Diodorus mortuus est, reliquit nobis nō fortasse centies. Comitia Bibulus cum Archilo-  
 chio editio in ante diem x v Kal. Non. distulit. A Vibio libros accepi: Poeta inceptus, nec  
 tamen scit nihil, sed est non inutilis. describo, & remitto.

## CICERO ATTICO SAL.

36

D E R E P. quid ego tibi subtiliter: tota periit: atque hoc est miseror quām reliquisti,  
 quod tū videbarūt eiusmodi dominatio ciuitatem opprimitisse, quia succunda eset multitudi-  
 ni, bonis autē ita molesta, vt tamen sine pernicie: nūc repente tanco in odio est omnibus:  
 vt quofius eruptura sit, horreamus: nā iracundiam atque intemperantiam illorum fumus  
 experti, qui Catoni irati, omnia perdidérunt: sed ita lemibus vti videbantur venenis, vt posse  
 videremur sine dolore interire: nūc vero fibilis vulgi, sermonibus honestorū, fremitu Ita-  
 lie veteror ne exarserint. Evidem sperabam, vt sapere etiam loqui tecum solebam, sic orbē  
 reipub. esse conuersum, vt via sonitus audire, via impressam orbitam videre possemus: &  
 fuisset ira, si homines transiit temporestatis expectare potuissent: sed cum diu occulte su-  
 spirarent, postea iam gemere, ad extremam vero loqui omnes, & clamare coepérunt. Itaque  
 ille amicus noster insolens infamiz, semper in laude versatus, circū luens gloria, deformatus  
 corpore, fractus animo, quod se conferat nescit: progressum præcipit, inconstanter re-  
 ditum videt, bonos inimicos habet, improbos ipso nō amicos. Ac vide mollitatem animi;  
 non tenui lacrymas, cū illum ante V 111 Kal. Sextil. vidi de editis Bibuli concionantem,  
 qui antea solitus eset iactare se magnificissimum illo in loco, summo cum amore populi;  
 cunctis fauientibus, vt ille tū humilis, vt demissus erat, vt ipse etiam sibi, non iis solum qui  
 aderant, displicebat. O spectaculum vni Crafo iucundum, ceteris non item: nam quia de-  
 ciderat ex alris, lapsus quām progesus potius videbatur. Et vt Apelles si Venerem, aut si  
 Protogenes Hialysum illum luum cōno oblitum videret, magnum credo acciperet dolo-  
 rem: sic ego hunc omnibus à me pictum & politum artis coloribus, subito deformatum,  
 non sine magno dolore vidi: quanquam nemo purabat propter Clodianum negotium, me  
 illi amicū esse debere: tamen tantus fuit amor, vt exhaustiri nulla posset iniuria. Itaque Ar-  
 chilochia in illum edita Bibuli populo ita sunt iucunda, vt eum locum, vbi proponuntur,  
 præ multitudine corum qui legunt, transfire nequeamus: ipsi ita acerba, vt tabescat dolore:  
 mihi mehercule molesta, quod & cum quem semper dileximus, excruciant: & timeo, tam  
 vhemens vir, tamque acer in ferro, & tam insuetus contumeliz, ne omni animi impetu,  
 dolori, & iracundiz parcat. Bibuli qui sit exitus futurus nescio: vt nūne res se haber, admi-  
 rabili gloria est: qui cū comitia in mensem Octob. distulit, quod solet ea res populi vo-  
 luntatem offendere, putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionem vt iret ad Bibu-

lum:multa cum seditione diceret, vocem exprimere non potuit.Quid queris: sentiunt  
se nullam vilius partis voluntatem tenere, eo magis vis nobis est timor.Clodius inimi-  
cus est nobis.Pompeius confirmat, cum nihil esse facturum contra me: mihi periculosum  
est credere: ad resistendum me paro, studia spero me summa habiturum omnium ordinum.Te cum ego defydero, tum vero res ad tempus illud vocat: plurimum cōfiliis, animi,  
praeſidii denique mihi, si te ad tempus video, accelerit.Varro mihi satis facit.Pompeius \*  
loquitur diuinitus: spero nos aut certe cum summa gloria, aut etiam sine moleſtia disceſſu-  
ros.Tu quid agas, quicquid medium te oblectes, quid cum Sicyontis egeris, ut sciā cura.

CICERO ATTICO SAL.

37

Q.V A M vellē Romę mansisse, profectō si hæc fore putassemus: nā Pulchellum no-  
strum facilime teneremus: aut certe quid esset facturus, scire possemus: nūc se res habet,  
volitat, furiat, nil haber certi, multis denuntia: quod fors obtulerit, id aucturum videtur.Cum  
videt quo sit in odio status hic rerum, in eos qui hæc egerunt, impetum facturus videtur:  
cum autem rursus opes, & vim exercitus recordatur, cōuerit se in nos: nobis autem ipfis,  
cum vim, tum iudicium minatur.Cum hoc Pompeius egit, & vt ad me ipse referebat (aliū  
enīm habeo neminem testem) vehementer egit, cum diceret in summa se perfidis & scele-  
ris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo quem ipse armasset, quā Plebeium fieri  
passus esset, sed fidem receperit sibi, & ipsum, & Appium de me: hanc si ille non feruaret, ita  
laturum, vt omnes intelligenter, nihil sibi antiquius amicitia nostra fuisse.Hæc & in eam  
sentientiam cum multa dixisset, aiebat illum primo sanè diu multa contra, ad extremitum  
autem manus dedisse, & affirmat, tūl se contra eius voluntatem esse facturum. sed postea  
tamen ille non desitit de nobis asperime loqui: quod si non faceret, tamen ei nihil cre-  
deremus, atque omnia, sicut facimus, pararemus: nūc ita nos gerimus, vt in dies singulos;  
& studia in nos hominum, & opes nostræ augantur.Rempub: nulla ex parte attingimus:  
in causis atque in illa opera nostra forensi summa industria versamur: quod egregie non  
modo iis qui vtuntur opera, sed etiam in vulgo gratum esse sentimus: domus celebrantur;  
occurredit, renouatur memoria Consulatus, studia significantur: in eam spem adducimur;  
vt nobis ea contentio qua impenderit, interdum non fugienda videatur.Nunc mihi & cō-  
filiis opus est tuis, & amore & hæde:quare adiuva, expedita mihi erunt omnia si te habebō.  
Multā per Varronem nostrum agi possunt, quæ te virgente firmiora: multa ab ipso Publio  
eliciti, multa cognosci, quæ tibi occulta esse non poterūt: multa etiam, sed absurdum est fini-  
gula explicare, tum ego requiram te ad omnia.Vnū illud tibi persuades velim, omnia mi-  
hi fore explicata, si te video: sed tantum est in eo, si antequam ille ineat magistratum.Pu-  
to Pompeium Crassō virgente, si tu aderis, qui per Bām ex ipso intelligere possis quæ fide  
ab illis agatur, nos aut sine moleſtia, aut certe sine errore futuros. Precibus nostris & co-  
hortatione non indiges: quid mīca voluntas, quid tempus, quid rei magnitudo postulet, in-  
telligis.De repub: nihil habeo ad te scribere, nisi summum odium omnium hominum in  
eos qui tenet omnia: mutationis tamen spes nulla: sed quod facile sentias, cedet ipsum Pō-  
peium, vehementerque ponitet.Non prouideo satis quem exitum futurū putem: sed cer-  
pō videntur hæc aliquo eruptura: Libros Alexandri negligenter hominis, & non boni poe-  
tae, sed tamen non inutilis, tibi remisi. Numerium Numethium libenter accepi in amici-  
tiam, & hominem grauem, & prudentem, & dignum tua commendatione cognoui.

CICERO ATTICO SAL.

38

N V N Q.V A M ante arbitror te epistolam meā legisse nisi mea manu scriptā: ex eo col-  
ligere poteris quanta occupatione distineat: nā cum vacui temporis nihil habarem, & cum  
recreandas voculae causa necesse esset mihi ambulare, hæc diētaui ambulans.Primū igitur  
illad te scire volo, Sampiceratum nostrum amicum vehementer sui status penitere, re-  
stituīque in eum locū cupere ex quo decidit, dolorēmque suum impartire nobis, & medici-  
nam interdum aperte querere, quā ego possem inuenire nullam.Deinde omnes illius par-  
tis authores ac socios, nullo adversario cōfencere. Confessionem vniuersorum nec vo-  
luntatis nec sermonis maiorē vñquam fuisse.Nos autē (nam id te scire cupere certo scio)

publicis consiliis nullis interfumus, totosque nos ad forensem operam laboremque conculimus: ex quo, quod facile intelligi possit, in multa commemoratione eorum terum quas gessimus, desiderioque versamur. Sed ~~etiam~~ noster consanguineus non mediocreis terrores acit atque denunciat, & Sampliceramo negat, ceteris prae se fert, & ostentat. Quamobrem si me amas tantum, quantu profecto amas, si dormis, expurgiscere: si stas, ingredere: si ingrediris, curre: si curris, aduola. Credibile non est quantum ego in consiliis, prudentia tua, quod maximum est, quantum in amore, & fide ponam. Magnitudo rei longam orationem fortasse desiderat, coniunctio verbis nostrorum animorum breuitate contenta est: permagni nostra interest, te si comitis non potueris, at declarato illo, esse Romam. Cura ut valeas.

## CICERO ATTICO SAL.

39

Quia a s. Numestrio literas dedit, sic te his euocabam, ut nihil acerius, neque incieatus fieri posset, ad illam celeritate addet etiam siquid potes, ac ne sis perturbatus: noui enim te, & non ignoror, quam sit amor omnis solicitus atque anxius: sed res est, ut spero, non tam exitu mortali, quam aditu. Vectius ille, ille noster index, Caesar (ut perspicimus) pollicitus est se securatur ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. Itaque insinuatus in familiaritate adolescentis, & cum eo, ut res indicat, sepe congressus, rem in eum locum deduxit, ut diceret sibi certum esse eum suis seruis in Pompeium impetum facere, cumque occidere hoc Curio ad patrem derulit: ille ad Pompeium: res delata ad Senatum est. Introductus Vectius, primo negabat se unquam cum Curione restitisse: neque id sanè diu nem statim fidem publicam postulauit: reclamatum est, tum exposuit, manum fuisse iuuentis duce Curione, in qua Paulus initio fuisse, & Cn. Cepio hic Brutus, & Lentulus Flaminis F. consilio patre postules. C. Septimium Scribam Bibili pugionem sibi à Bibulo artulisse, quod totum irrisum est, Vectio pugionem defuisse, nisi ei Consul dedisset. Eoque magis id electum est, quod ad 111 Id. Mai. Bibulus Pompeium fecerat certiori ut caueret infidias, in quo ei Pompeius gratias eggerat. Introductus Curio F. dixit ad ea quae Vectius dixerat, maximeque in eo tum quidem Vectius est reprehensus, quod dixerat adolescentem consilium, ut in foro cum gladiatoriis Gabinii Pompeium adorarentur, in eo principem Paulum fuisse, quem constabat eo tempore in Macedonia fuisse. Et s. c. ut Vectius, quod confesus esset se cum telo fuisse, in vincula coniucetur: qui cum emisisset, contra rem, esse factum. Res erat in ea opinione ut putarent id esse actum, ut Vectius in foro cum pugione, & item serui eius comprehendenderent cum telis: deinde ille se diceret indicaturum. Idque ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompeium detulissent: tum s. c. in concione recitatum est. Postero autem die Caesar, is qui olim Praetor eum esset, Q. Catullum ex inferiore loco iussit dicere, Vectium in rostra produxit, cumque in eo loco instituit, quod Bibulo c. o. s. almirare non licet. Hic ille omnia quae voluit de rebus dixit, ut qui illuc factus instituisse venisset. Primum Cepionem de oratione sua fuisse, quem in Senatu acerime nominarat, ut appareret noctem, & nocturnam deprecationem intercessisse. Deinde quos in Senatu, ne tempestiva quidem suspicione attigerat, eos nominauit. Luculum, a quo solum esse ad se mitti C. Fanum illum, qui in P. Clodium subscripterat L. Domitium, cuius domum constitutam fuisse unde eruptio fieret, me non nominauit: sed dixit Consulatem disertum vicinum c. o. s. sibi dixisse, Ahalam Scruilium aliquem, aut Brutum opus esse reperiri. Addidit ad extremum, cum iam dimissa coitione tenocatus à Vatinio fuisse, se audisse à Curione his detersus consicuum esse Pilonem generum meum, & M. Laterensem. Nuno reus erat apud Craffum diuitem Vectius de vi: & cum esset damnatus, erat iudicium postulaturus: quod si imperasset, iudicia fore videbantur: ea nos, ut pote qui nihil contemnere solemus, non pertimessemus. Hominum quidem summa erga nos studia significabantur: sed propterea vita tædet, ita sunt omnia omnium miseriarum plenissima. Modo exdem timueramus, quae oratio fortissimi sensis Q. Confidii discusserat: ea quam cotidie timere potueramus, subito exorta est. Quid queris? nihil me fortunatus & Catulo, cum splendore vita, tum hoc tempore: nos tamen in iis miseriis erecto animo & minime perturbato sumus, honestissimeque & dignitatem nostram magna cura tuemur. Pompeius de-

## Ad Atticum

Clodio iubet nos esse sine cura, & suminam in nos bencvolentiam omni oratione significat. Te habere consiliorum authorem, solicitudinum socium, omni in cogitatione conuentum cupio: quare, vt Numestrio mandauit, tecum vt agerer, item atque eo si potest acius te irogo, vt plane ad nos aduoles recipirato, si te video.

CICERO ATTICO SAL.

C V M aliquem apud te laudari tuorum familiarium, volam illum scire ex te me id fecisse, vt nuper me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me recripsisse eam rem summaz tibi voluptati esse: sed ego mallem ad illum scripsisses, nihil illum satissimare: non quo faceret, sed vt faceret: mirabiliter enim moratus est sicut nosti. At Hercule alter tuus familiaris Hortensius, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cu[m] de Flacci Prætura, & de illo tempore Allobrogum diceret: sic habeto, nec amantius, nec honorificentius; nec copiosius potuisse dici: ei te hoc scribere à me tibi esse misum, fane volo: sed quid tu scribas: quē iam ego venire atque adesse arbitror: ita enim egi tecū superioribus literis, Valde te expecto, valde defydero: neque ego magis, quam ipsa res, & tempus poscit. His de negotiis quid scribā ad te, nisi idem quod spernerem, nil desperatus: his, quorū opera, nihil maiore odio: nos, vt opinio & spes & conjectura nostra fert, firmissima bencvolentia hominū muniti sumus. Quare aduola, aut expedes nos omni molestia, aut eris particeps. Ideo sum brevior, quod ut spero, coram breui tempore cōferte quā volumus licet. Cura vt valeas.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER TERTIVS.

CICERO ATTICO SAL.

C V M antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum: tum verò vt legi rogationē, intellexi ad iter, id quod constitui, nihil mihi optatus cadere posse, quam vt tu me quamprimum consequare: vt cum ex Italia profecti essemus, siue per Epeirum iter esset faciendum, tuo tuorumque praefidio veteremur: siue aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. Quamobrem te oro des operam, vt me statim consequare: facilis pores, quoniam de prouincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur.

CICERO ATTICO SAL.

I T I N E R I S nostri causa fuit, quod non habebam locum, vbi pro meo iure diutius esse possem, quam fundum Sicæ, præsertim nondum rogatione correcta: & simul intelligebam, ex eo loco si te haberem, posse me Brundisium referre: sine te autem non esse nobis illas parteis tenendas propter Autroniū. Nunc, vt ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rci capiemus. iter esse molestum scio, sed tota calamitas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo perculso & abiecto. Cura vt valeas. Dat. V Id. Apr. Naris Luc.

CICERO ATTICO SAL.

V T I N A M illum diem videcam cum tibi agam gratias quod me vivere coegeristi. Adhuc equidem valde me penitet, sed te oto vt ad me Vibone statim venias, quod ego multis de causis converti iter meum. Sed ob si veneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere potero: si id non feceris, mirabor. sed confido te esse facturum.

CICERO ATTICO SAL.

M I S E R I A E nostræ potius velim, quam incōstantiaz tribuas, quod à Vibone, quo te arcessibamus, subito discessimus: allata est enim nobis rogatio de pernicio mea: in qua quod confessum esse audieramus, erat eiusmodi. Ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. Illud cum petuere non liceret, statim iter Brundisium versus contuli ante diem rogatio-

• nis, ne & Sica, apud quem eram, periret, & quod Melitz esse non licebat. Nunc tu prope;  
vt nos consequare, si modo recipiemur: adhuc inuitamus benigne, sed quod superest time-  
mus. Me mi Pomponi valde pecciter viueret, qua in re apud me tu plurimum valuisti. sed  
hac coram fac modo vt venias.

## CICERO ATTICO SAL.

45

TERENTIA tibi & saepe & maximas agit gratias, id est mihi gratissimum. Ego vi-  
uo miserrimus, & maximo dolore coñsilio. Ad te quid scribam, nefcio. Si enim es Romæ,  
iam me allequi non potes: sun es in via, cum eris me affectus, coram agemus quæ erunt  
agenda. tantum te oro, vt quoniam meipsum semper amasti, vt eodem amore sis. Ego e-  
nam idem sum. Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt. Cura vt valeas. Dat.

VIII Id. Apr. Turi.

## CICERO ATTICO SAL.

46

NON fuerat mihi dubium quin te Tarenti aut Brundisii visurus essent: Idque ad multa  
pertinuit, in eis, & vt in Epeiro consisteremus, & de reliquis tebus tuo consilio vteremur.  
quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. No-  
bis iter est in Asiam, maxime Cyzicum. Tibi meos communedo: me vix miserique sustento.  
Dat. X I I I Kal. Mai. de Tarentino.

## CICERO ATTICO SAL.

47

B R V N D I S I V M veni ad Kal. Mai. eo die pueri tui mihi à te literas tediiderunt, &  
lii pueri post diem tertium eius diei alias literas attulerunt. Quod me rogas & horraris vt  
apud te in Epeiro sim, voluntas tua mihi valde grata est, & minime noua, sed cõsilia mi-  
hi quidem optatum, si licet ibi omne tempus consumere. Odi enim celebritatem, fugio  
homines, lucem, apicere vix possum. Eset mihi ista solitudo, presertim tam familiaris in  
loco, nō amara: sed itineris causa, vt diuorcerem, primum est deuium: deinde ab Antronio,  
& ceteris quadridui: deinde sine te. Nam Castellum munitum habitati mihi prodesset, trans-  
eundi non est necessarium. Quod si auderem, Athenas petarem, sanè ita cadebat vt velle:  
nunc & nostri hostes ibi sunt, & te non habemus, & veremur ne interpretetur, illud quo-  
que oppidum ab Italia non satis abesse: nec scribis quā ad diem te expectemus. Quod me  
ad vitam vocas, vnum effici, vt à me manus abstineam: alterum non potes, vt me non no-  
stri consiliū vitezique pecciterat. Quid enim est quod me retineat? preferim si spes ea nō est  
quæ nos proficiat, prosequatur. Non faciam vt enumerem miseras omnes in quas  
incidi per summam iniuriam & scelus non tam inimicorum meorum quā inuidorum:  
ne & mecum moerorem exagitem, & te in cunctum luctum vocem: hoc adfirmo, neminem  
vnquam tanta calamitate cīc affectum, nemini mortem magis optandam fuisse: cuius op-  
petendae tempus honestissimum prætermissum est. Reliqua tempora non sunt tam ad me-  
dicinam, quā ad finē doloris. De rep. video te colligere omnia quæ putas aliquā spem  
mihi polle afferre mutandarum reuin: quæ quanquam exigua sunt, tam quoniam placet,  
expectemus. Tu nihil minus si properaris, nos consequere: nam aut accedemus in Epe-  
riū, aut tarde per Gandaviam ibimus. Dubitationem autem de Epeiro nō inconstantia  
nostra afficerat, sed quod de statre, vbi cū visuri essemus, nefciebamus: quem quidem ego,  
nec quomodo visurus, nec vbi dimissurus sum scio, id est maximum & miserrimum mearū  
omnium misericordiarum. Ego & saepius ad te, & plura scriberem, nisi mihi dolor meus, cum  
omnies partea mentis, num maxime huius generis facultatem ademisset. Videre te cupio,  
cura vt valeas. Dat. Prid. Kalen. Mai. Brundisi, proficiscens.

## CICERO ATTICO SAL.

48

S C R I P S E R A M ad te quas ob causas in Epeirū nō essemus profecti, quod & Achaea  
prope est, & plena audacissimorum inimicorum, & exitus difficiles haberet, cum inde profici-  
sceremur. accessit, cū Dyrrachii essemus, vt duo nunci afferrētur: unus, clavis fraterem E-  
pheſo Athenas: alter, pedibus per Macedoniā venire. Itaque illi obuiam misimus Athenas,  
vt inde Theſſalonicā veniret. Ipsi processimus, & Theſſalonicā ad x Kal. Iun. venimus, ne-  
que de illius itinere quicquam certi habebamus, nisi cū ab Epheso antē aliquanto profectū.

Nunc istie quid agatur magnopere timeo: quanquam tu altera epistola scribis Id. Mai audire, fore vt actius postularer: altera, iam esse miriora: sed haec est pridie data quam illa, quo cōtuber magis. Itaque cum meus me incertor cotidianus lacerat & cōficit, tum vero hīc addita cura vix mihi vitam reliquā facit. Sed & nauigatio perdifficilis fuit: & ille incertus: vbi ego essem, fortasse alium cursum petuiuit. nā Phaeto lib. eum non vidit, vento reiectus ab illo in Macedoniā Pellæ mihi praefato fuit. Reliqua quam mihi timenda sint video: nec quid scribam habeo, & omnia timeo: nec tam miserum est quidquam, quod non in nostrā fortunam cadere videatur. Evidē adhuc miser in maximis meis zrumnis & luſtibus hoc metu adiecto maneo Thessalonice suspensus: nec audeo quicquā. Nunc ad ea quæ scripsi. Tryphonem Cæciliū nō vidi. Sermonem tuum & Pompeii cognoui ex tuis literis. Motum in rep. nō tantum ego impendere video, quantum tu aut vides, aut ad me consolandum afferas. Tigrane enim neglecto, sublata sunt omnia. Varroni me iubes agere gratias. faciā. item Hypsico. Quod suades ne longius discedamus, dum acta mensis Maii ad nos perferantur: puto me ita esse facturū: sed vbi, nondum statui: atque ita perturbatio sum animo de Quinto, vt nihil queam statuere, sed tamen statim te faciam certiorēm. Ex epistolārū mearum inconstantia, puto te mētis mez motum videre: qui et si incredibili & singulari calamitate afflictus sum, tamen non tā ex miseria, quam ex culpa nostrā recitatione commonor: cuius enim scelere impulsū ac proditi simus, iam profecto video: atque utinam iam ante vidisses, neque totum animum tuum mororū meū simul dedidisse. Quare cum me afflictum & confectum luctu audies, existimato me fultitiae mez penam ferre grauius, quam euenti, quod ei crediderim quem esse nefarium non putaram. Me & meorum malorū memoria, & metus de fratre in scribendo impedit. Tu illa omnia vide & gubernā. Terentia tibi maximas gratias agit. Literarum exemplum, quas ad Pompeiū scripsi, misi tibi. Dat. 1111 Kal. Mai. Thessalonica.

## CICERO ATTICO SAL.

49

QFRATER cum ex Asia discessisset ante Kal. Mai, & Athenas venisset Id. Mai, valde fuit ei properandum, nequid absens acciperet calamitatis, si quis forte fuisset qui cōtentus nostris malis nō esset. Itaque eum malui properare Romā, quam ad me venire: & simul/dicam enim quod verum est, ex quo magnitudine miseriarum mearum perspicere possis) animum inducere non posui vt aur illum amantisimum mei, mollissimo animo, tanto in mortore aspiceret, aut meas miseras luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerret, aut ab illo aspici pateret. Atque etiā illud timebam, quod profecto accidisset, ne à me digredi non posset, versabatur mihi tempus illud ante oculos, cū ille aut lictores dimitteret, aut vi eucliceretur ex complexu meo. Huius acerbitatē cūtum, altera acerbitate nō videndi fratris vitaui in hūc me casum vos vivendi authores impulisti. Itaque mei peccati luo peناس: quanquam me tuꝝ litera sustentant, ex quibus quantū tu ipse speres, facile perspicio: & quæ quidem tamen aliquid habebant solatii antequā eō venisti à Pompeio. Nunc Hortēsum allice & eiusmodi viros. Obsecro mi Póponi, nondum perspicis, quorū opera, quotū infidili, quorum scelere perierimus. Sed tecum haec omnia corā agemus. tantum dico, quod scire te puto, nos non inimici, sed inuidi perdiderunt. Nunc si ita sunt quæ speras, sustinebimus nos, & spe, quæ iubes, niteamur: sī, vt mihi videntur, firma sunt, quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo sit. Terentia tibi sape agit gratias. Mihi etiam ynum de malis in metu est, fratris miseri negotium: quod si scīa cuiusmodi sit, sciam quid agendum mihi sit. Me etiam nunc istorum beneficiorū & literarum expectatio, vt tibi placet, Thessalonice tenet. Siquid erit noui allatum, sciam de reliquo quid agendum sit. Tu, si vt scribis, Kalen. Iun. Roma profectus es, propediem nos videbis. Literas quas ad Pompeium scripsi, tibi misi. Dat. Id. Iun. Thessalonice.

## CICERO ATTICO SAL.

50

ACTA quæ essent usque ad V 111 Kal. Iun. cognoui ex tuis literis, reliqua expectabam (vt tibi placebat) Thessalonice: quibus allatis, facilius statuere potero vbi sim. Nam si erit causa, siquid agetur, si spem vidcro, aut ibidem operiar, aut me ad te conseram: sī vt tu

scribis, ista euauerint, aliquid aliud videbimus. omnino adhuc nihil mihi significatis, nisi discordiam istorum: quæ tamen inter eos de omnibus potius rebus est, quam de me. itaque quid ea mihi proficit nescio. Sed tamē quoad me vos sperare vultis, vobis obtemperabo. Nā quod me tam sepe & tam vehementer obiurgas, & animo infirmo esse dicas, quæcō equod tantum malum est quod in mea calamitate nō sit? Ecquis vñquam ex tam amplio statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratia, tantis præsidii bonorum omnium concidit possum obliuisci qui fuerim, non seneire qui simus quo caream honore: qua gloria: quibus liberis: quibus fortunis: quo fratre quem ego (vt nouum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem quam meipsum, semp̄que fecissem, virau ne videre: ne aut illius luctum squalorēque aspicarem, aut me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi afflictione offret. Mitto cetera intolerabilia: etenim fletu impedit. Hic utrum tandem sum accusandus: quod doleo, an quod commisi vt hæc aut nō retinerem; (quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie cōsilia intreretur) aut certe viuis non amitterem? Hæc eo scriptū, vt potius releuaret me, quod facis, quam aut castigacione: aut obiurgatione dignum putares: eboque ad te minus multa scribo, quod & metore impecdior, & quid expectem illine magis habeo, quam quid ipse scribam: quæ si erunt allata, faciam te nostri consilii cernorem. Tu, vt adhuc fecisti, quam plurimi de rebus ad me velim scribas, vt proſus nequid ignorem. Dat. x i i i i Kal. Quint. Thessalonice.

## CICERO ATTICO SAL.

51

M E B E T tua literæ & quidam boni nuncii, non optimis tamen authoribus, & expectatio vestrarum literarum, & quod tibi ita placuerat, adhuc Thessalonice tenebant. Si acceptero literas quas expecto, si spes erit ea quæ rumoribus afferebatur, ad te me conferam: si non erit, faciam te certiorum quid egerim. Tu me, vt facis, opera, consilio, grana iuuia: cōsoli iam define, obiurgare vero noli. quod cum facis, vt ego tuum amorem & dolorem defydero, quem ita affectum mea ærumnæ esse arbitror, vt te ipsum consolati nemo possit. Q. frarem optimum humanissimumque sustenta. Ad me obsecro te vt omnia certa perscrivas. Dat. x i i i i Kal. Quintil.

## CICERO ATTICO SAL.

52

T V Q. V I D E M sedulo argumentaris quid sit sperandum, & maxime per Senatum: idēmque caput rogationis proponis. Scribis quare in Senatu dici nihil licet: itaque filetur. Hic tu me accusas quod me afflictum, cum ita sim afflictus vt nemo vñquam, quod tute intelligis. Spem ostendis secundum comitia, quæ ista est codem Trib. pl. & inimico cōs. Def. Percussisti autē me etiā de oratione prolata: cui vulnери, vt scribis medere, siquid potes. Scripti equidem olim ei iratus, quod ille prior scripsérat: sed ita cōpresaeram, vt nunquam manaturum putarem: quomodo exciderit nescio. sed quia nūquam accidit vt cum eo verbo uno concertarem, & quia scripta mihi videtur negligenter quam ceteræ, puto posse probari nō esse meam. Id, si putas me posse sanari, cures velim: fin planè perū, minus labore. Ego etiam nunc codem in loco iaceo sine sermone villo, sine cogitatione vlla. Licteti tibi, vt scribis, significarem, vt ad me venires Sidona, tamen intelligo te istuc prodesse, hic ne verbo quidem levere me posse. Non quo plura scribere, nec est quod scribā: veltra magis expecto. Dat. x v Kal. Sextil. Thessalonice.

## CICERO ATTICO SAL.

53

Q V O D ad te scripsérām, me in Epeiro futurum, posteaquam extenuari spem nostrā, & euaneſcere vidi, mutauī consiliū: nec me Thessalonica cōmouī, vbi esse statuerā, quoad aliquid ad me de eo scriberes quod proximis literis scripseras, fore vti secundum comitia: aliquid de nobis in Senatu ageretur: id tibi Pompeiū dixisse. Qua de te quoniā comitia habita sunt, cūque nihil ad me scribis, proinde habebo ac si scripſiles nihil esse, mēque tēporis non longinqui spē ductum esse moleste ferā. Quem autem motū te videre scripseras, qui nobis vtilis fore videretur, cū nūciant qui veniunt nullum fore. In Tribb. pl. Def. reliqua spes est: quam si expectaro, nō erit quod putes me casuꝝ mez, volintanī meorum defuisse. Quod me spē accusas cur hūc meum casum tam grauitate feram, debes ignoscere: cū ita

me afflicatum videas ut neminem vnam nec videris, nec audieris. Nam quod scribis te audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi vero mens integra est, atque utinam tam in periculo fuisset, cum ego ius, quibus mea salutem charissimum eis arbitrabat, inimicissimus crudelissimusque vius sum: qui ut me pauli inclinari timore viderunt, sic impulerunt, ut omni suo sceleri & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc quoniam est Cyzicum nobis eundum, quo tarius ad me literae perferentur, hoc velim diligenter omnia, que putaris me scire opus esse, perfribas. Q. fratrem meum fac diligas, quem ego miser, si in columnam reliquo, non me totum perfice arbitrabor. Dat. Non. Sextil.

## CICERO ATTICO SAL.

54

EX TVIS literis plenus sum expectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit aut ostendet. Comitiam enim credo esse habita, quibus absolutis scribis illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, qui sperare facis tuo iussu: & scio te me iis epistolis potius, & meas spes solitum esse temorari. Nunc velim mihi plane perfribas quid videoas. Scio nos nostris multis peccatis in hanc zrumnam incidisse: ea siqui casus aliqua ex parte correxerint, minus moleste feremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego propter viz celebritatem & cotidianam expectationem retinui nouarum, non comouiri me adhuc Thessalonica: sed iam extradimur, non a Plancio (nam is quidem retinet) vetum ab ipso loco minime apposito ad tollerandam in tanto luctu calamitatem. In Epeiru ideo, ut scriberam, non iuri, quod subiti mihi vniuersi nuncii venerant & literae quare nihil esset necesse quam proxime Italiam esse. Hinc si aliquid à comitiis audierimus, nos in Asiam conuertemus: neque adhuc stabat quod potissimum, sed scies. Dat. xii Kalend. Sextil. Thessalonica.

## CICERO ATTICO SAL.

55

ACC E P I Idib. Sext. quatuor epistolas à te missas. vnam, qua me obiurgas, ut sim firmiter: alteram, qua Crassi libertum ait tibi de mea sollicitudine macieque narrasse: tertiam, qua demonstras acta in Senatu: quartam de eo quod à Varrone scribis tibi esse confirmatum de voluntate Pompeii. Ad primam tibi hoc scribo, me ita dolere, ut non modo à mente non defecer, sed id ipsum doleam, me tam firma mente vbi vtar, & quibuscum non habere. Nam si tu me vno non sine moerore careres, quid me censes qui & te, & omnibus & si tu incolmis me requiris, quomodo à me ipsam incolumentem defuderari putas? Nolo commemo rare quibus rebus sum spoliatus, non solum quia non ignoras, sed etiam ne scindam ipse dolorem meum. hoc confirmo, neque tantis bonis esse priuatum quenquam, neque in tantis miseriis incidisse. Dies autem non modo non leuat luctum hunc, sed etiam auget. nam certi dolores mitigantur vetustate, hic non potest non & sensu praesentis miseris, & recordatione praterite vita cordis augeri. Defydero enim non mea solu, neque meos, sed me ipsum. Quid enim sum nisi non facias, ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vnicibus sapiens manus asseram. Nam quod purgas eos quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catone: ego vero tantum illum puto ab illo scelere absuisse, ut maxime doleam plus apud me simulatione aliorum, quam istius fidem valuisse. Ceteri quos purgas, debent mihi purgari esse, tibi si sunt, sed huc sero agimus. Crassi libertu nihil puto syncreti locutum. in Senatu rem probare scribis actam. sed quid Curio: an illam orationem non legit quae vnde sit prolata neficio. Sed Axius eiusdem dici scribens ad me acta, non ita laudar Curionem. At, potest ille aliquid praetermittere: tu nisi quod erat, profecto non scripsisti. Varronis sermo facit expectationem Caesaris: atque utinam ipse Varro incumbat in caufam: quod profecto cum sua sponte, tum te infante faciet. Ego, si me aliquando vestri & patrizi compotem fortuna fecerit, certe efficiam ut maxime latere vnu ex omnibus amicis, meaque officia & studia, quae parum antea luxerunt (fatendum est enim) sic exequar, ut me aequum tibi, ac fratri & liberis nostris restituam putes. Siquid in te peccavi, ac potius quoniam peccavi, ignoresceris in me enim ipsum peccavi vehementius. Neque huc eò scribo, quod te non meo casu maximo dolore esse affectum sciamus: sed profecto si quantum me amas, & amasti, ratiū amare deberes ac debuisse, nunquam elles passus me, quo tu abundabas, egere consilio: nec elles passus mihi persuaderi, vtile nobis esse legem de collegiis perferti. Sed tu tantum la-

crysas præbuisti dolori meo, quod erat amoris; tanquam ipse ego: quod meritis meis perfec-  
tum es; potuit, ut dies & noctes quid mihi faciendū esset, cogitares; id abs te meo, nō tuo  
scelere prætermisum est. Quod nō modo tu, sed quisquam fuisse, qui me Pōpēi minus li-  
berali responso perterritū a turpissimo cōsilio renocaret, quod vnius tu facere maxime po-  
tuerit; aut occubuisse honeste, aut viatores hodie viuenteremus. Hie mihi ignoscas; me enim  
ipsum multo magis accuso: deinde te, quasi me alterum, & simul meū culpa scium quan-  
do refutior, etiam minus videbimur deliqueris: abs teque certe, quoniam nullo nostro  
tuo ipsius beneficio diligemur. Quod te cum Culcoote scribis de prīilegio locutū, est ali-  
quid, sed multo est melius abrogari. si enim nemo impedit, sic est firmius: sū erit, qui ferri  
non sūna, idem s. c. interceder, nec quicquam aliud opus est, quām abrogari. nam prior lex  
nō nihil lēdebat quā si, vt est promulgata, laudare voluissemus, aut vt erat negligēta, ne-  
gligere, nocere omnino nobis nō potuissest. Hie mihi primū mēū cōsilium defuit, sed etiam  
obtūr. Cœci, exz in qua fuisse in vestitu mutando, in populo rogando: quod nīs no-  
minatim mecum agi coepit esse, fieri perniciōsum fuisse sed pergo præterita, verūamen  
ob hanc causam vt siquid ageretur, legem illam, in qua popularia multa sunt, ne tangatis.  
verū est stultum me precipere quid agatis, aut quomodo: vñiam modo agatur aliquid.  
Multā occultant tuz literas, credo ne vehementer desperatione perturber. Quid enim vi-  
des agi posse, aut quomodo: per Senatūm altū tute scripisti ad me, quoddam caput legis  
Clodium in curia postē fixisse, ne referri, néve dici licet. Quomodo igitur Dominus se  
dixit relatum? Quomodo autem iis, quos tu scribis, & dc re dicentibus, & vt referretur  
postulantibus, Clodius tacuit. Ac si per populū, poteritne nisi de omnīm Tribb. pl. sen-  
tentia: quid de bonis: poteritne restituiraut si non poterit, egomet quomo-  
do potero? Hęc nīs vides expediri, quā in spē me vocas: si autem spē nihil est, quā  
mihi vita? Itaque expecto Thessalonicaꝝ acta Kal. Sext. ex quibus statuam in tuosñe agros  
confugiam, vt neque videam homines quos nolim: & te, vt scribis, videam, & propius sim;  
siquid agatur? idque intellexi, cum tibi, tum Q. fratri placere: an abeam Cyzicum. Nēc Pō-  
poni, quoniam nihil imperitiū tuz prudentiz ad salutem meam, quod aut in meipso sati-  
es; consiliū decretas, aut te nil plus mihi debere, quām vt p̄festo es, quando quidem ego  
proditus, inductus, coniectus in fraudem omnia mea p̄fudia neglexi, totam Italiam in  
me erētam ad me defendendum destitui & reliqui, me meis tradidi inimicis, inspestante  
& taente te: qui si non plus ingenio valebas, quām ego, certe timebas minus: si potes, eri-  
ge afflictos, & in eo nos iuuas: sū omnia sunt obstrūcta, id ipsum fac vt sciamus, & nos ali-  
quando aut obiurgare, aut comiter cōsolari define. Ego si tuam fidē accusarem, nō me po-  
tissimum tuis testis crederem: meam amentiam accuso, quod à te tantū amari, quantum  
ego vellem, putauis: quod si fuisse, fidē candem, curā maiorem adhibuisse, me certe ad exi-  
tūm p̄cipitatem retinuisse: istos labores, quos nunc in naufragiis nostris fulcīps, non  
subfisces. Quare fac, vt omnia ad me perspecta & explorata perfribas: mēcū vt facis, velis  
es; aliquem, quoniam qui fui & qui esse potui, iam esse non possum: & vñis literis non te,  
sed meipsum a me es; accusatum putas. Siq̄i erunt quibus putes opus es; meo nomine  
literas dari, velim confribas, curcūque dandas. Dat. x 1111 Kal. Septemb.

## CICERO ATTICO SAL.

57

TOTVM iter mihi incertū facit expectatio literarum vñstrarū Kalend. Sext. datarum:  
nō aliud aliquid, si spes erit, Epeirum: sū minus, Cyzicum, aut aliud quid sequemur. Tux  
quidem literas, quo Lapius à me legitur, hoc spem faciunt mihi minorem quām cum le-  
dere sunt: tum id quod attulerunt ad spem, infirmant: vt facile appareat, te & consolationi  
scriuire & veritati: idque te rogo planè, vt ad me, quā scis, vt erunt, quāz putabis, ita scribas.  
Dat. x 11 Kalen. Septemb.

## CICERO ATTICO SAL.

58

DE Q. fratre nuncii nobis tristes, nec varij venerant, ex ante dicm Non. Jun. vñque ad  
prid. Kalend. Septemb. Eo autem die Liuinus M. Reguli lib. ad me à Regulo missus venit. is  
omnino mentionem nullam factam es; nunciauit, sed fuisse tamen sermonem dc C. Clo-

R.i.

## Ad Atticum

dii filio: isque mihi tum à fratre literas attulit: sed postridie Seclii pueri venerunt, qui à te literas attulerunt, non tam exploratas à timore, quām sermo Liuum fuerat. Sane tum in meo infinito motore sollicitus, & eo magis, quod Appū spectio est. Cetera quæ ad me cīdem literis scribis de nostra spe, intelligo cīs languidiora quām alii ostēdunt. Ego autem, quoniam non longe ab eo tempore absutus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc cīcum hac loca commorabor. Scribit ad me frater omnia sua per te vnum sustineri. Quid te aut horter, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas? Tantum velim fortuna de nobis potestatem, vt incolumes amore nostro perfruamur. Tuas literas semper maxime expecto: in quibus caue ne aut diligentia tua mali molesta, aut veritas acerba sit. Dat. prid. Non. Sept.

CICERO ATTICO SAL.

59

**E X P E C T A T I O N E M** nobis nō parvū attuleras, cū scriperas Varonē tibi pro amicitia cōfirmasse, causam nostrā Pompeiū certe suscepimus, & sumū à Cesare ei literæ, quas expectaret, remissæ esent, auctōrē etiam datūr. vtrum id nihil fuit an aduersitate sunt Cæsari literæ: an est aliquid in spe? Et iā illud scriperas, cūndē secundū comitia dixisse. Fac (si vides quantis in malis iaceam, & si putas cīs humanitatis tuæ) me, fac de tota causa nostra certiorcm. Nam Q. frater homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mitti spei plena, metuens credo defectionem animi mei. Tuæ autem literæ sunt variae: neque enim me desperare vis, nec temere sperare. Fac obsecro te, vt omnia quæ perspici à te possunt, sciamus.

CICERO ATTICO SAL.

60

Q. V O A D eiusmodi mihi literæ à vobis afferebantur, vt aliquid ex iis esset expectandū, spe & cupiditate Thessalonicæ retentus sum. Posteaquā omnis actio huius anni cōfecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui, quod & celebritas mihi odio est, & si fieret aliquid à nouis magistratibus, abesse longe nolebam. Itaque in Epeirū ad te statui me cōserere: nō quod mea interest loci natura, qui lucem omnino fugerē, sed ad salutem libētissime ex tuo portu proficiscar. & si ea præcīla erit, nūquam facilius hanc miserrimā vitam vel sustentabo, vel quod multo est melius, abiecero cū paucis, multitudinem dimittā. Me tuæ literæ nūquam in tam spē adduxerunt, quantā aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quām tuæ literæ. Sed tamen quoniam coptū est, ego, quoquo modo exceptum est, & quacūque de causa, non deseram, neque optimi atque vniū fratris miserias ac luctuosas preces, nec Seclī, ceterorumque promissa, nec spēm ærumnosissimæ mulieris Teretiz, nec miserrimæ mulieris Tulliolæ obsecrationē, & fideles literas tuas. Mihi Epeirus aut iter ad salutē dabitaur quod scripsi supra, te oro & obsecro Póponi, si me omnibus amplissimis, charissimis, iucundissimisque rebus perfidi hominū spoliatum, si me à meis cōsiliariis proditum & proiectum vides, si intelligis me coactum, vt ipse me & meos perderem, vt me tua misericordia iuues: & Q. fratre, qui potest esse saluus, iustentes: Terentiam liberōque meos tueare: me, si putas te istic visurum, expecte: si minus, inuicias si potes: mihi que ex agro tuo rātum aſſignes, quantum meo corpore occupari potest: & pueros ad me cum literis quamprimum & quam ſepiſſime mittas. Dat. x vi Kal. Octob.

CICERO ATTICO SAL.

61

**Q. C A E C I L I O Q. F.** Póponiano Attico, quod quidē ita cīs, & auſculū tuū functū cīs officio, vehementissime probo. gaudere me tum dica, si mihi hoc verbo licebit vti. Me miserū, quām omnia esent ex sententiā, si nobis animus, si cōſilīū, si fides corū quibus credidimus, nō defuillet. quæ colligere nolo, ne augē auctorē. Sed tibi venire in mentē certe scio, quæ vita effet nostra, quæ suauitas, quæ dignitas: ad quæ recuperāda per fortunas incūbe vt facis: diēmque natale reditus mei cura, vt in tuis zēdibus amoenissimis agā tecū & cū meis. Ego huic spei & expectationi, quæ nobis proponitur, maxime tamē volui praefotari apud te in Epeiro: sed ita ad me scribitur, vt putē cīs cōmodius nos cīlē in locis cīs. De domo, & Curionis oratione, vt scribis, ita cīs in vniuersa salute, si ea modo nobis restituerit, incurrunt omnia, ex quibus nihil malo, quām domum: sed tibi nihil mando nominatim: totū me tuo amori fideique commēdo. Quod te in tanta hæreditate ab omni occupatione ex-

pedisti, valde mihi gratum est. Quod facultates tuas ad meam salutem polliceris, ut omnibus rebus à te præter ceteros iuuer, id quantum sit præsidium, video: intelligoque multas partes meæ salutis & suscipere, & posse sustinere, neque ut ita facias togadum esse. Quod me vetas quidquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum aut prætermissum videbatur, geram tibi morem, & liberabor ista cura: tibi tamen eo plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, quam in te mea. Velix quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas, tuisque omnes ad nostram salutem adhortere. Rogatio Seltii, neque dignitatis satis habet, nec cautionis, nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius scribi, & id animaduertas velim. Dat. IIII. Non. Octob. Thessalonicez.

## CICERO ATTICO SAL.

62

TRIGINTA dies erant ipsi, cum has dabam literas, per quos nullas à vobis accep-  
ram. Mihi autem erat in animo iam, ut ante ad te scripsi, ire in Epeirum, & ibi omnem  
casum potissimum expectare. Te oro, ut siquid erit quod perspicias quancunque in partē,  
quam planissime ad me scribas: & meo nomine, ut scribis, literas quibus putabis opus esse,  
ut des. Dat. V. Kal. Nou.

## CICERO ATTICO SAL.

63

ESTSI diligenter ad me Q. frater & Piso, quæ essent acta, scriperant: tamen vellem tua te occupatio non impeditisset, quo minus, ut confuseti, ad me quid ageretur, & quid intelligeres, perscriberes. Me adhuc Plancius liberalitate sua retinet iam aliquoties conatum ire in Epeirum. Spec homini est iniecta non eadem quæ mihi, posse nos vna decedere: quam rem sibi magno honori sperat fore. Sed iam eum aduentare milites dicuntur, faciendu nobis erit ut ab eo discedamus: quod cù faciemus, ad te statim mittemus, ut scias vbi sumus. Lentulus suo in nos officio, quod & te & promissus & literis declarat, spem nobis nonnullam assert Pöpeli voluntatis: sepe enim tu ad me scripsi cum totum esse in illius potestate. De Metello scriptis ad me frater, quantu speraret, profectu esse, per te mihi Pöponi pugna, ut tecū, & cum meis mihi licet vivere, & scribe ad me omnia. pector tu luctu, tu de-  
siderio omnium rerū, quæ mihi me chariores semper fuerant. Cura ut valcas.

64

EGO, quod per Thessaliam sū item in Epeirum, perdiu nihil eram auditurus, & quod mei studiosos habeo Dyrachinos, ad eos perrexī, cù illa superiora Thessalonicez scrip-  
sem. inde cum ad te me conuertam, faciam ut scias. Tuque ad me velim omnia quamdili-  
gentissime, cuicuimodi sunt, scribas. Ego iam autem, aut ne spem quidem exspecto. Dat.  
V. Kal. Decemb. Dyrachii.

## CICERO ATTICO SAL.

65

AD V. Kal. Decemb. treis epistolas à te accepi. vnam, datam ad V. IIII. Kalē. Nou. in qua me hortaris ut forti animo mensem Ian. exspectem: eaque quæ ad spem putas pertinere de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perscribis. In altera epistola præter confucitudinem tuam diem non adscribis, sed satis significas tempus. Lege enim ab octo Tribb. pl. promulgata, scribis te eas literas eo ipso die dedisse, id est ad IIII. Kalend. Nou. & quid putas utilitatis eam promulgationem attulisse, scribis. In quo si hæc iam non sita salus cum hæc lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanem meam diligentiam miserabilem potius, quam ineptam putas: si est aliquid spesi, des operam ut maiore diligentia posthaec à nostris magistratibus defendamus. Nam ca veterum Tribb. plcb., rogatio tria capita habuit. Vnum, de redditu meo seripsum incerte, nihil enim restituunt præter ciuitatem & ordinem, quod mihi pro meo calu sati est: sed quæ cauenda fuerint, & quo modo, te non fugit. Alterum caput est tralatitium de impunitate, siquid contra alias leges eius legis ergo factum sit. Tertium caput, mi Pomponi, quo consilio, & à quo sit inculcatum, vide. scis enim Clodium sanxisse, ut vix, aut omnino non posset nec per Se-  
naturn, nec per populum infirmari sua lex. Sed vides nunquam esse obseruatas sanctio-  
nes earum legum quæ abrogarentur, nam si id esset, nulla ferè abrogari posset: neque enim illa est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis: sed cum lex abrogatur, il-  
R. ii.

## Ad Atticum

lud ipsum abrogaretur, quomodo eam abrogari oporteat. Hoc quum se vera ita sit, cum semper ita habitu obseruatimq; sit, octo nostri Tribb.pl. caput posuerunt hoc, s i Q V I D IN HAC ROGATIONE SCRIPTVM EST, QVOD PER LEGES PLEB. VE SC. HOC EST, QVOD PER LEGEM CLODIAM PRO- MVLGARE, ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE S. F. SVA NON LICEAT, NON LICVERIT: QVOD VEL QVI PROMVL- GAVIT, DEROGAVIT, OB EAM REM POENAE MVLTAEVE SIT E H. IN R. atque hoc in illis Tribb.pl. nō ladebat. Lege enim collegii sui nō tenebantur, quo maior est suspicio malitiz alicuius, cū id quod ad ipsos nihil pertinebat (erat autē contra me) scriperunt, vt noui Tribb.pl. si essent timidiiores, multo magis fibi eo capite vten- dum putarent. Neque id à Clodio prætermissum est. dixit enim in concione ad 111 Non. <sup>6</sup> Nouembris, hoc capite designatis Tribb.pl. præscriptum esse quid licet. Tamē in lege nul la esse ciuiusmodi caput, te non fallit. quod b opus esset, omnes in abrogando vterentur. aut Ninium, aut ceteros fugerit, inuestiges velim, & quis attulerit, & quare octo Tribb.pl. ad Senatum de me referre nō dubitarint. siue quod obseruandū illud caput non putabantur: idem in abrogando tam cauti fuerunt, vt id metuerent, soluti cum essent, quod ne is quis- dem qui lege tenentur, est curandum. Id caput sanè nolim nouos Tribb.pl. ferre, sed perse- ruant modo quidlibet, uno capite, quo reuocabor (modo res conficiatur) ero contentus. Ian- dudum pudet tam multa scribere. vereor enim ne re iam desperata legas: vt haec mea di- ligentia miserabilis tibi, alius irridenda videatur. Sed si est aliiquid in ipse, vide legem quam T. Radio scripsit. T. Visellius ea mihi perplacet: nam Seftii nostri quam tu tibi probari scri- bis, mihi nō placet. Tertia est epistola prid. Id. Nou. data, in qua exponis prudenter & di- ligenter quæ sint quæ rem distinere videantur, de Crasso, de Pompeio, de ceteris. Quare o- ro te, vt siqua spes erit posse studiis honorum, auctoritate multitudine comparata rem cō- fici, des operam vt vno impetu perfringatur, in eam rem incumbas, ceteroque tu excites: fini vt ego perspicio cum tua conjectura, tum etiam mea spei nihil est, oto obtestorque te, vt Q. fratrem ames, quem ego misericorū misere perdidī: neve quid cum patiāe grauius cō- fulere de se, quam expedit lororis tuz filio. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiam & ignominiam nominis mei, tuere quoad poteris. Terentiam vnam om- nium arumnosissimam sustentare tuis officiis. Ego in Epeirum proficiscar, cum primorum dierum nuncios excepero. Tu ad me velim proximis literis, vt se initia dederint, perscri- bas. Dat. Prid. Kal. Decemb.

CICERO ATTICO SAL.

66

AN TEA quād ad me scripsissetis vestrō consensu Consulūm prouincias ornatas esse, eti verbar quorsum id casurum esset, tamē sperabam vos aliquid aliquando vidisse pru- dentius. Postquam anhi & dictum est, & scriptum, vehementer consilium vestrū repre- hendi: grauite sum cōmotus, quod illa ipsa spes exigua quæ erat, videntur esse sublata. nam si Tribb.pl. nobis suscenſent, quæ potest ipse esse ac videntur iure suscenſere, cum & exper- tes consiliū fuerint, & qui causam nostram suscepserant, & nostra conceſſione omnem vim fui iuris amiserint: præfertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de Consulibus ornandas, non vt eos impedirent, sed vt ad nostram causam adiungerent. Nunc si C O S S. à nobis alieniores esse velint, posse id libere facere: sin vellent nostra cau- fa, nihil posse se iniuris. Nam quod scribis, ni ita nobis placuerit, illos hoc idem per po- pulum assecuturos fuissent: iniuris Tribb.pl. fieri nullo modo potuit. ita vereor ne & studia Tribunorum amiserimus: & si studia maneat, vñclum illud adiungendorum C O S S. a- missum sit. Accedit aliud non parvum incommodum, quod grauius illa opinio, vt quidem ad nos perserebat, Senatum nihil decerneret antequam de nobis actum esset, amissa est: præfertim in ea causa quæ non modo necessaria non fuit, sed etiam inusitata ac noua. ne- que enim vñquam arbitror ornatas esse prouincias designatorum: vt cum in hoc illa cō- ſtantia, quæ erat mea causa suscepta, imminuta sit, nihil iam possit nō decoeni: iis ad quos relatū est, amicis placuisse non mirum sit, etiam enim difficile reperiſt qui cōtra tanta com-

moda duorum Consulium palam sententiam diceret: fuit omnino difficile non obscuri vel amicissimo homini Lentulo, vel Metello, qui similitatem humanissime deponeret. Sed vereor ne hos tamen tenere potuerimus, Trib. pl. misericordia. Hoc res quemadmodum ceciderit, & tota res quo loco sit, vobis ad me scribas, & ita ut infiniti. nam ista veritas, etiam si iuscunda non est, mihi tamen grata est. Dat. I. I. I. Id. Decemb.

## CICERO ATTICO SAL.

67

POST tuum à me discessum literæ mihi Roma allatæ sunt: ex quibus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse: neque enim (sed bonam in partem accipies) si vlla spes salutis nostræ subsisteret, tu pro tuo amore in me, hoc tempore dilcesses. Sed ne ingratii, aut ne omnia velle nobiscum vna interite videarum, hoc omitto. Illud abs te peto des operam, id quod mihi affirmasti, vt te ante Kalend. Ian. vbi cunque erimus, suscitas.

## CICERO ATTICO SAL.

68

LITERAE mihi à Q. fratre cum S.C. quod de me est factum, allatæ sunt: mihi in animo est legum lationem expectare. Et si obrectabitur, utrū auctoritate Senatus: & potius vita quam patria carebo. Tu quæso festina ad nos venire. Vale. V i Kal. Ian.

## CICERO ATTICO SAL.

69

EX TVIS literis & ex te ipsa nos funditus perisse video. Te oro, vt quibus in rebus tuis meis indulgebant, nostris miseriis ne desis. Ego te, vt scribis, cito videbo.

## M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIB. IIII.

## CICERO ATTICO SAL.

70

CVM primum Romam veni, fuisse cui recte ad te literas darem, nihil prius faciendū mihi putau, quām vt tibi absenti de redditu nostro gratularer. Cognora enim (vt vere scribam) te in consiliis mihi dandis, nec fortiorē, nec prudentiōrem quām incipsum, nec etiam propter mē in te obseruātiā nimium in custodia salutis mez diligenter: cunctā dēmque te qui primis temporib⁹ erroris nostri, aut totius furoris particeps, & falsi rumoris socius fuisses, acerbissime diffidium nostrū tulisse: plurimūque opera, studii, diligētia, laboris, ad cōsciēndū redditum meum cōtulisse. Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima letitia, & exoptatissima gratulatione, vnu ad cumulandū gaudium cōspectū, aut potius cōplexum mihi tuum défuisse, quem semel nactus nunquam dimisi: ae nū etiam prætermisso fructus tu⁹ suauitatis præteriti reportis omnes exegero, profecto hac restituitione forturne me ipse non satis dignū iudicabo. Nos adhuc in nostro statu quod difficultime recuperari posse arbitrati sumus, splēdorem nostrum illum foresem, & in Senatu auctoritatē: & apud viros bonos gratiam quām optamus cōsecuti sumus: in te autem familiarī, quæ quādmodū frācta, dissipata, direpta sit, non ignoras, valde laboramus, tuarūque nō tam facultatum, quas ego nostras esse iudico, quām cōsiliōrum ad colligēdās & cōstituentās reliquias nostras indigemus. Nunc etsi omnia vt scripta esse à tuis arbitror, aut etiam riuntūs ac rumore perlata, tamen ea inseribam breui quæ te puto potissimum ex meis literis velle cognoscere. Prid. Non. Sext. Dyrrachio sum profectus, ipso illo die quo lex est lata de nobis. Brundisium veni Non. Sext. ibi mihi Tulliola mea fuit praefato natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brūdisiæ coloniz & tue vicina salutis: quæ res animaduerſa à multitudine summa Brundisiorum gratulatione celebrata est. Ante diem V i Id. Sextil. cognoui, literis Q. frater, mirifice studio omnium iētatum atque ordinum, incredibili concurso Italiz, legem comitii centuriatis esse perlata: inde à Brundisiniis honestissimis ornatus, iter ita feci, vt vndique ad me cum gratulatione Legati conuenerint. Ad urbem ita veni, vt nemo viarius homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit, præter eos inimicos quibus idipsum non licet aut dissimilare, aut

R.iii.

negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe compleri ciant: à qua plausu maximo cum esset mihi gratulatio significata, similis & frequētia, & plausus me usque ad Capitolium celebravit. In foroque & in ipso Capitolio, miranda multitudo fuit: postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septemb. Senatus gratias egimus. Eo biduo cum esset annonæ summa caritas, & homines ad theatrum primo, deinde ad Senatum concurrerent impulsu Clodii, mea opera frumenti inopiam esse clamarent, cum per eos dies Senatus de annona haberetur, & ad eius procreationem sermone non solum plebis, verum etiam honorum Pompeius vocaretur, idque ipse cuperet, multitudo, que à me nominatim, vt id decerneret, postularet: feci, & accurate sententiam dixi, cum absenserent Cōfulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, prater Messalam & Afranium. Factum est s.c. in meam sententiam, vt cum Pompeio ageretur, vt eam rem susciperet, lexque ferretur. Quo s.c. recitato, continuo populus more hoc insulso & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concessionem: omnes magistratus praesentes, prater unum Praetorem & duos Trib. ple. dederunt. Postridie Senatus frequens, & oī, mnes Consulares nihil Pompeio postulant negarunt. Ille Legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit, & ad omnia me alterum se fore dixit. Legem cōs. s. cōscripterunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae, toto orbe terrarum daretur. Alteram Messius, qui omnis pecunia dat potestatem, & adiunxit classem & exercitum, & maius imperium in provincias, quam sit eorum qui eas obtineant. Illa nostra lex Consularis nunc modesta videtur: hac Messii non ferenda. Pompeius illam velle se dicit: familiares hanc. Consulares duce Faonio fremunt: nos tacemus, & eo magis quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderunt: qui si susfulerint religionem, arcem praeclaram habemus, superficiem cōs. s. ex s.c. affimabunt: si aliter, demoliuntur, suo nomine locabunt, rem totam affimabunt. Ita sunt res nostra, vt in secundis fluxit, vt in aduersis bona. In re familiari valde sumus, vt scis, perturbati. Præterea sunt quzdam domestica quz literis non committio. Q. fratrem insigni pietate, virtute, fide præditum sic amo, vt debo. Te expecto, & oro vt matures venire, cōque animo venias, vt me tuo consilio egerem non sinas. Alterius vitæ quoddam initium ordinatur. Iam quidam, qui nos absens descederunt, incipiunt præsentibus occulte irasci, aperte inuidere: vehementer te requiritum.

## CICERO ATTICO SAL.

71

s i forte tarius tibi à me quam à ceteris literæ redduntur, peto à te vt id non modo non negligenter mea, sed ne occupationi quidcm tribuas: quz eti summa est, tamen nulla esse potest tanta, vt interrumpat iter amoris nostri, & officii mei. nam vt veni Romā, iterum nunc sum certior factus, eti cui darem literas: itaque has alteras dodi. Prioribus tibi declaravi, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostræ quemadmodum essent, vt in secundis fluxit, vt in aduersis bona. Post illas datas literas, secuta est summa contentio de domo. Diximus apud Pontifices prid. Kal. Octob. acta res est accurate à nobis: & si vñquam in dicēdo fuimus aliquid, aut etiam si vñquam alias fuimus, tum profecto dolor, & magnitudo vim quādam nobis dicendi dedit. Itaque oratio iuuentuti nostræ debere non potest, quam tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. Cum Pontifices decesserent ita, **SI NEQVE POPVLI IVSSV NEQVE PLEBISCITI IVSSV, QVI SE DEDICASSE DICERET, NOMINATIM EI REI PRAEFECTVS ESSET, NEQVE POPVLI IVSSV, AVT PLEBISCITI IVSSV ID FACERE IVSSVS ESSET, VIDERI POSSE SINE RELIGIONE IAM PARTEM AREAЕ MI RESTITVI:** mihi facta statim est gratulatio. Nemo enim dubitat quin dominus nobis esset adiudicata, cum subito ille in concessionē ascendit, quā Appius ei dedit: nunciat iam populo Pontifices secundum se decreuisse, me autē vi conari in possessionem venire, hortatur vt sc & Appium sequantur, & suam libertatē vt defendant. Hic cum etiam illi infirmi partim admirarentur, partim irridenter hominis amentiam, ego staturam illuc non accedere, nisi cum cōs. s.

ex s.c. porticum Catuli restituendam locassent. Kalend. Octob. habetur Senatus frequens; adhibentur omnes Pontifices qui erant Senatores: à quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primus rogatus, quae finit quid esset in decernendo secuti: tum Lucullus de omnium Collegarū sententia respondit, Religionis iudices Pontifices fuisse, legis Senatum: se & Collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege. Ita suo quisque horū loco sententiam rogatus, multa secundū causam nostram disputauit. Cum ad Clodium ventum est, capiūt diem cōsumere, neque ei finis est factus: sed tamen cū H. 11 ferē dixisset, odio & strēpiti Senatus, coactus est aliquando perorare. Cum fieret s.c. in sententiam Marcellini, omnibus prater vnum assentientibus, Serranus intercessit: de intercessione statim ambo cōss. teferre ceperunt. Cū sententiae grauissimæ dicterentur, Senati placere mihi domum restitui, porticum Catuli locari, auctoritatē ordinis ab omnibus magistratibus defendi: siquæ vis esset facta, Senatum existimatū eius opera factum esse, qui s.c. intercessisset: Serranus pertinuit, & Cornicinus ad suam veterē fabulam rediit, abiecta roga se ad generi pedes abiicit: ille noctem sibi postulauit, non concedebant: reminisceretur enim Kalen. Ian. vix tamen sibi de mea voluntate cōcessum est. Postridie s.c. factum est: id quod ad te misi. Deinde cōss. porticum Catuli restituendam locarunt illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Nobis superficiem xdiūm cōss. de consilii sententia xstimatorū us vices, cetera valde inliberaliter. Tusculanum villam quingentis mil. Formianū us ducentis quinquaginta mil. quæ xstimatorio non modo vehementer ab optimo quoque, sed etiam à plebe reprehenditur. Dices, quid igitur causæ fuit? Dicunt illi quidem, pudorem meum, quod neque negarim, neque vehementius postularim: sed non est id: nam hoc quidem etiam profusset. vetum iidem mi T. Pomponi, iidem inquam illi, quos ne tu quidem ignoras, qui mihi pinnas inciderant, nolunt easdem renasci: sed, ut spero, iam renascuntur. Tu modo ad nos veni, quod vereor ne tardius interuentus Varonis tui nostrique facias. Quoniā æta quæ sunt, habes, de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me à Pompeio legari ita sum passus, ut nulla re impediteret: quod, nisi vellem, mihi esset integrum, aut si comitia Censorum proximi cōss. haberent, petere posse: aut votiuam legationem sumpsisse propè omnium sanctorum ac factorum locorum. Sic enim nostræ rationes, utilitates meæ postulabant. Sed volui meam potestatem esse vel pretendi, vel ineunte aestate extundi: & interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorum, non alienum putavi. Ae forensium quidem rerum haec nostra consilia sunt, dormitacrum autem valde impedita: dominus xdicatur, scis quo sumptu, qua molestia reficiunt Formianum, quod ego nec relinquerem possum, nec videre. Tusculanum proscripti. Suburbano nō facile careo. Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit praeter dedecus, quod sensisti tu absens, præsentes: quotum studiū ego & copiū, si esset per meos defensores licitum, facile esse omnia consecutus, quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera quæ me sollicitant, non solum sunt. Amatur à fratre: & à filia expectamus.

## CICERO ATTICO SAL.

72

A V E R E certò scio, cum scire quid hic agatur, tum ea à me seire: nō quo certiora fint ea quæ in oculis omnium geruntur, si à me scribantur, quām cum ab aliis aut scribantur tibi, aut nunciantur: sed verū vt perspicias ex meis literis, quo animo ea seram quæ geruntur, & qui sit hoc tempore aut mentis meæ sensus, aut omnino vita status. Armatis hominibus ante diem tertium Non. Nou. expulsi sunt fabri de arca nostra. Disturbata porticus Catuli, quæ ex s.c. cōss. locatione reficiebatur, & ad teatrum penè peruenierat. Q. fratri do mus primo fracta coniectu lapidum ex area nostra, deinde inflammata insu Clodii, inspetante vrbe, coniectis ignibus, magna querela & gemitu, non dicam bonorum, quib[us] nescio an vili sint, sed planè hominū omnium. Ille vehementer ruere post hunc furorem, nihil nisi cedem inimicotum cogitare, viciat ambiare, scuis aperte spem libertatis ostendere. Etenim antea cum iudicium nolebat, habebat ille quidem difficultem manifestāque causam, sed tamen causam: id poterat inficiari, poterat in alios deriuare, poterat etiam aliquid iure factum defendere. Post has tuinas, incendia, rapinas, desertus à suis, vix iam Decimum de-

R. iii.

signatorem, vix Gellium retinet. Seruorum consiliis vtitur. videt, si omnis quos vult, palam occiderit, nihilo suam causam difficultorem, quam adhuc sit, in iudicio futuram. Itaque ante diem tertium Id. Nouemb. cum sacra via descendenter, infsecurus est me cum suis. clamor, lapides, fustes, gladii, haec improuisa omnia. discellimus in vestibulum Tecti Damionis: qui erant mecum facile operas aditu prohibuerunt. ipse occidi posuit. Sed ego ditta curari incipio, chirurgiz tader. Ille omnium vocibus cum se non ad iudicium, sed ad supplicium praesens trudi videret, omnes Catilinas Acidinos postea reddidit. Nam Milonius domum meamque Ceramio prid. Id. Nouemb. expugnare & incendere ira conatus est, ut palam hora quinta cum scutis homines deductis gladius, alios cum accensis facibus adduxerit: ipse domum P. Sulla pro castris sibi ad eam impugnatione sumperat. Tum ex Anniana Milonis domo Q. Flaccus eduxit viros actis, occidit homines ex omni latrocino Clodiano notissimos, iplum cupiuit: sed ille ex interiore adium Silla se in senatu post die Idus domi Clodius, egregius Marcellinus, omnes acres. Metellus calumnia dicendi repus exemit, adiuuante Oppio, etiam hercule familiari tuo, de cuius constantia virtute verifimma litera Seftius furere. Ille postea, si comitia sua non fierent, vrbi minari. Proposita Marcellini sententia, quam ille de lcripto ita dixerat, ut totam nostram causam arez, incendiorum, periculi mei, iudicio coplecteretur, eaque omnia comitiis anteficeret: proscriptis, se per omnes dies comitiales de ecclo seruaturum. Cocciones turbulentem Metelli, temerariz Appii, furiosissima Publpii. Haec tamen summa nisi Miloni C. Appius obnunciasset, comitia futura ante diem x 1 Kal. Decemb. Milo ante medium noctem cum magna manu in eam pum venit. Clodius cum haberet fugitiuorum delectas copias, in campum ire non est ausus. Milo permanxit ad meridiem, mirifica hominum letitia, summa cum gloria. Contenatio fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat, ut sibi postero die in foro obnuncietur: nihil esse quod in campu nocte veniretur, se hora prima in comito fore. Itaque ante diem x 1 Kal. Jan. in comitium Milo de nocte venit. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope decius currebat. Assequitur inter lucos hominem Milo, obnunciat: ille se recepit magno & turpi Q. Flacci conuicio. Ante diem x Kal. nundinaz, concio biduo nulla ante diem v 1 1 Kal. Haec ego scribem hora noctis, nona. Milo campum iam tenebat: Marcellus candidatus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Clodii vestibulu vacuum sanè mihi nunciabatur, paucis pannosis sine laterna, eo consciente omnia illi fieri querebantur, ignari quantum in illo heroic esset animi, quantum etiam consilii, miranda virtus esset, noua quædam diuina mitto. Sed haec summa est, comitia fore non arbitror. Reum Publrium (nisi ante occisus erit) fore à Milone puto: si se interim obuiam obtulerit, occisum iri ab ipso Milone video: non dubitat facere, præ se fert, easum illum nostrum non extimescit: nunquam enim cuiusquam iniudi & perfidi consilio est visus, nec inter nobili crediturus. Nos autem duxtarat vigemus, etiam magis quam cum florebamus. re familiaris communis fumus: Q. fratri tamen liberalitatem pro facultibus nostris, ne omnino exhaustus essem, illo recusante subdidi amicorum respondemus. Quid consiliis de omni nostro statu capiamus te absente nescimus. Quare appropera.

## CICERO ATTICO SAL.

PER IVCNDVS mihi Cincius fuit ante diem 111 Kal. Feb. ante lucem dixit enim mihi te esse in Italia, scilicet ad te pueros mittere: quos sine meis literis ire nolui: non quo haberem quod tibi, præfertim iam propæ præfenti scriberem: sed ut hoc ipsum significare, mihi tuum aduentum suauissimum expectatissimumque esse. quare adiula ad nos, eo animo ut nos ames, te amari scias: cetera coram agemus: haec properates scripsimus. Quo die venies, utique cum tuis apud me sis: perbelli feceris, si ad nos veneris, offendes designatorem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam, quorum reliquæ multo meliores sunt quam putar. Etiam velle mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrranno utrur glutinatoribus, ad cetera administres: si que imperes ut sumant membranam, ex qua indices fiant, quos vos Græci (ut opinor) appellatis. sed haec, si tibi erit commodum, ipse vero utique fac venias, si potes in his locis adhæscere, & Pilam adducere.

ita enim & æquum est, & cupit Tullia. Mediussidius nam tu emisti locum præclarum. Gladiatores audio pugnare mirifici locare voluisse, duobus his muneribus liberaliter, sed hæc posterius. Tu fac venias, & de libratis, si me amas, diligenter.

## CICERO ATTICO SAL.

74

**A** I N T V: an existimas ab illo mallea mea legi probaris que quām à te cur igitur cuique nisi prius virgebar ab eo ad quem misi, & nō habebam exemplar. Quid etiam diudū enim circunrodo quod deuorandum est sub turpula mihi videbatur esse ~~monstrosa~~: sed valente recta, vera, honesta consilia. Non est credibile que sit perfidia in ipsis principibus, vt volunt esse, & vt essent, si quidquam haberent fidei. Sc̄leram, noram, inductus, relictus, proiectus ab iis: tamen hoc erat in animo, vt cum iis in rep. consentirem: idem erant qui fuerant. Vix aliquando te authore resipisi. Dices ea te monuisse, susuisse, que feceram, non etiam ut scribere rem: ego mehercule mihi necessitatim volui imponere huius nouae coniunctionis, nequa mihi licet labi ad illos qui etiam tum, cū misereri mei debent, non definunt inuideresed tamen modici suimus: Non vt scripti: erimus vberiores, si & ille liberter accipier, & hi subringentur, qui villam me moleste ferunt habere que Catuli fuerat, aut etiā emisse non cogitant: qui domum negant oportuisse me zdiicare, vendere aiunt oportuisse. Sed quid ad hoc: sed quibus sententius dixi, quod & ipsi probarent, latati sunt tamen me contra Pompeii voluntatem dixisse: sed quoniam qui nihil possunt, ii me nolunt amare, demus operam vt ab iis qui possunt diligamus. Dices, Vellea iam pridē. Scio te voluisse, & me. ast nū germanum fuisset: Iam tempus est me ipsum à me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domum meam, quod crebro inuisi, est mihi valde gratum. Viaticum Crassipes precepit, ut de via recta in horros. Videtur commodius ad te, postridie scilicet: quid enim tua: sed videmus. Biblio theca mihi tui pinxerunt constructione, & stirbis: eos velim laudes.

## CICERO ATTICO SAL.

75

**D**E LENTVLO scilicet sic fero vt debco, virum bonum & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus, nōque malo folatio, sed non multo tamen consolamur, quod ipius vicem minime dolemus, non vt Sau- feius, & vestri mehercule: quia sic amat patrem, vt mihi aliquo doorum beneficio video, ut ex eius incendio esse eruptus. Nam qui fecidit nostra vita, præcipue mea: Nam tu quidem, etiā es natura ~~multus~~, tamen nullam habes propriam seruitutem, communī frueris no mine: ego vero, qui si loquor de rep. quod oportet, insanus: si quod opus est, seruus existimor: si raseco, oppressus & capitus: quo dolore esse debco: quo sum scilicet: hoc etiam aciore, quod ne dolere quidē possum, vt non ingratius videar. Quid si cessare libeat, & in otii portum confugerem ne quicquam: immo etiam in bellū & in caltra. Ergo erimus ~~in~~ qui ~~no~~ est: noluius sic faciendum est, tibi enim ipse, (qui virtus semper parvissima), sic video placere. Reliqui est, ~~anxius~~ ~~vixit~~ ~~rebus~~ ~~rum~~ ~~rum~~. Non mehercule possum, & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcere maluit, verūtamen idipsum mecum in his locis commētor, vt ista improbem: Idque tu cum vñā erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me scribi video, sed omnes uno tempore accepi. Quæ res etiam auxilium dolorem meū. Casu enim triunas ante legeram, quibus me inclusule Lentulo esse, scriptum erat. eccc quartæ fulmæ: sed ille, vt scripsi, non miser, nos vero scriui. Quod me admones vt scribā illa Hortensiana: in alia incidi non immemor illius mandati tui: sed mehercule incipiendo refugi, ne quod video non stulte illius amici intemperiem tulisse, rufus stulte iniuriam illius faciam illustrem, si quid scripsero: & simul ne ~~sc̄lē~~ ~~mea~~, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occulitor, & aliquid satiatio leuitatis habere videatur, sed viderimus. Tu modo quamvis spissime ad me aliquid. Epistolā, Luuccio quam misi, qua res meas vt scribat rogo, fac vt ab eo sumas: valde bella est: cūque vt approparet adhorteris: & quod mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. Domum nostram quoad poteris, inuicias. Veltorio aliquid significes, valde enim est in me liberalis, nihil ~~disceptans~~.

## CICERO ATTICO SAL.

77

**EPISTOL A** tua quæ mea sollicitum de Q. nostro puerō optimo valde leuauit, vene-

## Ad Atticum

rat horis duabus antē Cherippus: mera monstra nunciarat. De Apollonio quod scribis, qui illi Dū irati, homini Graco, qui cōturbare quidem putat sibi licere, quod Equitibus Romanis: nam Tarentius suo iure. De Metello, *ix. iiii. annos*. sed tamen multis annis ciuis ne mo erat mortuus. Quid quidem tibi numinum meo pericula sunt. Quid enim vereri quen- cunque hæredem sectentis Publum fecit. verū fecit non improbe, quāquam fuit ipse. Qua- re in hoc thecam nūmariam non retexeris, in aliis eris cauтор. Mea mandata de domo cu rabis, præsidia locabis, Milonem adnubebis. Arpinatum freminus est inereditabilis. De Late- rio quid queris? Evidem dolui, *i. R. via lumen uetus*. Quod superest etiam puerum Cicero- nem curabis, & amabis ut facias.

## CICERO ATTICO SAL.

M U L T A me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quam patina Tyrotarichi, nam de Raudusculo quod scribis,

*μήτε μέτα έπει της παρατίθεται ημέρα*.

adificati tibi in agris nihil reperio. in oppido est quiddam, de quo est dubium sitne veniale: ac proximum quidem nostris adibns. Hoc festo, Antium Buthrotū esse Romæ, ut Corcyra illud tuum: nihil quietius, nihil alijs, nihil amoenius *EIN KICHTA SIDOC. KOC.* Postea vero quam Tyrannio mihi libros dispositi, mens addita videtur meis adibus: qua quidem in re mirifica opera Dionysii & Menophili tui fuit. Nihil venustius quam illa tua pugmata, postquam misit libros, illustrarunt valde. Et scribas ad me velim of gladiatori- bus: sed ita: bene si rem gerunt: non quero, male sic egisse. Aperias vix discelerat cum epi- stola. Quid aīspūalīc fore ut legem non ferat adie oīte clariss: vix enim mihi exaudi- se videor, verum statim fac ut sciām, si modo est commodum. Ludis quidem quoniā dies est additus, eo etiā melius hic eum diem cum Dionysio conteremus. De Trebonio prorsus tibi sc̄iōnior. De Domitio *εἰπε μάλιστα διηγεῖται εἰναι τὸ στρατόπεδον τὸ πόλεμον*, quam est ista *πόλεμος* nostra, vel quid ab iisdem, vel quid p̄et̄r̄ opinionem, vel quid viri boni nūquam. vnu dissimile, quid huic merito: nam de ipso casu necio an illud melius: quid enim hoc miseri- ius, quam cum qui tot annos, quorū habet, D E S. C O S. fuerit, sc̄iō G O S. non posse p̄fer- tim cum aut solus, aut certe non plns quam cum altero petat. Si vero id est, quid necio an sit, ut non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum C O S. paginulas ha- beat, quam factorum, quid illo miseriūnisi respub. in qua nec speratur quidē melius que- quā. De Natta ex tuis primis sc̄iōnī literis, oderam hominem. De poēmate quod queris, quid si cupiat effugere quid finat? De Fabio Luceo quod eram exorsus, homo peramas sem- per nostri fuit, nec mi vñquam odio: fastis enim acutus & permodestus ac bona frugi: cum quia non videbam, abesse putabam: audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ ess hominem, & suisse assidui: percussit animū. Dices, Tātulāne causa: Per multa ad me detulerat nō du- bia de Firmanis fratribus: quid si quod se à me remouit, si modo remouit, ignoro. Deco quod me mones, ut *μετανοήσω* me geram, & in eo *χρειάζομαι* teneam, ita faciam, sed opus est ma- iore prudentia, quam à te, ut soleo, petam. Tu velim è Fabio, si quem habes adiū, odorere, & iſtum coniuviam tuum degulles. & ad me de his rebus & de omnibus cotidie scribas. Vbi nihil erit quod scribas, id iplum scribito. Cura ut valeas.

## CICERO ATTICO SAL.

S A N E velim scire num censum impendant Tribuni diebus vitiandis, (est enim hic ru- mor) & tātāque de censura quid agant, quid cogitent. Nos hic cum Pompeio fuimus, multa mecum de repu. sane sibi displaceb, ut loquebatur, (sic est enim in hoc homine dicendum) Syriam spēnens, Hispaniam iactās. hic quoque, ut loquebatur, & opinor vñqueaque. De hoc cum dicemus, sit hoc quasi *μετανοήσω* tibi etiam gratias agebat, quod signa com- ponenda suscep̄tis. In nos vero suauis mērcrūlē & cīfūlē: venir etiam ad me in Cumānum, ac se nihil minus velle mihi visus est, quam Messalam Consulatum petere, de quo ip- so siquid scis, velim scire. Quid Luccio lēribis te nostram gloriam commendaturū: & adūcūm nostrum quid cerebro inuisis, gratum. Q. Frater ad me scriptis se, quoniam Cice- ronem suauissimum secum haberet, ad te No. Mai venturum. Ego me de Cumano moui

ante diem V K. Mai. eo die Nicopoli apud Lætum ante diem 1111 Kal. Mai. iens in Pompeianum bene mane, hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor Prolemaum esse in regno. Si quid habes certius, velim scire. Ego hic pascor bibliotheca Fausti: fortasse tu putabas his rebus Puteolanis & Lucrinibus: ne ita quidem defunxi, sed mehercule à ceteris oblectationibus deseror & voluptatibus propter tempus. Sic literis sustentor & recreor: maloque in illa tua secedula, quam habes sub imagine Aristotelis, sedere, quām in istorum sella curuli: tecumque apud te ambulare, quām cū eo quo cum video esse ambulandum: sed de illa ambulatione forsiderit, aut si qui cures deus. Nostrā ambulanionem & laconicū, eaque quæ Cyrea sunt, velim, cum poteris, inuisas: & vrgas Philotimum vt properet, vt possim tibi aliquid in eo genere respōdere. Pompeius in Cumanum Parilibus venit: misit ad me statim qui salutem nunciat. Adeum postridie mane vadebam, cum hæc scripsi.

## CICERO ATTICO SAL.

80

DELECTAR VNT me epistolz tuz, quas accepi vno tēpore duas ante diē V Kal. perge reliqua: gestio scire ista omnia: etiam illud cuiusmodi sit, velim perspicias: poteris à Deme trio. Dixit Pompeius Crassum à ſc in Albano expectari ante diem 1111 Kalen. is cum venisset, Romam effe statim venturos, vt rationes cum Publicanis putarent. Quæsiui, Gladia toribusne respondit, Ante quām inducerentur. Id cuiusmodi sit, aut nunc ſi ſciat, aut cū ſi Romā venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus literas cū homine mirifico (ita mehercule ſentio) Dionysio, qui te omnésque vos ſalutat. *ad dñm qm̄ qm̄ ē tār̄m dñm̄*. Quare vt homini curioso, ita perſcribe ad me quid primus dies, quid ſecondus, quid Cenſores, quid Appius, quid illa populi apuleia: denique etiam quid à te fiat ad me velim ſcribas: nō enim (vt vere loquamur) tam rebus nouis, quām tuis literis delector. Ego mecum præter Dionysium duxi neminem, nec mentio tamen ne mihi ferro defit abs te, opere delector. Tu Luecio noſtrum librum dabis. Demetrii Magnetis tibi mitto, statim vt ſit qui à te mihi epistolam referat.

## CICERO ATTICO SAL.

81

EGNATIVS Romz eft, ſed ego cum eo de re Halimeti vehementer ante egij: grauitate ſe aucturum cum Aquilio coſfirmauit. Videbis ergo hominem, ſi voles. Macronivix videot praefto eſſe, Idibus enim auctiōnem Larini video, & biduum præterea: id tu, quoniam Ma- cronem tanti facis, ignoscas mi velim: ſi me diligis, poſtridie Kalen. cena apud me cum Perilia: proſuſ id facies. Kalend. cogito in hortis Crassipidis, quaſi in diuerſorio, cenare. Fa- cio fraudem s.c. Inde domum cenatus, vt ſim mane praefto Miloni: ibi te igitur videbo, & promoubo. Domus te noſtra tota ſalutat.

## CICERO ATTICO SAL.

82

N O S in Tusculanum veniſſe ad X VI 11 Kalen. Decemb. video te ſcire. ibi Dionysius nobis praefto fuit. Romz ad X VII 11 Kal. volumus eſſe: quid dico volumus immo vero cogi- mur. Milonis nuptiz, comitorum nonnulla opinio eft. Ergo vt ſit rata, abfuſſe me in al- tercationibus, quas in Senatu factas audio, fero non moleſte. Nam aut defendiſſem, quid non placet: aut defuſſem, cui non oportet. Sed mehercule velim res illas, & prefentem ſtatim teipub. & quo animo c o s. ferant hunc *ad m̄b̄*, reſcribas ad me quantū pote. val.

Sum *q̄m̄ q̄m̄*. & ſi queris, omnia mihi ſunt ſuſpecta. Crassum quidem noſtrū minote dignitate aiunt profeſtum paludatum, quām olim æqualem eius L. Paulum iterum c o s. O hominem nequam. De libris Oratoris factum eft à me diligenter, diu multūque in manibus fuerunt, deſcribas licet. Illud etiam te rogo *q̄m̄ q̄m̄*, *l̄t̄n̄m̄ t̄v̄n̄b̄*: ne iſue ho- ſpes veniam.

## CICERO ATTICO SAL.

83

VESTORIVS noſter me per literas fecit certiorem, te Roma ad VI Id. Mai putari profeſtum eſſe tardius, quām dixerat, quod minus valuiſſes: ſi iam inclius vales, vehementer gaudeo. Velim domum ad te ſcribas, vt mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adef- ſes, cum ceteri, tum Varronis: eft enim mihi vtendum quibusdam rebus ex iis libris ad eos quos in manibus habeo, quos vt ſpero, tibi valde probabo. Tu velim ſiquid forte noui ha-

## Ad Atticum

bes, maxime à Q. fratre, deinde à C. Cesare; & siquid forte de comitiis, de repub. (foles enim tu huc festine odorari) scribas ad me. Si nil habebis, tamen scribas aliquid: niunquam enim mihi tua epistola aut intempestiva, aut loquax vila est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex scientia concocto, nos quamprimum reuisas. Dionysium iudee salutare. Cura vt valeas.

## CICERO ATTICO SAL.

84

DE E V T Y C H I D E gratum, qui vetere prae nomine, nouo nomine, T. erit Cæcilius: ut est ex me & ex te iunctus Dionysius, M. Pomponius. Valde mehercule mihi gratum, si Eustichides tuam erga me benevolentia, cognollet suā illā in meo dolore ~~auspicione~~, neque tu mihi obscuram, neque post ingratam fuisse. Iter Asiaticum tuū puto tibi suscipiēdum suis sc̄. nunquam enim tu sine iustissima causa tam longe à teis & hominibus, & rebus charissimis & suauissimis abesse voluisse. Sed humanitatem tuam amoremque in tuos, redditus celeritas declarabit. Sed vereor ne lepore suo detinac̄ diutius Pr. Clodius, & homo percutitus, (vt aiunt) & nunc quudem deditus Grecis literis pituius. Sed si vis homo esse, recipite ad nos, ad quod tempus confirmasti: cum illis tamen, cum falui venerint, Romæ vivere licetib⁹. Auere te scribis accipere aliquid à me literarum. Dedi ac multis quidem de rebus, ~~in ap̄p̄ylo~~ per scripta omnia: sed vt coniugio, quoniam mihi vero videris in Epciro diu fuisse sedditas tibi non arbitror: genus autem tacarum ad te quidem literarum cuiusmodi ferè est; vt non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit, tibi eum reddirur. Nunc Romanas res accipe. Ad 1 1 1 No. Quintil. Stuens & Cato absolti, Proculius condemnatus: ex quo intellectum est tres ~~adversarii~~ ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique remp. flocci non facere. Debemus patrem familias domi sive occidere nolle, neque tamen id ipsum abunde. Nam absoluunt x 1 1, condunarunt x v 1 1 1. Publius sane diserto epilogo criminari, metes iudicū mouerat. Otalus in ea causa fuit cuiusmodi soler: nos verbi nullum, veritas est enim pusilla, qua nūc laborat, ne animū Publio offendere. His rebus actis Reatinī me ad sua ~~retra~~ duxerunt, vt agerem causam contra Interramenes, apud C o s & decem Legatos, quōd lacus Velinus à M. Curio emissus, interciso monte in Nar denui, ex quo est villa siccata, & humida tamen modice. Rosī vixi cum Axio: quin etiā me ad v 1 1 Aquas duxit. Redii Romanā Fonteī causā ad v 1 1 Id. Quintil. veni. Spec̄taculum primum magno & squabili plausu: sed hoc ne curaris, ego incep̄tus qui scrip̄tim: deinde Antiphōti opera: is erat ante manumissus quam productus: ne diutius pēdas, & palmam tulit. Sed nihil tam pusillum, nihil tam sine voce, nihil tā verum, hęc tu tecū habeto. In Andromacha tamen maior fuit quām Alcyonax. in ceteris parem habuit nemine: Quozis nūc de Arbescula: valde placuit. Ludi magnifici & grati. Venatio in aliud tempus dilata. Sequere nunc me in campū, ardet ambitus ~~vixit~~ A m lps, fornus ex triente Id. Quin til, faciū erat bellibns. Dices, istue quidē non moleste fero. & virū & ciem. Memium Cesari omnes opes confirmant, cū eo Domitiū C o s iunxerunt: qua pactione, epistolz committente non audeo. Pompeius fremit, queritur. Scauro studet: sed verū fronte an mente, duob⁹. ~~q̄~~ nulla est: pecunia, omnium dignitatē exēqnat. Melisla languet: non quo aut animus deficit, aut amici, sed cotio C o s & Pomp. obſolute. sed comitia puto fore, vt ducantur. Tribunū cōdidiati iurarunt se arbitrio Catonis petiūros. Apud cum ~~is~~ quingena deponuerunt, vt qui à Catone damnatus esset, id perderet, & competitoribus tribuētur. Hęc ego pridie scribebam quām comitia fore putabantur: sed ad te v Kal. Sextil. si facta erint, & tabellarius non erit profectus, tota comitia perfribam: quz si, reputātur, gratuita fuerint, plus vnu Cato potuerit quām omnes quidem iudices. Melisius defendebatur à nobis, ē legatione revocatus: nā cum Cesari legerat Appius. Seruilius edixit vt adesset: tribus habet Pontinam, Veliam, Martiam: pugnatur acriter, agitur tamen satis. Deinde me expedio ad, Drusum, inde ad Scaurum, parantur orationibus indices glorioſi. Fortiſſe accedent etiam C o s s. D E s. in quibus si Scaurus nō fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Q. fratri literis suspicor iam cum esse in Britania: suspenso animo expecto quid agat. Illud quidē suū misi adepti quod multis & magnis indiciis possumus iudicare, nos Cesari & charissimos

¶ & iucundissimos esse. Dionysium velim salutem iubetas, & cum roges, & hortere ut quamprimum veniat, ut possit Ciceronem mecum atque etiam meipsum crudire.

CICERO ATTICO SAL.

85

OCCUPATIONVM mecarum vel hoc signum erit, quod epistola librarii manu est. De epistolarum frequentia te nihil accuso, sed plerique tantummodo mihi nunciabat ubi essem, quod erat abs te: vel etiam significabant recte esse, quo in genere maxime delectarunt duce fere eodem tempore abs te Bruto datus: scire enim volebam te comode nauigasse. Sed haec epistolarum frequentia non tam libertate sua, quam celeritate delectauit: illa fuit grauis & plena rerum, quia mihi M. Paccius hospes tuus reddidit: ad eam rescribam igitur, & hoc quidem primum. Paccio ratione & verbis & re ostendi, quid tua commendatio poteris habere: itaque in intimis est meis, cum antea notus non fuisset. Nunc pergam ad cetera. Varro, de quo ad me scribis, includetur in aliquem locum, si modo erit locus: sed nosti genus dia logorum meorum, ut in Oratoris, quos tu in oculum feris, non metu potuit fieri cuiusquam ab iis qui disputant, nisi eius qui illis notus aut auditus esset. Hac ego de repu. quam institui disputationem, in Aphricani personam, & Phili, & Petri Manlii contuli: adiunxi adolescentis, Q. Tuberonem, P. Rutilium, duo Lælii generos Scœvolam & Fannium. Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris vtor proceruus, vt *Asenobius* in his quos *Asenobius* vocat, ali quid efficere, ut non sine causa istu appellarem. Id quod intelligo tibi placere, utinam modo conata efficere possum: rem enim (quod te non fugit) magnam complexus sum, & graue, & plurimi otii, quo ego maxime ego. Quod in his libris quos laudas, persona desyderas Scœvolam, non eam temere dimoui, sed feci idem quod in *Novis* deus ille noster Plato: cum in *Pirenum* Socrates venisset ad Cephalum locupletem & fessum senem, quoad primus ille sermo haberetur, adebat in disputando senex: deinde cum ipse quoque comodissime locutus esset, ad rem diuinam dicit e velle discedere, neque postea revertitur. Credo Platonem vix pufasse satis consonum fore, si hominem id zatatis in tam longo sermone diutius retinuisse. Multo ego satius hoc mihi cauedum putauit in Scœvola, qui & ztate & valetudine erat ea, qua esse meministi, & iis honoribus, vt vix satis decorum videtur cum pluris dies esse in *Craesi Tusculano*. Et erat primi libri sermo, non alienus à Scœvola studiis, reliqui libri *Novis* habent, vt scis. Huic ioculatorem senem illum, vt noras, interesse sane nolui. De re filia quod scribis, erit mihi curia: etenim est luculenta res. Aurelianii, vt scribis, indicis & in eo me etiā Tullius me venditabo. Veftrio non defum: gratum enim tibi id esse intelligo, & vt ille intelligat euro. Sed scis, qui, cum habeat duo faciles, nihil difficultius. Nūc ad ea quæ queris de C. Catone: lege Iunia, & Licinia scis absolutum. Fusia ego tibi nācio absolutum iri, neque patronis suis tam libentibus quam accuseribus. Is tamen & mecum, & cū Milone in gratiam rediit. Drusus reus est factus à Lucretio, iudicibus reiciendis. Ad v No. Quintil. de pratio rumores non boni, sed iudicia nosti. Hirrus cum Domitio in gratia est. s.c. quod hic c o s s. de prouinciis fecerunt, Q. V I C V N Q. V E posthac, nō mihi, vt quod iam intelligebamus, enunciationē illā Mēmī valde Cæsari displicere. Messala noster, & eius Domitius competitor liberalis in populo valde fuit: nihil gratius, certi erant c o s s. ac Senatus decreuit, vt tacitum iudicium ante comitii fieret, ab iis consiliis quæ erat omnibus fortis in singulos candidatos, magnus timor cädidatorum. Sed quidam iudices in his Opimius Veator, Antius Tr. pl. appellarunt, ne iniussu populi iudicarent: refudit, co mitia dilata ex s.c.: cum lex de ticto iudicio ferretur: venit legi dies, Terentius intercessit: c o s s. qui illud leui brachio egisset, rem ad Senatum detulerunt. Hic Abdera non tacente me. Dices, tamen tu non quiescis: Ignoscit, vix possum. Verumtamen quid tam ridiculū? Senatus decreuerat ne prius comitia haberentur quam lex lata esset: si qui intercessissent, res integra restituatur. Cepta ferri leuiter. Intercessum non iniuitis, res ad Senatum. De ea re ita confuerunt, Comitia primo quoque tempore haberi censete. Scaurus qui erat paucis diebus illis absolutus, cum ego patrem eius ornatiissime defendisse, obnunciationibus per Scœvolam interpositis singulis diebus visque ad prid. Kalē. Octob. quo ego haec die scripsi, sublati, populo tributum domi suz fatigecerat: sed tamen, etiā vberior liberalitas huius, gratior

## Ad Atticum

esse videbatur eorum qui occuparant, cuperem vultum videre tuū, cum hæc legeres: nam profecto rem habes nullam, hæc negotia multarum nundinarum fore. Sed Senatus hodie futuræ futurus, id est Kal. Octo. iam enim lucisit, ibi loquetur præter Antium & Faoniū libere nemo nā Cato agrotat, de me nihil timueris, sed tamen promitto nihil. Quid quæris alius. Iudicia credo, Drusus, Scaurus non fecisse videntur: tres Candidati fore rei putabantur, Domitius à Memmio, Messala à Q. Pompeio Ruffo, Scaurus à Triario, aut à L. Cesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere: ne viua, si scio: in illis quidē tribus libris quos tu dilaudas, nihil reperio. Nūc ut opinionē habeas rerū ferendū est. Queris, ego me ut geſe rim: cōſtantē & libere. Quid ille inquies, ut ferebat/humaniter, mēque dignitatis quoad mihi ſatiaſtūm eſſet, habēdām ſibi rationē putabat. Quomodo ergo abſolutuſ omnino POPPAPYTMN a acculſorū incredibiliſt infantiā, id est L. Lentuli L. F. quem fremunt omnes prauaricatum. Deinde Pompeii mira contentio, Iudicium fordes. Attamē x x ii condamnari, x x v i i absoluſtūr, iudicia reliqua impōdēt. Nōdūm est plane ex-peditus. Diccs tu, ergo hæc quomodo feris? belle mehercule, & in eo valde amo. Amifimus, mi Pompei, omnem ſucum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem pribinam ciuitatis. Nulla eſt resp. quæ delectat, in qua acquiescam. Idne igitur, inquies, facile feris? id ipsum: recordor enim quām bella pauliſ per nobis gubernannibus ciuitas fuerit, quæ mihi gratia relata fit: nullus dolor me angit: vnum omnia poſſe, diſtrumpuntur ii, qui me ali-<sup>14</sup> quid poſſe doluerunt, multa mihi dant ſolatia: nec tamen ego de meo ſtatu demigro: quæque vita maxime eſt ad naturam, ad eam me refero, & literas, & ſtudia noſtra, dicendi labo rem delefatione oratoria conſolor. Domus me, & rura noſtra delectant: non recordor vñ de ceciderim, ſed vnde ſurrexerim. Frat̄ meū & te ſi habeo, per me iſta pedibus trahūtur. Vobis ~~luculentum~~ poſſum. Locus ille animi noſtri, ſtomachus vbi habitabat olim concaluit. Priuata modo, & domeſtīca nos delectant, mira ſecuritatē videbas, cuius plurimæ mehercule partes ſunt in tuo eeditu. Nemo enim in terriſ eſt, mihi tā cōſcientiib⁹ ſenſibus. Sed accipe alia. Res fluīt ad Interregnū, & eſt nōnullus odor Dictaturaꝝ. Sermo quidē mal-tus, qui etiā Gabiniū apud timidos iudices adiuuit. Cādidati Confulares omnes rei ambi-tus: accedit etiam Gabinius, quem P. Sulla non dubitans quin foris eſſet, poſtularat cōtra-dicente & nihil obtinente Torquato. Sed omnes abſoluſtūr, nec poſthac quīquam dam nabuit, niſi qui hominem occiderit. Hoe tamen agitur ſeuerius. Itaque iudicia calent. M. Fulvius Nobilior cōdemnatus eſt. Multi alii urbani ne reſpondēt quidē. Quid aliud noui: & tamen abſoluto Gabiniuſ ſtomachantes alii iudices. Hora poſt, Antiochum, Gabiniuſ neficio quem, ſolidis pīctoribus libertum accenſum Gabiniuſ legē Papia condēnarūt. Itaque dixit ſlatina resp. legē maiestatis OT CO IMPIC A M A S I H I Poptinus vult ad i i i i Non. Nouemb. triūphare. Huie obuiam Cato & Seruilius Præt. aperte, & Q. Murius Tr. Negat enim latum de imperio: & eſt latum hercule inſulfse, ſed erit cum Pomptino Appius C O S. Cato tamen affirmat ſe viuo illum non triumphare. Id ego puto, ut multa ciuilem, ad ni-hil recafuru. Appius ſine lege ſuo ſumptu in Cilicia cogitat. Ab Q. fratre & à Cesare acce-<sup>15</sup> pi ad i x Kal. Nouēb. literas (confecta Britānia, obſidiibus acceptis, nulla præda, imperata ta-men pecunia) dataſ a litoribus Britanniæ, proximo ad V I Kalen. Octob. exercitum Britānia reportabant. Q. Pilus erat iam ad Cæſarem profectus. Tu, ſi aut amor in te eft noſter; ac tuorum, aut villa veritas, aut ſi etiam ſapis, ac frui tuis cōmodis cogitas, adiūcāre, & pro-pē adefſe iam debes. non mehercule aquo animo te care: te autē quid mirum, qui Diony-<sup>16</sup> ſium tantopere deſyderem, quem quidēm ab te, cum dies venerit, & ego, & Cicero meus flagitabit. Abs te proximas literas habebam, Epheso ad V Id. Sextil. dat.

CICERO ATTICO SAL.

86

O E X P E C T A T A S mihi tuas literas! O gratū aduentum! O conſtantia promiſſi, & fidem miram: O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordas ſuperioris tuæ trāſiſtitionis ~~et~~ <sup>et</sup>. Sed niſi fallor, citius te quām ſcribis, videbo. Credo enim te putasse tuas mulieres in Apulia eſſe, quod cum ſecis erit, quid te Apulia moretur: nā Ve-storio dandi ſunt dies, & ille Latinus ~~et~~ <sup>et</sup> ex interuallo reguſtandus. Quin tu huc ad:

uolas:& inuisis illius nostrae reip. germanaz. Putauit de numeris ante comitia tributum vno loco diuisi, palam inde ab solutum Gabiniurn: detur eis valitum. De Mellala quod quzris, quid scribam nescio: nunquam ego vidi tam pares candidatos. Mellalz copias nosti. Scaurus Triarius secum fecit. Si quzris, nullia est magnopere cōmota ~~etiamq. sed~~. Sed tamen habet AEeditas eius memoriā non ingratam, & est pondus apud rusticos in patris memoriā. Reliqui duo plebei sic exequantur, vt Domicius valeat amicis, adiuvetur tamen, nō gratissimo munere. Memmius Cælaris cōmēdatur militibus, Pompeii Gallia nitatur, quibus si nō valuerit, putat fore aliquē qui comitia in adūtū Cælaris detrudat, Carone præsertim ab soluto. Paccianus epistolz respondi, cognoscere cetera. Ex fratis literis incredibilia quzda de Cælaris in me amore cognoui, cāque sunt ipsius Cælaris vberimis literis cōfirmata. Britanni belli exitus expectatur. Constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus: etiam illud iam cognitum est, neque argenti scrupulorum esse vllum in illa insula, neque vllam spē præde, nisi ex māciis, ex quibus nullos puto te literis aut munificis eruditos expectare. Paulus in medio foro basilicā iam penè texent iisdē antiquis colunis: illam autē quā locauit, facit magnificentissimam. Quid quzris: nihil gratius illo monumento, nihil glorio sius. Itaque Cælaris amici (me dico & Oppiū) disfūparis licet, monumentū illud, quod tu tolle laudibus solebas, vt forum laxaremus, & vsque ad atrium Libertatis explicaremus, cōtempsums lexcenties ~~et~~. Cū priuatis non poterat transfigi minore pecunia, efficiemus rem glorioſissimā: nā in capo Martio septa tributis comitiis marmorea sumus & testa facturi, cāq; cingemus excelsa porticus, vt mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi vlla etiā publica. Dicis, Quid mihi hoc monimentū proderit ad quid laboramus res Romanas? enim te puto de lustro, quod iam desperatū est, aut de iudiciis, quz lege Coctia fūt, quzerrere. Nunc te obiungari pater, si iure scribis enim in ea epistola quā C. Decimius mihi reddidit Butthrotō data, in Afiam tibi cundū esse, te arbitriari: mihi me hercule nihil videbatur esse in quo tantulum intercesset vtrum per procuratores ageres, an per te ipsum: vt abes toties, & tam lōge abes. Sed haec mallem integra te tecum egisse: protecō enim aliquid egism. Nūc reprimā suscepitam obiungationem, utinam valeat ad celeritatem redditus tuus. Ego ad te propterea minus sapere scribo, quod certum nō habeo vbi sis, aut vbi futurus sis: huic tamen nescio cui, quod videbatur is te visurus esse, putauit dādas esse literas. Tu quoniam iturum te in Afiam esse putas, ad quz tempora te expectemus, facias me certiorē velim, & de Eutychide quid egeris.

## CICERO ATTICO SAL.

87

P V T O te exstimate me nunc oblīti consuetudinis & instituti mei, rarius ad te scribere quām solchā: sed cū loca & irinerā tua nihil habere certi video, neque in Epeirū, neque Athēnas, neque in Asia, neque cuiquam, nisi ad te ipsū proficisciēti dedi literas. Neque enim sunt epistolz nostrā, quz li perlatz nō sint, nihil ea res nos offensura sit: quz tantū habent mysteriū, vt eas ne libraris quidē ferē committamus Lepidum quo excidat. C o s s. flāgrant infamia, quod C. Memmius candidatus pactionē in Senatu recitauit, quam ipse suus cōpetitor Domicius cū C o s s. fecisset, vt ambo h̄s quadrigena c o s s. daret, si essent ipsi c o s s. facti: nisi tris Augures dedilicet, qui se afluissē diceret, cum lex cuiata ferretur, que lata non esset: & duo Consulares, qui se dicerent in ornandis prouinciis Consularibus scribendo afluissē, cum omnino ne Senatus quidem afluisset. Hęc pactionē non verbis, sed nomi nibus & prescriptionibus, multorum tabulis, cum eis facta diceretur, prolata à Memmio est, nominibus inductis auctore Pōpeio. Hic Appius erat idē, nihil sane iacturz: corruebat alter, & planū inquam iacebat. Memmius autē direpta coitione, invito Caluino planē re fixerat, & eo magis nunc concitatē Dictaturam, fauere iustitio, & omnium rerum licenz. Perspicē aequitatem animi mei, & ludum, & contempnionem Seleucianz prouinciarū, & mehercule cum Cæsare sua uissimam coniunctionem: haec enim me vna ex hoc naufragio tabula delectat, qui quidem Quintum mecum tuimque (Dū boni) quemadmodum tractat honore, dignitate, gratia non fecit ac si ego essem Imperator. Hybernā legiōnē eligen di optio delata. Commodum, vt ad me scribit, hunc tu non ames: Quem igitur istorū: Sed

## Ad Atticum

heus tu, scripſerāmne tibi me esse Legatum Pompeio: & extra vrbem quidē fore ex Id. Ian. Vifum eſt hoc mihi ad multa quadrare. Sed quid plura corām (opinor) reliqua. vt tu tamē aliiquid expeſtes, Dionyſio plurimam ſalutem: cui quidem ego non modo feruaui, ſed etiā edificau locum. Quid queris: Ad ſumman latitudinem meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius aduentus cumulus accedit. Quo die ad me venies, vt ſi me amas, apud me cum tuis maneas.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICUM LIBER QVINTVS.

CICERO ATTICO SAL.

88

EGO vero & tuum in diſceſſu vidi animū, & me ſum ipſe teſti: quo magis erit tibi vi-  
dendum nequid noui decernatur, vt hoc noſtrum deſyderiū ne plus ſit annū. De An-  
nio Saturnino curaſti probe: de ſatiſdando vero te rogo quoad eris Romæ, tu ut ſatiſdes:  
& ſunt aliquor ſatiſdationes ſecundum mancipium in hiſ & Mennianorum pradiorum,  
vel Hatilianorum. De Oppio factum eſt ut volui, & maxime quod DCCC aperiuſti,  
quz quidem ego vtique vel verſura facta ſolu volo, ne extrema exactio noſtrorum nomi-  
num expeſetur. Nunc venio ad tranſuerſum illum extremæ epiftolæ tua verſiculum, in  
quo me admoſes de ſorore: quz reſ ſe ſic habet. Ut veni in Arpinas, cum ad me frater ve-  
niſſet, in primis nobis ſermo, ilque multus de te fuit: ex quo ego veni ad ea, quz fueramus  
ego & tu inter nos de ſorore in Tuſculano locuti, nihil tam vidi mite, nihil tam pla-  
cum quām tum meus frater erat in ſororem tuam: ut etiam ſiqua fuerat ex ratione ſumpta  
offenſio, non apparet. Ille ſic dies. Poſtridie ex Arpinati profeſti ſumus: ut in Arcano  
Quintus maneret, dies feci: ego Aquini: ſed prandium in Arcano: (noſti hunc fundum)  
quod ut venimus, humaniſime Quintus, Pomponia, inquit, tu inuita mulieres, ego accue-  
to pueros. Nihil potuit, mihi quidem ut vifum eſt, dulcius, idque cum verbiſ, tum etiam a-  
nimō ac vultu. At illa audientibus nobis, Ego ſum, inquit, hic hospita: Id autem ex eo,  
ut opinor, quod anteceſſerat Statius, ut prandium nobis videret. Tum Quintus, En, inquit  
mihi, hzc ego patior cotidie. Dices, Quid: quāl iſtuc erat magnum. Itaque meipſum com-  
mouerat, ſic abſurde & aſpero verbiſ vultuque responderat. Diſſimulauit dolens: diſcubui-  
mus omnes præter illam: cui tamen Quintus de mensa misit, illa reiecit. Quid multa: nihil  
meo fratre lenius, nihil aſperius tua ſorore mihi vifum eſt: & multa prætero, quz tum mi-  
hi maiori ſtomacho, quām ipſi Quinto fuerunt. Ego inde Aquinum, Quintus in Arcano  
remanſit: & Aquinum ad me poſtridie mane venit, mihi que narravit, nec ſecum illam dor-  
mire voluisse: cum diſceſſura eſt, fuſile eiusmodi qualem ego vidissem. Quid queris: vel  
ipſi hoc dicas licet, humanitatē ei meo iudicio illo die deſuiffe. Hac ad te ſcripiſſe fortaſſe  
pluribus quām necelle fui, ut videres tuas quoque elle partiſ instituendi & monendi. Reli-  
quum eſt, ut antequam proficiſcare, mandata noſtra exhauias: ſcribas ad me omnia, Pom-  
ptinum extroudas. Cum profeſtus eris, cures ut ſciā. Sic habeas, nihil mehercule te mihi nec  
charius eſſe nec ſuauius. A. Torquatum amatiſſime dimiſi Minturnis, optimum virum, cui  
me ad te ſcripſisse aliiquid, in ſermone ſignifices velim.

CICERO ATTICO SAL.

89

A D VI Id. Mai, cum has dabam literas, ex Pompeiimo proficiſcebar, ut eo die manere  
in Trebulano apud Pontium. Deinde cogitabam ſine villa mora iuſta itinera facere. In Cu-  
mano cum eſſem, venit ad me (quod mihi pergratum fuſit) noſter Hortenſius: cui deponſeti  
mea mādata, cetera vniuerſe mandati. illud probe, ne patetur, quantū effet in ipſo, proro-  
gari nobis prouincias: in quo eū tu velim coſirmes, gratumque mihi feciſſe dicas quod &  
venerit ad me, & hoc mihi, præterāque ſiquid opus eſt, promiferit. Conſirmaui ad eam  
cauſam etiam Furnium noſtrum, quem ad annum Trib. pl. videbam fore. Habuimus in

Cumano quasi pusillam Romam, tanta erat in his locis multitudo. Cum interim Rufio noster, quod se à Vestorio obseruari videbat, stratagemate hominem percussit: nam ad me non accedit. Ita necum Hortensius venire, & infirmus & tam longe Hortensius, cum maxima præterea multitudo, ille non venit: non, inquit. Non vidisti igitur hominem, inquis? Qui potui non videre, cum per Emporium Putecolanorum iter faceremus quo illum agentem aliquid credo salutari. Postea ita iussi valere, cum me spectans est sua villa, nunquid vellem, rogasset. Hunc hominem parum gratum quisquam putet, aut non in eo ipso laudandum, quod audiri non laboraret. Sed redeo ad illud. Nolim purare mihi aliam consolacionem esse huius ingentis molestie, nisi quod spero non longiorum annus fore: hoc me ita velle multi non credunt ex consuetudine aliorum. Tu qui scis, omnem diligentiam adhibebis, tum scilicet, cum id agi debet. Cum ex Epeiro redieris, de rebus scribas ad me velim, siquid erit quod operari: nondum enim satis hic erat allatum quoquo modo Caesar ferebat auctoritate perscripta: et quod rumor de Transpadanis, eos iulios IIII viros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio sciamus.

## CICERO ATTICO SAL.

90

A D V I Id. Mai. veni in Trebulanum ad Potium: ibi mihi tuas literas binas reddite sunt tertio abs te die: eodem autem ex Pompeiano Philorimo dederam ad te literas, nec vero nunc erat saepe quid scriberem, qui de rebus rumores, scribe quæsito: in oppidis enim summum video timorem, sed multi inania: quid de iis cogites, & quando, scire velim. Ad quas literas tibi scripsi velis, nescio: nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ semel in Trebulano reddite sunt: quatum altera editum P. Licinii habebant (erant autem Non. Mai data) altera rescripta ad meas Minturnenses. Quam vero nequid fuerit ~~conveniens~~ in iis quas non accepi, quibus scripsi vis. Apud Lentulum ponam te in gratiam. Dionysius nobis cordi est. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deest quid scribam. Et lucet Beneventi, cogitabam hoc de nostra continentia & diligentia esse satis. Faciemus satis à Pontio. Ex Trebulano ad V Id. Mai.

## CICERO ATTICO SAL.

91

BENEVENTVM veni ad V Id. Mai. ibi accepi eas literas quas tu superioribus literis significaueras te dedisse, ad quas ego ipse eo die dederam ex Trebulano L. Potio. Ac binas quidem tuas Beneventi accepi: quarum altera Funisulanus multo mane mihi dedit: altera scriba Tullius. Gratissima est mihi tua cura de illo meo primo & maximo mandato: sed tua profectio spem meam debilitat, ac me ille illud non quo, sed inopia cogimur eo contenti esse. De illo altero quem scribis tibi visum esse non alienum, veretur adduci ut nostra possit, & tuis ~~convenientibus~~ esse. Evidem sum facilis, sed tu aberis, & me absente tecum habebis rationem meæ. Nam posset aliquid, si uterque nostrum adesset, agente Serulio, Serulo fieri probabile. Nunc si iam res placeat, agendi tamen viam non video. Nunc venio ad illam, epistolam, quam accepi à Tullio. De Marcello fecisti diligenter: igitur s.c. si erit factum, scribes ad me: si minus, tem tamen conficies: mihi enim attribui oportebit, item Bibulo: sed non dubio quin s.c. expeditum sit, in quo prefertim sit compedium populi. De Tortu quo probo: de Mafone & Ligure cum venerint. De illo quod Cherippus, quoniam hic quoque ~~rebus~~ sustulisti, ò provincia, etiamne hic mihi curandus est? Curandus autem, haec tenus, nequid ad Senatum Consule aut numero, nam de ceteris, sed tamen commode. Quod cum Scrofa de Pompeino, recte scribis: est enim ita, ut si ante Kal. Iun. Brundisi futurus sit, minus vrgendi fuerint M. Annus & Tullius. Qua de Siccino audisti, ex mihi probantur, modo ne illa exceptio in aliquem incurrat bene de nobis meritum: sed considerabimus: rem enim probo. De nostro itinere quid statuero: de quinque praefectis quid Pompeius facturus sit, cum ex ipso cognoro, faciam ut scias. De Oppio bene curasti, quod ei DCCC exposuisti: idque, quoniam Philotimum habes, perfice, & cognosce rationem, & ut agam amplius, si me amas, priusquam proficiaris, efficie, magna mea cura leuis. Habes ad omnia, et si penè præteri, chartam tibi desse: mea cautio est: siquidem eius inopia minus multa ad me scribis. Tu vero aufer ducentos, et si meam in eo parsimoniam

S.i.

huius paginæ contractio significat, dum acta & rumores vellet. Nam siquæ certa habes de Cæfare, expecto literas, & alias Pomptino de omnibus rebus diligenter dabis.

## CICERO ATTICO SAL.

92

PLANE deest quod scribam: nam nec quid mandem habeo, nihil enim prætermisum est: nec quid narrem noui: enim mihi nec iocandi locus est, ita me multa sollicitat. tantum tamen scito, id. Mai nos Venusia mane proficentes has dedisse: eo autem die credo aliquid actum in Senatu. Sequantur igitur nos tuæ literæ, quibus non modo res omnis, sed etiam rumores cognoscamus: eas accipiemus Brundisi. Ibi enim Pomptinus ad eam diem quam tu scripsisti, expectare consiliū est. Nos Tarenti quos cum Pompeio ~~adspexit~~ de rep. habue rimus, ad te perscribemus. Etsi id ipsum scire cupio, quod ad tēp̄ū recte ad te scribere possem, id est quandiu Romæ futurus sis: ut aut quoad dem posthac literas sciam, aut ne dem frustra. Sed antequam proficiscere, utique explicatū sit illud ~~ns~~ X X & D C C C. hoc velim in maximis rebus, ne cellaris habeas, ut quod auctore te velle corpori, adiutorie alloqueris.

## CICERO ATTICO SAL.

93

TAREN T V M veni ad X V Kal. Iun. quod Pomptinum statueram expectare, commodissimum duxi dies eos quoad ille veniret, cum Pompeio consumere: eoque magis quod ei gratum esse id videbam, qui etiam à me perierit, ut secum & apud se esset cotidie: quod concessi libenter: multis enim eius praeciaros de rep. sermones accipiam, instruar etiā consiliis idoneis ad hoc nostrum negotium. Sed ad te brevior iam in scribendo incipio fieri, dubitans Române sis, an iam profectus: quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quām committam, ut tibi cum possint reddi à me literæ, non reddantur: nec tamen iam habeo quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandauit omnia, quæ quidem tu, ut polliceris, exhausters: narrabo, cum aliquid habebo noui. illud tamen non definam, dum adesse putabo, de Cæfaris nomine rogare, ut confectum relinquas. Audeo expecto tuas literas, & maxime, ut norim tempus protectionis tuæ.

## CICERO ATTICO SAL.

94

COTIDIE vel potius in dies singulos brevioris literas ad te mitto. cotidie enim magis suspicor te in Epirum iam profectionem: sed tamē ut mandatum scias me curasse, quod antea ait se Pompeius, quinos præfectos delaturum nouos, vacationes, iudicariam causam. Ego cum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuisset, proficisciabar Brudisium ad X I I I I Kal. Iun. ciuem illum egregium relinquam, & ad hanc quæ timetur, propulsaria paratissimum. Tuas literas expectabo, cum ut quid agas, num ut ubi sis, sciam.

## CICERO ATTICO SAL.

95

M E E T incommoda valetudo, qua iam emerferam, ut pote cum sine febre laborarem & Pompeini expectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum iā diem Brundisi: sed cursum expectabamus. Tu si modo es Romæ (vix enim puto) sin es, hoc vehementer animaduertas velim, Romæ accepere literas Milonem meum queri per literas iniuriam meam, quod Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia, quem & amicissimum Miloni perspiceram, & talem virum qualem tu iudicas, cognoram. eius autem consilium, mecumque hoc fuerat: primum, ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emptor alienis mancipiis, quæ permulta secum habet, spoliat: deinde, ut Faustæ, cui cautum ille esse voluisse, ratum esset: erat etiam illud, ut ipsi nos, siquid seruari possit, quām facilime seruaremus. Nunc rem totam perspicias velim: nobis enim scribuntur sive maiora. Sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult, Philotimus (ut ego ei coram dixeram, mihique ille receperat) ne sit (inuitio Milone) in bonis, nihil nobis fuerat tantisper hæc leuiora sunt, tu iudicabis. Loquere cū Duronio. Scripsi etiam ad Camillium, ad Lamiam, eoque magis, quod nō confidibam Romæ te esse. Summa erit hæc status ut ex fide, fama, reque mea videbitur.

## CICERO ATTICO SAL.

96

ACTIVM venimus ad X V I I Kal. Quintil. cum quidem & Corecyz & Sybotis numeribus tuis, quæ & Arcus, & meus amicus Eutychides oportet, & ~~eu~~ oportet nobis

concesserant, epulati esset salarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime nauigassemus, & Leucaten flectere molestem videbatur. Actuaris autem minutis Parthus accedere sine iis impedimentis, non satis vistum est decorum. Ego ut sapere me currentem hortatus es, cotidie meditor, praecepio meis, faciam denique ut summa modestia, & summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus velim quiete, & fortuna nos iuvet, nostra praefabimur. Tu quoq[ue] quid agas, ubi quoque hoc tempore futurus sis, qualis res nostras Romam reliqueris, maxime de CXX & de DCCC cura, ut sciamus, id vnis diligenter literis datis (qua ad me utique perferantur) consequere. Illud tamen (quoniam nunc abes, cum id non agitur, aderis autem ad tempus, ut mihi rescripsi) memento curare per te, & per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat suo statu, nequid noui decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem an etiam te rogem ut pugnes ne intercaletur: sed non audeo tibi omnia onera imponere: annū quidem utique teneo. Cicero meus modelissimus & suauissimus puer tibi salutem dicit. Dionysium semper equidē, ut scis, dilexi, sed cotidie pluris facio, & mehercule in primis quod te amat, nec tui mentionem intermitti finit.

## CICERO ATTICO SAL:

97

V T A T H E N A S ad x V Kal. Quintil. veneram, expectabam ibi iam quartum diem Pomptinum, neque de eius aduentu certi quidquam habebam. Erat autem totus (crede mihi) tecum: & quanquam sine iis per me ipse, tamen acris vestigiis tuis monitus, de te cogitabam. Quid queris? Non mehercule alius vilus sermo nisi de te: sed tu aliquid de meipso sciēre fortasse manus: hec sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice, aut priuatum, nec in quenquam comitum. Nihil accipitur lege Iulia, nihil ab holpīte: persuasum est omnibus meis, seruendum esse famam meam: belle adhuc, hoc animaduersum Græcorū laude, & multo sermone celebratur: quod superest, elaboratur in hoc à me, sicut tibi sensi placere: sed haec tum laudem cuncte erunt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, ut meum confilium sape reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emersem. O rem minime aptam meis moribus! O illud verum quod sit. Dices, quid adhuc nondū enim in negotio versaris? Nefcio, & puro molestiora refare, etiā hæc ipsa fero euidem etiam fronte, ut puto, & vulnus bellis, sed angor intimis sensibus. Ita multa vel iracundie, vel insolenter, vel in omni genere stultitiae, infusile, arroganter & dicuntur & tacentur cotidie: quz non quo te cœlēm nō perscribo, sed quia nō videntur sunt: itaque admirabere meam ~~animum~~, cū salutē redierimus: tata mihi ~~animo~~ huius virtutis datur. Ergo haec quoque haec tenus: etiā mihi nihil erat propositum ad scribendum: quia quid ageres, ubi terrarū es, ne suspicabar quidem: nec hercule vñquam tandem ignarus rerū mearum fui. Quid de Cesatis, quid de Milonis nominibus actum sit, ac non modo nemo, ne rumor quidem quisquā, ut sciremus in rep. quid ageretur. Quare siquid erit quod scias de his rebus quas putabis scire me velle, per mihi gratū erit si id curaris ad me perferendum. Quid est præterea mihi sanè, nisi illud, valde me Athēnae delectarunt. Vrbs duntaxat, & vrbis ornamentū, & hominum amores in te, in nos quādam benevolentia. Sed multum ea philosophia sursum deorsum, si quidem astimaris tu apud quem eram: nam Xenonem tuum, vel nostrum potius, Quinto concesseram: & tamē propter vicinitatem totos dies simul eramus iuncti. Cum primum poteris, tua consilia ad me scribas, ut sciam quid agas, ubi quoque, & maxime quando Romam futurus sis.

## CICERO ATTICO SAL.

98

H VI totiſme me literas dedidi Romam, cum ad te nullas daremat vero posthac frustra potius dabo, quā si recte dari potuerint, committo ut non dem. Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas, dum ades, quidquid prouideri potest, prouide: non dici potest, quā flagrem defyderio vrbis, quā vix harum rerum infūlūtatem feram. Marcellus sedendi comes: et si ille magistratum non gesserit, erat tamen Transpadanus, ita mihi videatur nō minus stomachi nostro Cesari fecisse sed hoc ipse viderit. Pompeius mihi quoque videbatur (quod scribis Varronē dicere) in Hispaniam certe iturus: id ego minime probabam: qui quidē Theophani facile persuasi, nihil esse melius quā illum nūsquam discedere:

S. ii.

ergo Gracius incumbet: valet autem authoritas eius apud illum plurimum. ego has prid. Non. Quintil. proficisciens Athenis dedi: cum ibi decem ipos fuisse dies, venerat Pom-  
prinus: nam Cn. Volusius aderat Quæstor tuus. Vnus Tullius aberat. ~~et~~ Rhodiorum  
& dicitra Mitylenzorum habebam & aliquid ~~invenimus~~. De Parthis erat silentium. Quid su-  
perest, Dii iuuent, nos adhuc iter per Graciā summa cum admiratione fecimus. Nec me  
hercule habeo quod adhuc quem accusem in eorum. Videntur mihi nosse nos, nostrā cau-  
sam, & conditionem profectionis suę: planè seruant existimationē meę. Quid superest, si  
verum illud est, ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ certe permanebunt. Nihil enim à me fieri ita videbunt, vt si-  
bi sit delinquendi locus. Sin id parum quid fuerit, fieri aliquid à nobis scuerius: nam adhuc  
lenitate dulces sumus, & (vt spero) proficimus aliquantum. Sed ego hanc, vt singuli dicunt,  
~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ in unum annum meditatus sum: proinde pugna, ne siquid prorogarum sit, turpis in-  
ueniar. Nunc redeo ad quæ mihi mandas. In præfectis excusatio:is quos voles deferto, nō  
ero tam ~~invenimus~~ quam in Apuleio fui. Xenonem tam diligo, quam tu, quod ipsum sentire  
certe scio. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui, & hercule me-  
rito tuo feci: nam mihi es ter dixit te scripsisse ad se, mihi ex illius literis rem illam curze  
fuisse, quod ei pergratum erat: sed cum Patron nunc mecum egisset vt peterem à vestro A-  
reopago ~~invenimus~~ tollerent, quem Polycharmo Præt. fecerant, commodius vīsum est, &  
& Xenoni me, (& post ipsi Patroni) ad Memmiū scribere, qui pridie quam ego Athenas ve-  
ni, Mytilenas profectus erat: vt is ad suos scriberet, posse id sua voluntate fieri: nō enim du-  
bitabat Xeno quin ab Ariopagitis inuito Memmio impetrari non posset. Memmius autē  
adficandi consilium abiecerat, sed erat Patroni iratus: itaque scripti ad eum accurate, cu-  
ius epistolæ misi ad te exemplum. Tu velim Piliam meis verbis consolere: indicabo enim  
tibi: tu illi nihil dixeris: accepi fasciculum, in quo erat epistola Piliae: abstuli, aperi, legi, val-  
de scripea est ~~invenimus~~. Brundilio quæ tibi epistolæ redditæ sunt sine mea, tum videlicet da-  
ta cum ego me non belle haberem: nam illam ~~invenimus~~ excusationem ne acceperis. Cura  
ut omnia sciam, sed maxime vt valeas.

## CICERO ATTICO SAL.

99

NEGOTIVM magnum est nauigare, atque id mensē Quintili. Sexto die Delum A-  
thenis venimus. Prid. Non. Quintil. à Pirao ad Zofstra vēto malesto, qui nos ibidem No-  
nis tenuit. Ad V III Id. ab Coo iuscunde, inde Gyarum sauo vento, non aduerso: hinc Scy-  
rum, inde Delum, vtroque citius quam vellemus, cursum cōsecimus. Iā nosti ~~invenimus~~ Rho-  
diorum: nihil quod minus fluctū ferre possit: itaque erat in animo nihil festinare, Dolo nec  
me mouere, nill omnia ~~invenimus~~, ita vidissem. De Messala ad te statim, vt audiui, de Ga-  
ro dedi literas, & idipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium, cui quidem valde ~~invenimus~~. Sed tuas de eius iudicii sermonibus, & mehercule omni de reip. statu literas expecto  
~~invenimus~~ quidem scriptas (quoniam meos cū Thallumero nostro peroulatas libros) cuius-  
modi inquam literas, ex quibus ego, nō quid fiat (nam id vel Helonius vir gratissimus po-  
test efficere clicis tuus) sed quid futurū sit. Etiam cum hac leges, habebimus C O S S. Om-  
nia perspicere poteris, de Cæsare, de Pompeio, de ipsis iudiciis. Nostra autem negotia (quo-  
niam Romæ commoraris) amabo te explica, cui rei fugerat me rescribere. De strue salina-  
rum plane rogo. De aqua siquid poterit fieri, eo sit animo quo soles esse. De aqua quæ ego  
cum mea sponte, tum tuis sermonibus æstimò plurimi, ergo aliquid conficies. Præterea si-  
quid Philippus rogauerit, quod in tua re faceres, id velim facias. Plura scribam ad te cū con-  
silio: nunc eram plane in medio mari.

## CICERO ATTICO SAL.

100

EPHESVM venimus ad x i Kal. Sextil. sexagesimo & quinto post pugnam Bouiam. Nauigauimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter aphaëtorum Rhodiorum im-  
becillitatem. De concursu legationum, priuatorū, & de incredibili multitudine, quæ mihi  
iam Sami, sed mirabilem in modum. Ephesi presto fuit, aut audisse te puto, aut quid ad me  
attinet? Veruntamē, cum de Cumanis venissim cum imperio, Graci quasi Ephelio Præt. se-  
alacres obtulerunt: ex quo te intelligere certe scio, multorū annorum ostentationes meas

nunc in discrimine esse adductas: sed ut spero, utemur ea palestra quā à te didicimus, omnibusque satissificemus, & eo facilius quod in nostra prouincia confecta sunt pactiones. Sed haec tenus, presertim cū cenanti mihi nunciaret Celsius se de nocte profici. Tua negotiatio la Ephesi cur mei fuerint: Thermopis, tameri ante adiutum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamē Philogenem, & Scium tradidi, Apollonicensem Xenonem commendauit: omnino omnia se facturam recipit. Ego præterea rationem Philogeni, permutationis eius, quam tecum feci, edidi: ergo hæc quoque haec tenus. Redeo ad urbana. Per fortunas (quoniam Romæ manes) primum illud præfui atque premuni quæso, ut simus annui, ne intercaletur quidem. Deinde exhausti mea manda: maximeque siquid potest, de illo domestico, scrupulum quem non ignoras. Deinde de Cesare, cuius in cupiditatrem te authore incubui, nec me piget. Et si intelligis quām meum sit scire, & cutare quid in repudiari (fia autem immo vero etiam quid futurum sit) prescribe ad me omnia, sed diligenter. In primisque quid iudiciorum status aut factorum, aut fututorum etiam laborer. De aqua, si curæ est, siquid Philippus aget, animaduertes.

## CICERO ATTICO SAL.

101

**A N T E Q U A M** aliquo loco confedero, neque longas à me, neque semper mea manus literas expectabis: cum autem erit spatiū, utrumque præstabo. Nunc iter conficiebamus astrosa & puluerulenta via. dederam Epheso pridie, has dedi Trallibus. In prouincia mea fore me putabam Kal. Sextil. Ex ea die, sì me amas, ~~magis propter vobis~~ commoueto, tamen interea hæc quæ vellem, mihi adserebantur. Primum otium Parthicum: dein confectæ pationes publicanorum: postremo sedicio militiæ sedata ab Appio, stipendiumque eis usque ad Id. Quintil. per solutum. Nos Asia accepit admirabiliter, aduentus noster nemini ne minimo quidem fuit sumptui. Spero meos omnes seruire landi meæ, tamen magno timore sum, sed bene paramus: omnes iam nostri præter Tullium tuum venerunt. Erat mihi in anno recta proficii ad exercitum, astius mensis reliquias rei militari dare, hybernos iurisdictioni. Tu velim, si me nihilominus nostri curiosum in rep. quām te) scribas ad me omnia quæ sint, quæ futura sunt: nihil mihi gratis facere potes: nisi ramen id erit mihi gratissimum, si quæ tibi mandauit, consecris, in primis quid illud ~~adspexeris~~, quo mihi scis nihil esse chatius. Habes epistolam plenam festinationis & pulueris, reliqua subtiliores erunt.

## CICERO ATTICO SAL.

102

**L A O D I C E A M** veni prid. Kal. Sextil. ex hoc die claram amouebis. Nihil exceptius adiunctu meo, nihil charius: sed est incredibile, quām me negotiis tædeat: nō habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi & industria meæ: præclara opera cesset: quippe ius Laodiceæ me dicere, cum Roma A. Plotius dicas: & cum exercitum noster amicus habeat, tantum me nomen habere diuarum legionum exilium. Denique hæc nō defydero: lucem, forum, urbem, domum, vos defydero. Sed feram ut potero, ut modo anniū: si prorogatur, actum est. Verū perfacile restisti potest, tu modo Romæ sis. Quæris quid hic agam: ita viuā, ut maximus sumptus facio: mirifice delector hoc instituto, admirabilis abstinentia ex præceptis tuis: ut vercar ne illud quod tecum permutterauit, versura mihi solendum sit. Appii vulnera non refrico, sed apparent, nec oculi possunt. Iter Laodicea faciebā ad 111 Non. Sextil. cum has literas dabam in castra in Lycaoniā: inde ad Taurum cogtabam, ut cum Mophragine signis collatis, si possem, de seruo tuo decidere. Clitellæ boui sunt imponitur: illāne, non est nostrum onus, sed feremus, modo, si me amas, ut annus. Adfis tu ad tempus, ut Senatū excites. Mirifice sollicitus sum, quod iamdiu ignota sunt mihi ista omnia. Quare ut ad te antè scripsi, cum cetera, tum relipu. cura ut mihi nota sit. Plura scribam aliā tarda tibi reddigero, sed dabam familiariri homini ac domestico C. Andronico Puteolano: tu autem sape dare tabellaris publicanorum poteris per magistros scripturæ, & portus, & nostrarum dicecsum.

## CICERO ATTICO SAL.

103

**E T S I** in ipso itinere & via discenderant publicanorum tabellarii, & eramus in cursu, tamen surripiendū aliquid putari spatiū, ne me immemorē mandati tui putares: itaque subse-

S.iii.

di in ipsa via, dum haec quæ longiorum defuderant orationem, summatum tibi prescriberem. Maxima expectatione in perditam, & planè euersam in perpetuum prouinciam nos venisse scito pridie Kal. Sextil. moratus triduum Laodiceæ, triduum Apameæ, totidem dies Synade: audiuitimus nihil aliud, nisi imperata ~~admodum~~ solvere non posse: ~~admodum~~ omnium veritatis, ciuitatum gemitus, ploratus, monstra quædam non hominis, sed feræ necio cuius immanis. Quid quæris: adet omnium nos vita. Leuantur ramei miseræ ciuitates, quod nullus sit sumptus in nos, neque in Legatos, neque in Quæstorem, neque in quenquam. Scito non modo nos solum, aut quod de lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos & tectum, quenquam accipere quidquam: multis locis ne reatum quidem, & in tabernaculo manere plerunque. Itaque incredibilem in modum concursum fuisse ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiam aduentu nostro reuulscent iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. Itaque opiniones omnium superauit. Appius, ut audiuit nos venire, in ultimam Prouinciam se coniecit Tarsum vsque, ibi forum agit. De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros à barbaris nunciantur ii qui veniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in Prouinciam suam accedere: id autem facere ob causam dicebant, quod tardius vellet decidere. Nos in causa properabamus, quæ aberant bidui.

## CICERO ATTICO SAL.

105

ACC EPI Roma sine epistola tua fasciculum literarū, in quo si modo valuisti, & Romæ fuisti, Philotimi duco esse culpam non tuam. Hanc epistolam dictari sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, ab quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam certos homines quibus darem literas, iraque eo me seruauit: nos tamen, et si hoc te ex aliis audire malo, sic in prouincia nos gerimus, (quod ad abstinentiam attinet) vt nullus teruncitis infumatur in quenquam: id fit etiam & Legatorum, & Tribunorum, & praefectorum diligentia: nam omnes mirifice ~~admodum~~ gloria mez. Lepta noster mirificus est, sed nunc proprio: perscribam ad te paucis diebus omnia. Cicrones nostros Deiotarus filius, qui Rex ab Senatu appellatus est, secum in regnum: dum in astutis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus. Sextius ad me scriptus quæ tecum esset de mea domestica & maxima cura locutus, & quid tibi esset visum. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me scribe quid & possit, & tu censem: idem scriptus, Hortensium de proroganda nostra prouincia dixisse necio quidem in Cumano diligenter, se, vt anni essent, defensurū repperat. Si quidquam me amas, hunc locum ama. Dici non potest quām iniuitus à vobis absit: & simul hāc gloriam iustitia & abstinentia fortis inlustriorē spero, si cito dececerimus, id quod Sciuola contigit, qui solos nouem menses Asiae praefuit. Appius noster, cum me aduentare videret, profectus est Tarsum vsque Laodicea: ibi forum agit, cū ego sum in prouincia: quam eius iniuriam non infecto: sat is enim habeo negotii in sanandis vulneribus quæ sunt imposita prouincie: quod do operā vt faciam quamminima illius contumeliam. Sed hoc Bruto nostro velim dicas, illū fecisse nō belle, qui aduentu meo quamlongissime potuerit, discesserit.

## CICERO ATTICO SAL.

106

Q V A M vellem Roma es, si forte non es. Nihil enim certi habebamus, nisi accepisse nos tuas literas ad ~~X~~ 1111 Kal. Sextil. data: in quibus scriptum esset, te in Epeirum itum circiter Kal. Sextil. Sed siue Romæ es, siue in Epeiro, Parthi Euphratē transierūt duce Pacoro Orodis Parthorum Regis filio, cunctis referto copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiae cū omni exercitu: nos in Cappadocia ad Taurum cū exercitu ad Cybistra. Hostis in Cyrehestica, quæ Syriz pars proxima est prouincie mez. His de rebus scripti ad Senatum: quas literas, si Romæ es, videbis præfata reddendas. Et multa, immo omnia, quorum ~~admodum~~, nequid inter casu & proiecta (vt aiunt) oneris mihi addatur aut temporis. Nobis enim hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, pressum fidelium, certissimum subsidium est hyems. Ea si venerit, nec illi ante in meam prouinciam transferint, vnum vereor, ne Senatus propter urbanarum rerum metum, Pompeium nolit dimittere. Quod si alii ad ver mittit, non laboro: nobis modo temporis nequid

protegetur. Hæc igitur si Romæ es: si abes, aut etiam si ades, hæc negotia sic se habent. Stamus animis, & quia consilii ut videmur, bonis vtimur, speramus. Et in Amano ruto confidimus, copioſe frumento, Ciliciam propè conspiciente, expedito ad mutandum locum, parvo exercitu, sed ut spero, ad benevolentiam erga nos consentiente, quem nos Deiotari aduentu cum suis omnibus copiis duplicatur eramus. Sociis multo fidelioribus uti mur quām quisquam viuis esset: quibus incredibilis videtur & nostra mansuetudo & abstinentia. Delectus habetur Ciuium R. frumentum ex agris in loca tuta comportatur: si fuerit occasio, manus si minus, locis nos defendemus. Quare bono animo es: video enim te, & quasi corā adūs, ita cerno, amoris tui. Sed te rogo, si illo pacto fieri poterit, si integra in Senatu nostra causa ad Kal. Ian. manserit, ut Romæ sis mensē Ian. profectō nihil accipiam iniuriz, si tu aderis. Amicos cōsūs habemus nostros, Trib. pl. Furnium. Verum tua est opus assiduitate, prudentia, gratia: tempus est necessarium, sed turpe est me pluribus verbis agere tecum. Cicero nos triflī sunt apud Deiotarum: sed si opus erit, deducetur Rhodum. Tu si es Roma, ut soles diligentissimi in Epeiro, mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, ut & tu quid nos agamus, & nos quid tu agas, quidque acturus sis, scire possumus. Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. Sed iam exhibeo pupillum, neque defendo: sunt enim negotia & lenta & inania. Faciam tamen satis tibi, cui quidem difficilius est quām ipsi: sed certe satisfaciām vtrique.

## CICERO ATTICO SAL.

107

O B S I G N A R A M iam epistolam meam, quam puto te modo perlegisse scriptā mea manu, in qua omnia continentur, cum subito Appiū Tabellarius ad x i Kal. Octob. septimo quadrageſimo die Roma celeriter (hui tam longe) mihi tuas literas reddidit, ex quibus non dubito quin tu Pompeium expectaris dum Arimino redire, & iam in Epeum profectus sis: magis que vereor, ut scribis, ne in Epeiro sollicitus sis non minus quām nos hic sumus. De Atelliano nomine scripsi ad Philocitum ne appellaret Messalam. Itineris nostri famam ad te peruenisse lætor, magis que lætabor si reliqua cognoris. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eāmque quā nunquam vidi, tamē & amo, & amabilem esse certo scio. Etiam atque etiam vale. De Patrone, & tuis condiscipulis, quæ de Tarentinis in militia laborau, ea tibi grata esse gaudeo. Quid scribis, libenter repulsa tulisse cum qui cum sotoris tuz filii patruo certaret, magni amoris signum. Itaque me etiam admonisti, ut gauderem: nā mihi in mentem non venerat. Non credo, inquis, ut liber, sed planè gaudeo, quoniam nā nūnq̄ intercessit nā q̄dā.

## CICERO ATTICO SAL:

108

S A T V R N A L I B V S mane se mihi Pendentissæ dediderunt septimo & quinagesimo die, postquam oppugnare eos ceperimus. Qui, malūm, isti Pendentissæ, qui sunt inquietum nomen audiū nunquam. Quid ego faciam: non potui Ciliciam, AEtoliam, aut Macedoniā reddere. Hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri posuisse, quæ cognoscet, sic enim cōcedis mihi proximis literis. Ephesum ut venerim nosti, qui etiam mihi gratulatus es illius dici celebritate, qua nihil me vñquā delectauit magis: inde oppidis his quæ erant, mirabiliter accepti, Laodiceam prid. Kal. Sextil. venimus: ibi mortati biduum, perillustres fuimus, honorificisque verbis omnes iniurias reuelliimus superiores, quod

Deinde Apameę quinquedies morati, & Synnadi triduum, Philos, meli quinque dies, Iconii x fecimus. nihil ei iurisdictione aquabilius, nihil lenius, nihil grauius. Inde ad caltra veni ad V i i Kal. Septemb. ad i i i exercitum lustrauit apud Iconium. Ex his castris cum graues de Parthis nuncii venirent, perrexi in Ciliciam per Cappadocię partem eam quæ Ciliciam attingit, eo consilio ut Armenius Artaxasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarēt. Cum dies quinque ad Cybistra Cappadocia castra habuissent, certior sum factus Parthos ab illo adiutu Cappadocia longe abesse, Cilicis magis imminere. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per Tauri pylas. Tarsum veni ad i i i Non. Octob. Inde ad Amanum contendit, qui Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit, qui mons erat hostium plenus scorpionorum. Hic ad i i i Id. Octob. magnum numerū

S.iii.

hostium occidimus. Castella munitissimi nocturno Póptini aduentu, nostro matutino ce-  
pimus, incédimus, Imperatores appellati sumus. Castra paucos dies habuimus, ea ipsa que  
contra Darium habuerat apud illum Alexander, Imperator haud paulo melior quam aur  
tu aut ego. Ibi dies quinque morari, direktō & vastato Amano; inde difcessimus: scis enim  
dici quædam ~~rumores~~, dici item ~~rumores~~ ~~rumores~~. Rumore adactus nostri & Cassio, qui Antio-  
chia tenebatur, animus accessit, & Parthis rumor inictus est. Itaque eos cedentis ab oppido  
Cassius infestus, rem bene gessit: qua in fuga magna auctoritate Osaces dux Parthorum  
vulnus accepit, & quæ interiū paucis post diebus. Erat in Syria nostrū nomen in gratia. Ve-  
nit interim Bibulus, credo voluit, appellatione hac inani nobis esse par. In codem Amano  
corpit lorcolam in mustaceo querere. At ille cohortē primam totam perdidit, Centurio-  
nēque primitili nobilem sui generis Asinium Dentonē, & reliquos cohortis eiusdem, &  
Sex. Lucilium, T. Gauii Cepionis locupletis & splendidi hominis F. Trib. mil. sanè plagā  
odiosam acceperat cūrē, tum tempore. Nos Pendentissimum, quod oppidum munitissimum,  
Elctherocilicum omnia memoria, in armis fuit (feri homines & acres, & omnibus rebus  
ad defendendum parati) einxiimus vallo & fossa, aggere maximo, vineis, turte altissima, ma-  
gna tormentorū copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis fauciis nostris,  
incolumi exercitu negotium confecimus. Hilara sane Saturnalia. Militibus quoque equis  
exceptis reliqua prædam concessimus. Mancipia venabant Saturnalibus tertius. Cū hæc scri-  
bebam in tribunali, res erat ad me c x x. Hinc exercitum in hyberna agri male pacati, de-  
ducendum Q. fratri dabam, ipse me Laodicā recipiebam. Hæc adhuc: id ad præterita re-  
uertamur. Quod me maxime horraris, & quod pluris est quam omnia, in quo laboras, ve  
etiam Ligurino ~~qui~~ satis faciam, moriar si quidquam fieri potest elegantius. Nec tam ego  
hanc conuentiū appello, quæ virtus voluptati restituta videtur. Ego in vita mea nulla vn-  
quam voluptate tanta sum affectus, quanta afficerat hac integritate: nec me tam facio (quæ  
summa est, quam res ipsa delectat). Quid queris fui ranti, me ipse non nori: nec satis scie-  
bam quid in hoc genere facere possem recte ~~in~~ ~~in~~ nihil est præclarus. Interim hæc ~~mea~~  
~~mea~~ Ariobarzanes opera mea vnius regnat ~~in~~ ~~in~~ confilio & auctoritate: & quod infida  
toribus eius ~~est~~ me non modo ~~ab~~ ~~ab~~ præbui, Regem regnique seruau. Inter-  
ea è Cappadocia ne pilum quidem. Brutum abieciū quantum potui excitau: quem nō  
minus amo, quam tu, pene dixi quam te: atque etiā spero toto anno Imperii nostri teru-  
cium sumptus in prouincia nullum fore. Habet omnia. Nunc publice literas Romā mir-  
tere parabam, vberiores erunt quam si ex Amano missem: te Romæ nō fore: sed est to-  
tum, quid Kal. Martii futurū est. Vero enim ne cum de prouincia gereret, si Cæsar reliset  
nos retineamur. His tu si adfessus, nihil timerē. Redeo ad urbā, quæ ego diu ignorans ex  
tuis iucundissimis literis ad V. Kal. Ian. denique cognoui: eas diligentissime Philogenes li-  
beratus tuus curauit perlonga, & nō sat isuta via perficerendas: nam quas Lemnii pueris scri-  
bis datas, non acceperā. Iucunde de Cæsare & quæ Senatus decreuit, & que tu speras: qui-  
bus ille si cedit, salu sumus. Incendio Pleroriano quod Leius adjustus est, minus moleste fe-  
ro. Luceius de Q. Cassio cur tam vehemens fuerit, & quid actum sit, aucto scire. Ego cum  
Laodicam venero, Quinto fororis tuz filio togam purā iubeo dare, cui modicabor dili-  
gentius. Dciotarus, cuius auxiliis magnis viis sum, ad me, vt scripsi, cū Ciceronibus Lao-  
dicam venturus erat. Tuas etiā Epeiroticas expecto literas, vt habeam rationem nō mo-  
do negotiū, verum etiā otii tui. Nicantor in officio est, & à me liberaliter tractatur: quem, vt  
puto, Romam cum literis publicis mittā, vt & diligentius perferantur, & idem ad me cer-  
ta de te & à te referat. Alexis quod mihi roties salutem adscribit, est gratum. Sed cur non  
suis literis idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio queritur ~~qui~~. Sed hæc haſte-  
nus. Cura vt valeas, & vt sciām quando cogites Romam. Etiam atque etiam vale.

Tua tuosque Thermo, & præiens Epheti diligentissime commendaram, & nunc per li-  
teras ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. Tu velim quod antea ad te scripsi, de domo  
Pammei des operā, vt quod tuo meoque beneficio puer haber, cures nequa ratione con-  
uellatur, vt riue nostrum existimo, tum mihi erit pergratum.

## CICERO ATTICO SAL:

109

TE in Epeirum saluum venisse, & vt scribis, ex sententia nauigasse, vehementer gaudeo: non esse Romam meo tempore per necessario, sub moleste fero. Hoc me tameni cōfolor, non spero te istic iucunde hyemare, & libenter requiescere. Cassius frater Q. Cassii familiaris tui pudentiores illas literas misit, quibus per se scribit confessum esse Parthicus bellum: recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli aduentum, sed nullo nostro ~~tempore~~, hodie vero hyemante in Cyrrhestica, maximumque bellum pēdet. Nam & Orodus Regis Parthorū filius in province nostra etiam dubitat Deiotarus, cuius filio paēta est Arthausdis filia (ex quo sciri potest) quin cum omnibus copiis ipse prima ~~parte~~ Euphratē transitus sit. Quo autem die Cassii literæ vītrices in Senatu recitatæ sunt, id est Non. Octob. eodem mēz tumultum nunciantes. Axius noster ait nostras authoritatis plenas fuisse, illis negat creditum. Bibuli nondum erant allati, quas certe scio plenas timoris fore. Ex iis rebus hoc vereor, ne cum Pompeius propter metum terum nouarū nūquam dimittatur, Cadari nullus honos à Senatu habeatur, dum hic nodus expediatur, nō paret Senatus, nos ante quām successum sit, opotere decedere: nec in tanto motu terum tantis prouincias singulos Legatos p̄tēse. Hic nequid mihi protogetur, quod ne intercessor quidem sustinere possit, horreto: atque eo magis quid tu abes qui consilio, gratia, studio, multis rebus occurreres. Sed dices meipsum mihi sollicitudinem struere: cogor, & velim ita sit. Sed omnia metuo, etiū bellum ~~approbatum~~ habet illa tua epistola quam dedisti nauigans Butroto. TIBI, VT VIDEO ET SPE R O, NVLLA AD DECEDENDVM MORA: mallem, vt video: nihil opus fuit, vt spero. Acciperam autem satis celeriter Iconii per Publicanorum tabellarios à Leneuli triumpho datas, in his, ~~admodum~~ illud confirmas, motam mihi nullam fore. Dēinde addis, siquid secus, te ad me fore venturum. Pungit me dubitationes tuæ, simul & video quas accepimus literas. Nam quas Hemoni Centurioni Scamulæ ipse scribis te dedisse, nō acceperim. Lenii pueris te dedisse sapere ad me scriptas: eas Laodicæ denique cum eō venissem 111 Id. Febr. Lenius mihi reddidit datas ad x Kalend. Octob. Lenio tuas commendationes, & statim verbis, & reliquo tempore te probabo. Hæc literæ cetera vetera habebant: vnum hoc nouum de Cibyrratis pantheris. Multum te amo quid respondisti M. Octauiu te non patrare: sed polthac omnia quæ certa non erunt pro certo negato. Nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule authoritate tua inflammati vicimus omnes. Hoc tu ita reperies cum abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. Caue putes quidquam homines magis vñquam esse miratos, quām nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factū esse, nec in tempore, nec in quenquam mœstrū, præterquam in L. Tullium Leg. is ceteroqui abstinet 112 tenuis (sed Iulia lege transitu) item tamen in dictu, nō vt alii solebant omnibus viciis, præter eum scimel nemo accepit) facit vt mihi excipiens sit, cum teruncium nego sumptus factum: p̄tēte cum accepit nemo. Has à nostro Q. Titinio sordes accepimus. Ego astius confessus, Q. fratrem hybernis & Cilicis p̄fasci. Q. Volusium tui Tiberii generum certū hominem, sed misericordiam abstinentem, miseri in Cypriū, ut ibi pauculos dies esset, ne cives Romaniani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent: nam euocari ex insula Cypriū non licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso, Non. Ian. Nō mehercule dici potest qua admiratione Cilicis ciuitatum, maximēque Tarsoensem. Postea vero quām Taurum transgressus sum, mirifica expectatio Asia nostrarum dicecidit, quæ sex mensibus imperii mei nullas meas accepserat literas, nunquam hospitem viderat: illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quæstū. Ciuitates locupletes ne in hyberna milites recipierent, magnas pecunias dabant. Cypriū talenta Attica c. c., qua ex insula (non ~~in~~ Tarso), sed verissime loquitur) numerus nullus me obtinente erogabatur. Ob hæc beneficia quibus illi obstupefcunt, nullos honores mihi, nisi verborum decerni sino, statuas ~~enca~~ ~~prohibeo~~: nec sum in villa aliante molebus ciuitatibus, sed fortasse tibi, qui hæc prædicem de me: perficer, si me amas: tu enim me hæc facere voluisti. Iter igitur ita per Asiam feci, vt etiam famæ, quæ nihil miseri est, quæ tum erat in hac mea Asia (mellis enim nulla fuerat) mihi optan-

da fuit. Quacumque iter feci, nulla vi, nullo iudicio, nulla cōtumelia, authoritate & cohortatione perfeci, vt & Græci & ciues R. qui frumentum comprederant, magnum numerum populis pollicerentur. Id. Feb. quo die has literas dedi, forum institutam agere Lao-<sup>8</sup> diceat Cibyriticum, & Apamense: ex Idib. Martiis, ibidem Synadense, Pamphylium, cum Phemio dūpiciam n̄ḡ Aonium, Iauricū, ex Idib. Mai in Ciliciam, vt ibi Iunius confundatur, velum tranquille à Parthis. Quintilis (si erit vt volumus) in itinere est per prouinciam redeuntibus consumendus. Venimus enim in prouinciam Laodiceam Sulpicio & Marcello c o s s.prid.Kal.Sextil.indē nos oportet decidere ad 1111 Kal.Sextil. Primum, contendam à Q. fratre, vt se p̄fici patiarur, quod & illo & me inuitissimo fier, sed aliter honeste fieri non potest: prefertim cum virum optimum Pomptinum ne nunc quidem retinere possim. rapit hominem enim Postumus Romam, fortasse etiam Postuma. Habes confilia nostra, nūc cognosce de Bruto. Familiaris habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum ex Cypro, M. Scaptium & P. Matinum, quos mihi maiorem in modum commendauit. Matinum non noui. Scaptius ad me in ealtra venit, pollicitus sum curaturum me Bruti causa, vt ei Salaminii pecuniam soluerent: egit gratias: p̄fecturam petivit. negauit me cuiquam negotianti dare, quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum. quid dicam. Totquato de M. Lenio tuorū multis aliis p̄fēctis veller esse syngraphaz caūa, me curaturum vt exigetur, gratias egit, discessit. Appius nōst̄r turmas aliquot equitū dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coiceret, & eun-<sup>11</sup> dem habuerat p̄fectum, vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi, moleste tuit Scaptius. Quid multarit ei fidem meam p̄fāarem, cum ad me Salaminii Tar-<sup>12</sup>sum veniissent, & in iis Scaptius, imperavi vt pecuniam soluerent. Multa de syngrapha, de Scaptii iniuriis, negauit me audire. Hortatus sum, petui etiam pro meis in ciuitatem beneficis, vt negotium conficerent. Denique dixi me coacturum, homines non modo non re-<sup>13</sup>culare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere, quod enim Praetori dare consuēscent, quoniam ego non accepseram, se à me quodāmodo dare: atque etiam minus esse aliquanto in Scaptii nomine, quām in vētigali Praetorio. Collaudai homines. Reſt, inquit Scaptius, sed subducamus summam. Interim cū ego in dicto translatio centesimas me obleruaturū haberem cum anatocismi anniuersario, ille ex syngrapha postulabat 1111. Quid ais, in-<sup>14</sup> quam possumne contra meum edictum? At ille protert s.c. Lentulo Philippō c o s s. Ut qui Ciliciam obtineret, ius ex illa syngrapha diceret. Cohortui primo: & erat enim in-<sup>15</sup>teritus ciuitatis. Reperio duo s.c. iūdē c o s s. de eadem syngrapha. Salaminii, cū Romz verifuram facete vellent, non poterant, quod lex Gabinia verbatur. Tum iis Bruti familia-<sup>16</sup>res, freti gratia Bruti, dare solebant 1111, si sibi s.c. caueretur. Fī gratia Bruti s.c. Ut né-<sup>17</sup>ve Salaminii, néve qui eis dedidisset, fraudi eset. Pecuniam numerarunt: & postea venit in mentē scenerioribus nihil se iuuare illud s.c. quod ex syngrapha ius dici lex Gabinia ve-<sup>18</sup>taret. Tum fit s.c. Ut & ea syngrapha eset quam cetera, sed vt codem. Cum hæc differuīsem, seducit me Scaptius: aut se nihil contradicere, sed illos putare talenta c o s se debere: ea se velle accipere, debere autem illo paulo minus: rogar vt eos ad c o s perducā. Optime inquam. voco illos ad me remoto Scaptio. Quid vosquantum inquam debetis? Respondet, c o s. Refero ad Scaptium: homo clamare. Quid opus est, inquārationes conferatis. Ad-<sup>20</sup>sidunt: subducunt ad nummum: conuenit. Illi se numerare velle: vrgere vt acciperet. Scaptius me rufus seducit: rogar vt rem sic relinquam. Dedi veniam homini impudenter pe-<sup>21</sup>teni. Græcis querentibus: vt in Fano deponerent postulantibus, nō concessi. Clamare om-<sup>22</sup>nes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centesimus cū anatocismo contentus non eset, aliis nihil stultus. Mihi autē impudens magis, quām stultus videbatur. Nam aut bono nomine centesimus contentus erat, aut non bono quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quz si Bruto non probatur, nefcio cur illum amemus: sed auunculo eius certe probabitur, prefertim cum s.c. modo factum sit: puto postquā tu es profectus, in cre-<sup>23</sup>ditorū causa, vt cētesimꝝ perpetuo sonore ducerētur. Hoc quid interfisi, si tuos digitos noui, certe habes subductū, in quo quidem iā m̄p̄p̄. Luceius M.F. queritur apud me per

literas, summum esse periculum, ne culpa Senatus his decretis, res ad tabulas nouas perueniat: commemorat quid olim mali C. Iulius fecerit cum dieculam dixerit, nunquam resp. plus: sed ad rem edeo. Meditare aduersus Brutum causam meam, si haec causa est, contra quam nihil honeste dici potest, prefertim cum integrum rem & causam reliquerim. Reliqua sunt domelica. De ~~adverso~~, probo idem quod tu Posthumus filia, quoniam Pontidia nungatur, sed vellem adesse. A Q. fratre his mensibus nihil expectaris: nam Taurus propter nunc ante mensem Iunium transiri non potest. Hermum ut rogas cerebrim literis fulcio. P. Valerium negat habere quidquam Deiorarus Rex: cùmque ait à se sustentari. Cum scies Romæ intercalatum sit, necne, velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sunt. Literas tuas minus paulo exspecto quām si Romæ essem, sed tamen exspecto.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER VI.

CICERO ATTICO SAL.

III

**A**CCEPI tuas literas ad quintum miliare Laodicez, quas legi libentissime, plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentie. Iis igitur respondebo, sic enim postulas, nec ~~memorias~~ meas instituam: sed ordinem conferuabo tuum. Recentissimas à Cybistris te meas literas habere ait ad x Kal. Octob. datas, & scire vis, tuas ego quas acceperim: omnis fere, quas cōmemoras, prater eas quas scribis Lentuli pueris, & Equotutico, & Brundisi datas. Quare non ~~opus~~ tua industria quod vereris, sed praeclare ponitur: si quidem id egisti ut ego defleacteris: nam nulla re sum delectatus magis. Quod meam ~~adversari~~ in Appio tibi, libertatem etiam in Bruto probo, vehementer gaudeo, et puraram fecus. Appius enim ad me ex itinere bis terre ~~intra~~ ~~litteras~~ literas miserat, quod quædam à se constituta relinquerem. Ut si medicus cum ægrotatu alii medico eruditus sit, ita si velit ei medico qui sibi successerit, si qua ipse in curando cōstituerit, mutet ille: sic Appius, cum ~~adversari~~ prouinciam curarit, sanguinem miseric, quidquid potuit detraherit, mihi tradiderit enectam, ~~adversari~~ cam à me, non libenter vidit, sed modo succenseret, modo gratias agit. Nihil enim à me fit cum villa illius contumelia: rantummodo dissimilitudo meæ rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quām illo imperante exhaustam esse sumptibus & iacturis Provinciam: nobis cam obtinentibus, numrum nullum esse erogatum, nec priuatim, nec publice: Quid dicam de illius Praefectis, comitibus, Legatis etiā de rapinis, de libidinibus, de contumelias: Nunc autem domus mehercule nulla tanto consilio, aut rata disciplina gubernatur, aut tam modesta est quām nostra tota Provincia. Hac nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat: & recte facere non mea laudis, sed illius contumelia causa. Sin Appius, ut Bruri litteræ, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit, non moleste fero: sed tamen eo ipso die quo hæc ante lucem scribem, cogitabam eius multa inique constituta & acta tollere. Nunc venio ad Brutum, quem ego omni studio, te authore, sum complexus: quem etiam amare cōceperam: sed dico, reuocau me, ne te offendere, noli enim putare me quidquam maluisse, quām ut mandat is facerem, nec villa de te plus laborasse mandatorū autem mihi, libellum dedit, iūdēmque de rebus ut mecum egeras. Omnia sum diligentissime persecutus. Primum ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta quæ mihi pollicebatur, illi daret: quoad mecum Rex fuit, per bono loco res erat: post à Pópeii procuratoribus sexcentis premi ceptus est. Pompeius autem cum ob ceteras causas plus potest vnu quām ceteri omnes, tum quodd puran ad bellum Parthicum esse venturus: sic tamen sic nunc soluit, tricelimo quoque die talenta Attica x x x i i, & hoc ex tributis. Nec id satis efficitur in vias mensuram, sed Cn. noster clementer id fert: sorte carer viura, nec ea solidam contentus est. Alii neque soluit cuiquam, nec potest soluere. Nullum enim atrium,

nullum vestigia habet. Appii instituto tribura imperat: ea vix in fociis Pompeii, quod sat-  
is sit, efficiunt. Amici Regis duo tréve perdiuites sunt, sed ii suum tam diligenter tenent  
quam ego aut tu. Evidem non defini tamen per literas rogare, suadere, accusare Regem.  
Deiotarus etiam mihi narravit, se ad cum Legatos misisse de re Brutis: eos sibi responsum  
retulisse, illū non habere: & mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatus, nihil Re-  
ge cogitius: itaque aut tutela cogito me abdicare, aut ut pro Glabrone Scruola, fociis &  
impedimentum recusare. Ego tamen quas per te Brutus promiseram præfecturas, M. Scaprio  
L. Gauio, qui in regno rem Brutus procurabāt, detuli: nec enim in Prouincia mea negotia-  
bantur. Tu autem meministi nos sic agere, vt quot vellet præfecturas sumiceret, dum ne  
negotiatori. Itaque duas ei præterea dedram, sed ii quibus petierat, de Prouincia decelerant. <sup>10</sup>  
Nunc cognosce de Salaminis, quod video tibi etiam nouum accidisse ranquā mihi. Nun  
quam enim ex illo audiui villā pecunia esse suā. Quinciam libellū ipsius habeo, in quo est,  
**S A L A M I N I I P E C V N I A M D E B E N T M . S C A P T I O E T P . M A-**  
**T I N I O F A M I L I A R I B U S M E I S .** eos mihi commendat: adscribit etiam, &  
quasi calcet admouet, intercessisse scelē pro iis magnam pecuniam. Confecerat ut solueret <sup>11</sup>  
centesimis sexenniū ductis cum renouatione singulorum annorum: at Scaptius quaternas  
postulabat. Menū si impetrasset, ne tu ipse me amare desideres: nam ab edictō meo recessis  
sem, & ciuitatem in Catonis, & in ipsius Brutis fide locatam, mēisque beneficiis ornaram,  
funditus perdidissem. Arque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Brutis,  
rem illam suo periculo ele. Quod nec mihi vñquā Brutus dixerat, nec tibi, enām, ut præ-  
fecturam Scaprio deserem: id vero per te exceperamus negotiatori, quod si cuiquam, huic <sup>12</sup>  
tamen non fuerat enim Praefectus Appio, & quidem haberet turmas equitum, quibus in-  
clusum in curia Senatum Salamini obserderat, ut fame Senatores quinque morerentur.  
Itaque ego quo die tereti Prouinciam, cum mihi Cyprii Legati Ephesum obuiam veni-  
fent, literas misi, vt equites ex insula statim decederent. His de cœulis cedo Scapnum ini-  
quis de me aliquid ad Brutum scripsisse: sed tamen hoc sum animo, si Brutus putabit me <sup>13</sup>  
quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota Prouincia singulas obseruarem, ita-  
que edixisem, idque etiam acerbissimis fonscatoribus probaretur: si præfecturam negotia-  
tori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Lenio, Pompeio ipsi in Sex.  
Statio negavi, & iis probabo: si equites deductos moleste ferer, accipiam euidem dolorem;  
mihi illum itaſci, sed multo maiorem, non esse eum talēm qualemputascim. Illud quidem <sup>14</sup>  
fatebirut Scapnius, me ius dicente, sibi omnēm pecuniam ex edictō meo auferendū potesta-  
tem fuisse. Addo etiam illud quod vereor tibi ipsi ut probem: confistere visura debuit, que  
erat in edictō meo, deponere volebant. Impetraui ab Salaminis ut filerent. Veniā illi qui-  
dem mihi dederunt: sed quid iis fieri, si huc Paulus venerit? Sed totum hoc Brutus dedi, qui  
de me ad te humanissimas literas scripsit. Ad me autem, etiam cum rogat aliquid contri-  
maciter, arroganter, ~~et~~ <sup>et</sup> soleret scribere. Tu autē velim ad cum scribas de his rebus, ut  
sciam quomodo hæc accipias: facies enim me certiorē. Atque hæc superioribus literis ad  
te diligenter perscripleram: sed planū te intelligere volui, mihi non extidisse illud quod tu  
ad me quibuldam literis scrip̄issem: si nihil aliud de hac Prouincia, nisi illius benevolentiā  
deportasse, mihi id fatis ele. Sir sanè, quoniam ita tu vis, sed tamen cum eo credo, quod <sup>15</sup>  
sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto solita res Scaplio, stat inquam decreatum, si tu  
judicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Sed noli me purare, illa tua ab-  
iecisse, que mihi in visceribus hærent. Flens mihi meam famam commendabis: que episto-  
la tua est in qua menitionem non facias: Itaque irascatur qui volet, pariat. <sup>16</sup> ~~et~~ <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>et</sup>  
preferim cum sex libris ranquam p̄adibus meipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde  
probari gaudeo. E quibus vnum <sup>17</sup> requiris de Cn. Flanio Annū. Fille vero ante x vi-  
ros non fuit, quippe qui AEdilis Curulis fuerit, qui magistratus multis annis post x viros  
institutus est. Quid ergo profecit quid protulit fastos? Occultatam putant quodam tem-  
pore istam tabulam, ut dies agendi peterentur à paucis. Nec vero pauci sunt authores Cn.  
Flauium Scribam fastos protulisse, actionēque cōposuisse, ne me hoc, vel potius Aphri- <sup>18</sup>

canum(is enim loquitur)commentum putes. *¶* Illud de gestu histrionis tu scelere  
 suspicaris, ego *ἀριστος* scripsi. De me imperatore scribis, te ex Philotimi literis cognosce: sed  
 credo te iam in Epeiro cum esses, binas meas de omnibus rebus accepisti, vnas à Pendentif  
 so capto, alteras à Laodicea, utræque tuis pueris datas: quibus de rebus propter calum na-  
 " uigadi per binos tabellarios misi Romanam literas publice. De Tullia mea tibi assentior scri-  
 piique ad eam & ad Terentium, mihi placere. tu enim ad me iam ante scripseras. Ac vel-  
 lem te in tum veterum gregem retulisses. Correcta vero epistola Mémiana, nihil nego-  
 tii fuit: multo enim malo hunc à Pontidia quām illum à Scruilia: quare adjunges Aufium  
 nostrum, hominem semper amantem mei, nunc credo eo magis, quod debet etiam fratri  
 Appii amorem erga me cum reliqua hereditate creuisse. qui declarauit quanti me faceret  
 cum sape, tum in Bursa. Nisi tu me sollicitudine magna liberaris. Furnii exceptio mihi non  
 placet: nec enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quid ille solum excipiat sed scriberem  
 ad te de hoc plura si Romæ es. In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror: ita  
 res est, remouendūmque censeo illum dissimilantem. Sed enim *σκηνὴ* si perturbatio est,  
 " tibi assignato: te enim sequor *περὶ τὸν Κατόνα*. Cicerones pueri amant inter se, discunt, exerceuntur:  
 sed alter, vti dixit Isocrates in Ephoro & Theopopo, frenis eger, alter calcaribus. Quinto  
 togam puram Liberalibus cogitabam dare, mādatur enim pater: ea sic obseruabo, quasi in-  
 tercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est: pueri autem aiunt se furentes  
 irasci: sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest, nec tui melque amantior. Thermum  
 Sylium vere audis laudari, valde honeste gerūt. Adde M. Nonium, Vibullum, me, si voles,  
 iam Scropha velle habet vbi posset: est enim lautum negotium. Ceteri infirmari *πάντας*  
 Catonis. Hortensio quid causam meam commendas, valde gratum. De Amiano, spei  
 nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum vestigium agnoui. Meragene certe periit: feci  
 iter per eius possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Hec non noram tum, cum  
 Democrito tuo locutus sum. Rhosi causa mandaui. Sed heus tu, quid cogitas infelicitas  
 Lancibus & splendidissimis canistris, olisculis nos soles pacere. quid te in vatis fictili-  
 bus appositorum putem? *πέμπτη* Phemio mandatum est: teperiatur, modo aliquid illo dignū  
 canat. Parthicum bellum pender. Caſſius incepas literas misit, neclum Bibuli erant allate:  
 quibus recitatis puto fore vt aliquando commouetur Senatus. Equidem sum in magna  
 animi perturbationesi, vt opto, non prorogatus nostrum negotium, habeo Iuniū & Quin-  
 tilem in metu. Esto, duos quidem menses sustinebit Bibulus. Quid illo fieri quē reliquero;  
 preferim si fratrem: quid me autem, si non tam cito decedo? Magna turba est: mihi tamen  
 cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. Habet autem  
 cohortes quadragesimarias, nostra armatura  $x \times x$  eq.  $0000$ . erit ad sustentandum quoad  
 Pompeius veniat: qui literis, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. Hie-  
 mant in nostra provincia Parthi, expectatur ipse Orodès. Quid queris aliquid quantum est ne-  
 gotii. De Bibuli editio nihil noui præter illam exceptionem de qua tu ad me scripseras, ni  
 mis graui præiudicio in ordinem nostrum. Ego tamen habeo *ἰδίων μυστήρια*, sed rectiorem  
 ex Q. Mutii P.F. edito Asiatico: extra quam si ita negotium gestum est, vt eo statim non o-  
 porteat. Ex fide bona multa quæ sum fecutus, Scruolæ misi: nisi illud in quo sibi libertatē  
 consent Græci datam, vt Græci inter se disceptent suis legibus. Breue autē editum est pro-  
 pter hanc meam *περὶ τὸν Κατόνα*, quid duobus generibus editiūm putauit: quorum vnum est pro-  
 vinciale, in quo est de rationibus ciuitatum, de arte alieno, de vſura, de syngraphis. In codice  
 omnia de publicanis. Alterum, quod sine edito fatis commode transligi non potest, de ha-  
 reditatum possessionibus: de bonis possidentis, magistris faciundis, vendendis quæ ex edi-  
 to & postulari & fieri solent. Tertium, de reliquo iure dictundo, *πολυτελεῖ* reliqui. Dixi me de  
 eo genere mea decreta ad edita urbana accommodaturum: itaque curio & satissimo ad-  
 huc omnibus. Græci vero exultant, quid peregrinis iudicibus vtruntur. Nugatoribus qui-  
 dem, inquietus. Quid referam se *αὐτομάτως* adoptos putat: vobis enim credo graui habet Tur-  
 pionem futorium, & Vectum mancipem. De publicanis quid agam videris querere. habeo  
 " in deliciis, obsequor, verbis laudo, otmo, efficio ne cui molestu sint. *περὶ τὸν Κατόνα*, vſuras

## Ad Atticum

corum, quas pactionibus adscriperat, seruauit etiam Seruilius, ego sic diem statuo satis la-  
xam: quam ante si soluerint, dico me centesimas ducturum: si non soluerint, ex pactione:  
itaque & Graci soluunt tolerabili fconore, & publicanis res est gratissima, si illa iam habet  
pleno modio, verborum honorem, in uitationem crebram. quid plura: sunt omnes ita mi-  
hi familiares, ut se quisque maxime putet. Sed tamen ~~multo~~ <sup>multo</sup> scis reliqua. De statua  
Aphricani, & ~~magistrorum~~ <sup>magistrorum</sup> ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> ~~adversorum~~ <sup>adversorum</sup> sed me ipsum delectauit in tuis literis. Ait tu Scipio hic  
Metellus proaum suum necit Censorem non fuisse Atqui nihil habuit aliud inscripsi,  
nisi Censor, ea statua quae ad Opis per te posita in excelso est. in illa autem quae est ad  
~~metellum~~ <sup>metellum</sup>, hercule inscriptum est C O S. quam ecce ciuidem, statutus, amictus, anulus, imago i-  
psa declarat. At mehercule ego cum in turmam inauratarum equestrium, quas hic Metel-  
lus in Capitolio posuit, animaduertissem in Sarapionis subscriptione Aphricani imagi-  
nen, erratum fabrile putau. Nunc video Metelli ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> turpem: nam illud de Flavio  
& fastis, si fecus est, communie erratum est: & tu belle ~~isopus~~ <sup>isopus</sup>, & nos publicam proprie opinio-  
nem secuti sumus, ut multa apud Grecos. Quis enim non dixit ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> ~~etiam~~ ab Al-  
cibiade nauigante in Siciliam, deiectum esse in mare Redargui Eratosthenes. affert enim  
quas ille post id tempus fabulas docuerit: num idcirco Duris Samius, homo in historia di-  
ligens, quod cum multis errauit, irridetur? Quis Zalecum leges Locris scripsisse non dixit?  
Num igitur iace Theophractus, si id à Timae tuo familiariter reprehensem est? Sed nescire  
proaum suum Censorem non fuisse, turpe est, presertim cum post eum C O S. nemo Cor-  
nelius illo viuo Cefor fuerit. Quod de Philotimo, & de solutione ~~x~~ <sup>x</sup> ~~x~~ D C scribis, Phi-  
lotum cincter Kal Ian. in Cheroneum audio venisse: ac mi ab eo nihil adhuc. Reliqua  
mea Camilius scribit se accipuisse: ea quae sunt nescio, & aucto scire. Verum huc posterius;  
& coram fortasse commodius. Illud me mi Attice in extrema fere parte epistole com-  
mouit. Scribis enim sic, ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> Deinde me obsecras amantissime, ne obliuiscar vigilare,  
& ut animaduertam quae fiant. Num quid de quo inauditi esti nihil eiusmodi est. ~~etiam~~ <sup>etiam</sup>  
~~etiam~~ <sup>etiam</sup> Nec enim me fecellifser, nec falter. Sed ista admonitio tua tam accurata, nescio  
quid mihi significare vila est. De M. Octauiio iterum tibi rescribo, te illi probe respondisse:  
paulo vellem fidientiam Calius libertum ad me misit, & literas accurate scriptas, & de  
Pantheris, sed à Cibyritibus. Rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem,  
nec audiretur Romae nullum in mea Provincia numnum nisi in ~~z~~ alienum erogari: do-  
cunque nec mihi conciliari pecuniam licere, nec illi capere: monuique cum quem planè di-  
ligo, ut cum alios accusasset, cautius viueret. Illud autem alterum, alienum ecce exultimatione  
mea, Cibyritas imperio meo publice venari.

LEPTA tua epistola gaudio exultat: etenim scripta belle est, mēque apud eū magna in  
gratia posuit. Filiola tua gratū mihi fecit, quod tibi diligenter mādauit ut mihi salutē adscri-  
beres: graū etiā Pilia: sed illa officiosus, quod mihi quē iāpide nūquā vider. Igitur tu quo-  
que salute vtrique adscribito. Literas datus prid. Kal. Ian. suaē habuit recordationē cla-  
ristimi iurisfundi, quod ego non erā oblitus. Magnus enim prætextatus illo die fui. Ha-  
bes ad omnia, nō ut postulafli, ~~repetas~~ <sup>repetas</sup> ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> sed paria paribus respondimus. Ecce autē alia  
puilla epistola, quam non relinquam ~~etiam~~ <sup>etiam</sup>. Bene mehercule potuit Luceius Tuscu-  
lanū, nī forte: solet enim cū suo tibicine, & velim scire quis sit status eius. Lentulū quidē  
nostrum Pratorem Tusculanū proscriptisse audio, cupio hos expeditos videre, cupio etiam  
Sextium, addes etiam iū Caliu, quibus omnibus est ~~nū~~ <sup>nū</sup> ~~etiam~~ <sup>etiam</sup> ~~etiam~~ <sup>etiam</sup>. De:  
Memmio restituēdo ut Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatii Sidicini nomine & nec  
nulla nec magna spe sumus. Pinarium quē mihi commēdas, diligentissime Deiotarus cu-  
rat, grauit̄ agrum. Respondi etiam minori. Tu velum, dum ero Laodicēz, id est ad Id.  
Mai, quam sapilissime mecum per literas colloquare: & eū Athenas veneris (iam enim scie-  
mus de rebus urbanis, de prouinciis, quae omnia in mensē Martiū sunt collata) vtrique ad +  
me tabellarioris mittas. Et hucus tu genuarios, à Cæsare per Orode talenta Attica t. extor-  
sistis: in quo, ut audio, magnū odiū Pompeii suscepisti. purat enim suos nūmos vos come-  
dit, Caliarē in merito redificando diligentiore fore. Hoc ego ex P. Vedio magno nebu-

lone, sed Pompeii tamen familiariter audiui. Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus effidis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna, pro qua si Curio legem pertulerit, non centena pendas necesse est. Erat præterea cynocephalus in effido, nec deerant onagri: nunquam vidi hominem nequorem: sed extreum audi. Diues fatus est Laodicæ apud Pompeium Vindullum, ibi sua depositum cum ad me profectus est. Moritur interim Vindullus, quæ res ad magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit, cum omnia obsignarer, in Vedianas res incidit. In his inuenit sunt quinque largunculæ matronarum, in quibus una sororis amici tui homini Brutti, qui hoc vivitur: & illius Lepidi, qui haec tam negligenter ferat. Haec te volui ~~tempore~~: sumus enim ambo beli le curiosi. Vnum etiam velim cogites, Audio Appium ~~tempore~~: Eleusine facere: num incepti fuerimus, si nos quoque aademus fecerimus? Puto, inquit. ergo id ipsum scribes ad me. Evidem valde ipsas Athenas amo. Volo esse aliquod monumentum: odi fallas inscriptio-nes statuarum alienarum: sed ut tibi placebit, faciesque me in quem diem Romana inci-dant mysteria, cettiora, & quomodo hyemaris. Cura ut valeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto.

## CICERO ATTICO SAL.

113

CVM Philogenes libertus natus Laodicæ ad me salutandi causa venisset, & se statim ad te nauigaturum esse diceret, has ei literas dedi, quibus ad eas rescripsi, quas acceperam à Brutii tabellario. Et respondebo primum postremus tuus paginus, quæ mihi magnæ molestizæ fuit. Quid ad te scriptum est ab Cincio de Statii sermone, in quo hoc molestissimum est, Statium dicere à me quoque id consilium probari: probari autem: De isto haec tenus di-xerim, me vel plurima vincla tecum summæ coniunctionis optare, et si sunt amoris arctissima: tantum abest ut ego ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim. Illum autem multa de ipsis rebus asperius solere loqui, sapere sum experni, sapere etiam leniui iratum. Id scire te arbitror. In hac autem peregrinatione militiæ nostra, sapere incensum ira vidi, sapere placi-  
catum. Quid ad Statium adscriperit nescio: quidquid actuum de tali re fuit, scribendum  
tamen ad libertum non fuit. Mihi autem erit maxime curæ, ne quid fiat secus quam volumus, quācumque oportet. Nec sat is in eiusmodi re, se quenque præstare, ac maxime partes istius officii sunt pueri Ciceronis, siue iam adolescentis, quod quidem illum soleo hortari,  
ac mihi videtur matrem ut valde debeat, amare, rēque mirifice. Sed est magnum illud quidem, veruntamen multiplex pueri ingenii, quod ego regendo habeo negotii sat. Quo-  
niam respondi postremus tuus paginus prima mea, nunc ad primam reuertar tuā. Pelopon-  
nesias ciuitates omnes maritimæ esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio proba-  
ti, Dicæarchi tabulis credidi. is multis nominibus in Trophoniana Charonis narratione  
Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt, nec nullum in Peloponneso locū ex-  
cipit. Cum mihi author placet (et enim erat ~~tempore~~, & vixerat in Peloponneso) admi-  
rabar tamen, & via aggrediens communicaui cum Dionysio: atque is primo est cōmotus:  
deinde quod tum de isto Dicæarchio non minus bene existimabat, quam tu de C. Velto-  
rio, ego de M. Eluiu, non dubitabat quin ei crederemus. Arcadia censebat esse Lepreon  
quoddam maritimum. Tene autem, & Aliphera, & Tritia ~~nāmen~~ ei videbantur, idque ~~τὸν νόον κατέβησεν~~ confirmabat, vbi mentio non sit istorum. Itaque istum ego locum totidē  
verbis à Dicæarchio transstuli, Phliasios dici sciebam, & ita fac ut habcas, nos quidem sic  
habemus. Sed primo me ~~κατέβησεν~~ decepserat ~~εγών, οὐδὲ, οὐδὲ~~, quod ~~τὸν νόον κατέβησεν~~. Sed hoc  
continuo correxiimus. Latari te nostra moderatione & continetia video. Tum id magis  
faceres si adesses. atque hoc foro quod egi ex Id. Febr. Laodicæ ad Kal. Mai omnium dice-  
cessum præter Cilicia mirabilia quzdam effecimus. Ita multæ ciuitates omni æte alieno  
liberatae, multæ valde leuatæ sunt, omnes suis legibus & iudicij vixi, ~~ωρηματας~~ adeptæ, re-  
uixerunt. His ego duobus generibus facultatem ad se æte alieno liberandas aut leuandas  
dedi, Vno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est. nullum cum dico, non  
loquor ~~τὸν νόον κατέβησεν~~. nullus, inquam, ne teruncius quidem. Hac autem re incredibile est quan-  
tum ciuitates emiserint. Accessit alterum: Mira erant in ciuitatibus ipsorum fulta Gra-

corum, quæ magistratus vi fecerant. Quæsi ipsæ de iis, qui annis x proximis magistratu<sup>9</sup> gesserant, aperte fatebantur. Itaque sine villa ignominia suis humeris pecunias populi re-tulerunt: populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderunt. Itaque publicanis in oculis sumus, gratis inquis, viris, sensimus. Iam cetera iurisdictio nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate. Aditus autem ad me minime prouinciales, nihil per cubicularium: ante lucē in ambulabā domi, vt olim candidatus. Grata hæc & magna, mihiq; nondum laboriosa ex illa vetere militia. Non. Mai in Ciliciam cogitabam: ibi cum Iunium mensem consumpsisse, atque utinam in pace (magnum enim bellum impendet à Parthis) Quintilem in redditu ponere. Annus enim mihi opera: ad t 11 Kal. Sextil. emerentur. Magna autem in spe sum, mihi nihil tem poris prorogatum iri. Habebam acta urbana vñque ad Non. Mart. ex quibus intelligebam Curionis nostri constatia, omnia potius actum in quam de prouincia. Ergo vt spero, pro-pediem te videbo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum, sic enim manus. equidem omnia feci quæ potui aut in mea prouincia perficere, aut in regno experiri. omnia igitur: mo-do egi cum Rege, & ago cotidie, per literas scilicet: ipsum enim triduum quatriuumve me-cum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberaui. Sed & tum præfens, & postea creber-<sup>10</sup> rimis non defisi rogare & petere mea causa, suadere & hortari sua. Multum profeci, sed quantum, non plane (quia longe absum) scio. Salaminios autem (hos enim poteram coer-cere) adduxi, vt totum nomen Scaptio vellent soluere sed certe misericordia ducit à proxima qui-dem syngrapha, nec perpetuis, sed renouatis quotannis numerabantur nūni. Noluit Scap-tius. Tu, qui ais Brutum cupere aliquid perdere, quaternas habebat in syngrapha, fieri nō poterat: nec si posset, ego pati possem. Audio omnino Scaptium penitentem: nam quod s.c. esse dicebat, vi ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est quod pecuniam Salami-nii contra legem Gabiniam sumperferant. Vatabat autem A. Ix, ius dici de ita sumpta pe-cunia: decreuit igitur Senatus, vt ius diceretur ista syngrapha: nunc ista haber iuris idem quod ceteræ, nihil præcipui. Hec à me ordine facta, puto me Bruto probaturi, tibi nescio, Cartoni certe probabo. Sed iam ad te ipsum reuertor. Ait' tandem Attice laudator integritatis & elegantie nostræ, aufus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogareran tu si mecum es (qui scribis mordeni te interdū, quod non simus sis) patere me id facere, si velle: Non amplius, inquis, quinq; agintra. Cū Spartaco minus multi primo fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera infula non fe-cissent? nec fecissent autem immo quid ante aduentum meum non fecerunt? Inclusum in curia Senatum habuerunt Salaminium, ita multos dies, vt interierint nonnulli fame. Erat enim præfectus Appii Scaptius, & habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cuius meher-cule os mihi ante oculos solet versari cum de aliquo officio ac laude cogito, tu me inquā rogas præfectus vt Scaptius sit. Alias hoc statueramus, vt negociatorem neminem: idque Bruto probaueramus. Habet is turmas, cur potius quam cohortes: sumptu iam nepos e-<sup>11</sup>, uudit Scaptius: Volunt, inquis, principes. Scio, nam ad me Ephesum vñque venerunt, flen-tique equitum scelera & miseria suas detulerunt. Itaque statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certain diem decederent. Ob eamque cauam, tum ob ceteras, Salaminii nos in eodem decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatut soluunt enim Salaminii: nisi forte id volumus armis efficere, vt foenus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere vñquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? Nimis, inquā, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice: nos, vereor, ne parum. Atque hæc scripsi ego ad Brutum, scripsi te ad me. Cognosce nunc cetera. Pro Appio nos h̄c omnia faciamus, honeste tamen, sed plane libenter. nec enim ipsum odimus, & Brutum amamus, & Pom-peius mirifice à me contèdit, quem mehercule plus pliisque in dies diligo. C. Caliū Quæ-storem hu venire audiisti. Necio quid sit, sed Pammenia illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septemb. tuorum itinerum tēpora scire sanè velim. Sem-pronū Risi cognoui ex epistola Corcyra. Quid quæris in video potentia? Vforti:cupiebam etiam nunc plura garris, sed luctet, vrgit turba, festinat Philogenes, Valebis igitur, &

valere Piliam & Ceciliam nostram iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone.

CICERO ATTICO SAL.

114

ET si nō sāne habebam non quod pōst accidisset quām dediſsem ad te Philogeni li-  
berto tuo literas, tamen cum Philotinum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te  
fuit ac primum illud quod me maxime angebat, non quo me aliquid iniurare potes, quip-  
pe res enim est in manibus, tu autem abes longe genitum.

obrepit dies, ut vides. Mihi enim ad 11 i Kal. Sextil. de prouincia decedendum est, nec suc-  
ceditur quem reliquam, qui prouincia prefaturatio quidem & opinio hominum postulat  
fratrem primum quid videtur esse honos, nemo igitur potior: deinde quod solum habeo  
prætorium: Pompitus enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam à me discesserat.  
Quæstorem nemo dignum putat: etenim est leuis, libidinosus, sagax. De fratre autem  
primum illud est, persuaderi ei non posse arbitror: odit enim prouinciam, & hercule nihil  
odiosius, nihil molestius. Deinde ut multi nolit negare, quidnam mei si officii, cum bel-  
lum est in Syria magnum paretur, id videatur in hanc prouinciam erupturum, hic præ-  
dū nihil sit, tempus annus decimus sit. Videarne antea pietatis esse mea, fratrem reli-  
quæ aut diligentiz, nugarum aliquid relinquere Magna igitur, ut vides, sollicitudine affi-  
cior, magna inopia confilio. Quid queris: nō negotio nobis opus non fuit. Quanto tua  
prouincia melior: Decedes cum voles, nisi forte iam deceperisti: quem videbitur, præficies  
Thesprotiz, & Chaoniz. Necessum tamen ego Quintum conueneram, ut iam si id placaret,  
scirem, possem ab eo impetrari: nec tamen nisi possem, quid vellem habebam. Hoc est igi-  
tur eiusmodi: reliqua plena adhuc & laudis, & gratiarum digna iis libris quos dilaudas. conser-  
natae ciuitates, cumulatae publicani satissimum, offensus consumelia nemo, decreto iusto;  
iusto & scero perpauci: nec tamen quisquam, ut queri audeat. Res gestæ dignæ triumpho,  
de quo ipso nihil cupide agemus: sine tuo quidem consilio certe nihil. Clauſula est diffi-  
cili in tradenda prouincia, sed hæc deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus scilicet plura  
tu scis, sapius & certiora audis, equidem doleo non me tuis literis certiore fieri: huc e-  
num odioia affectabantur de Curione, de Paulo: non quo vilium periculum videam stante  
Pompeio, vel etiam sedente, vel at modo: sed mchercule Curionis & Pauli mortum fami-  
liarium vicem doleo. Forma igitur mihi totius reipublicæ, si iam es Romæ, aut cum eris,  
velim mittas, quæ mihi obuiam veniar: ex qua me fungere possim, & præmeditari quo ani-  
mo accedam ad urbem, est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum atque ho-  
spitem. Et quod penè præteri, Bruti tui causa, ut sape ad te scripsi, feci omnia: Cyprii nu-  
merabant, sed Scaptius centesimus renouato in singulos annos honore contetus non fuit.  
Ariobarzanes non in Pompeium proelior per ipsum quām per me in Brutum: quem ta-  
men ego præstatæ non poteram, erat enim Rex per pauper: aberamque ab eo ita longe, ut  
nihil possem nisi literis, quibus pugnare non deliri. Summa hæc est pro ratione, pecunia  
liberior est Brutus tractatus, quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter C.  
Pompeio in sex mensibus promissa c. I. iam in Appii negotio quantum tribuerim Bruto,  
dici vix potest. Quid est igitur quod labore manus habet, meras nugas M. Scaptium:  
qui quia non habuit à me turmas equitum quibus Cyprum vexaret, ut ante me fecerat,  
fortasse suscenset: aut quia præfectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori, non C.  
Vennonio meo familiaris, non tuo M. Loeno: & quod tibi Romæ ostenderam, me seruatu-  
rum, in quo perseverau. Sed quid poterit queri is, quia auferre pecuniā cum posset,  
noluit Scaptius: qui in Cappadocia fuit, poto esse satissimum. Is à me Tribunatum cum  
accepisset, quem ego ex Bruti literis ei deditissim, postea scriptis ad me, se ut nolle co-  
Tribunatu. Caius est quidam, cui cum Præfecturam derulissim Bruti rogans, multa & di-  
xit & fecit cum quadam mea consumelia P. Clodii canis. Is me nec proficisci tem Apa-  
meam prosecutus est, nec cum postea in castra venisset, atque inde discedoret, num quid vel-  
lem rogauit: & fuit aperte mihi, nescio quare, nō amicus. Hunc ego si in Præfectus habuisse,

T. i.

quem tu me hominem putares qui, ut sis, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, serrem huius adseculari et hoc plus est, quam ferre, tribuere etiam beneficiū aliquid & honoris. Is igitur Caius, cum Apamez me super̄ vidisset Romanum proficiscens, me ita appellauit. culloolum vix audirem. Vnde, inquit, me iubes petere cibaria? Profecto respondi lenius quād̄ putabant oportuisse qui aderat, me non iustificare ius dare cibaria, quorum opera non essem usus. Abiit iratus. Huius nebulosus operatione si Brutus moueri potest, licebit eum solus ames, me zmulum non habebis: sed illum cum futurum esse puto qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse volui, & ad ipsum, haec perscripsi diligenterissime Omnino (soli enim sumus) nullas vnguam ad me literas misit Brutus, (ne proxime quidem de Appio) in quibus non infest arrogans ~~exaudire~~ aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse, Grauius autem, non contempnere se, & Reges odire superbos. In quo tamen illi mihi rīsum magis stomachum mouere solet: sed plane parum cogitat quid scribat, aut ad quem. Q. Cicero puer legit, ut opinor, & certe epistola in scriptam patri suo: solet enim aperire, idque de meo confilio, siquid forte sit quod opus sit scribi. In ea autem epistola erat illud idem de fatore, quod ad me mirifice conturbatum vidi puerum, lachrymans mecum est questus. Quid queritis miram in co pietatem, suauitatem, humanitatemque perspexi, quo maiorem spem habeo nihil fore aliter ac deceat: id te igitur scire volui. Ne illud quidem prætermittam, Hortensius filius fuit Laodicez Gladiatoribus flagitiōse & turpiter: hunc ego partis causa vocavi ad cenam, quo die venit: & eiusdem patris causa, nihil amplius. Is mihi dixit se Athenis me expectaturum, ut mecum decederet. Reclite, inquam: quid enim dicere: Omnino puto nihil esse quod dixit. Nolo quidem, ne offendam patrem, quem mehercule multum diligō: si fuerit meus comes, moderabor ita, nequid cum offendam quem minime volo. Haec sunt. Etiam illud, Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium. Literas mitte quamprimum, si nihil fuerit, vel per tuum tabellarium. Piliz & filiz salutem. Cura ut valeas.

## CICERO ATTICO SAL.

115

T A R S U M venimus Non. Iun. ibi me multa mouerunt, magnum in Syria bellum: magna in Cilicia latrocinia: mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris: illud autem difficillimum, relinquendus erat ex s. c. qui præcesset. Nihil minus probari poterat, quād̄ Quæstor Mæscinius nam de Cælio nihil audiebamus. Rectissimum videbatur fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molesta, discessus noster, bellum periculum, militum improbitas, sexcenta præterea. O tem totam odiosam: sed haec fortuna viderit, quoniam consilio non multum vt̄ licet. Tu quando Roman saluus, ut spero, venisti, videbis, ut soles, omnia quæ intelliges nostra interesse. In primis de Tullia mea: cuius de conditione quid mihi placebet, scripsi ad Trentiam, cum tu in Gracia es. Deinde de honore nostro: quod enim tu abfueristi, vereor ut satis diligenter actum in Senatu sit de literis meis. Illud præterea ~~memorabimur~~ ad te scribam, tu sagacius oderaberes. οὐδεποτὲ μη εἰ ἀναλόγος (άντα ἐστιν) οὐδὲ μη πρέπει, οὐδὲ αἰσχύλως προφέχεται; μεγάλου τοῦ διάβολος λόγου τοῦ ὑπερβολικού τοῦ προτασθέντος προσεγγίζεται. Κάτιον δὲ μητέρα, καὶ λατρεῖα τοῦ ἀνθρώπου. Non quo tantum, quantum vereor scribere. Tu autem fac ut mihi tuus litera volent obui. Haec festinans scripsi in itinere atque agmine. Piliz & pueræ Cæcilia bellissimæ salutem dices.

## CICERO ATTICO SAL.

116

N V N C quidem profecto Romæ es, quod te(s)i ita est̄ salutum venisse gaudeo. Vnde quidem quandiu abiisti, magis à me abesse videbare, quād̄ si domi es: minus enim mihi mea notitia res erant, minus etiam publica. Quare velim, et si (ut spero) te haec legente aliquantū tamen vix processero, tamen obuias mihi literas quamargutissimas de omnibus rebus crebro mittas. In primis de quo scripsi ad te ante, οὐδὲν τοῦτο οὐδὲν εἰσαγγέλλεται, οὐδὲ μη θυματεῖσθαι, εἰσαγγέλλεται τοῦτο λαζαλέσθαι, προφεγγίζεται τοῦτο φέρεσθαι τοῦτο υπερβολικόν τοῦτο κρατεῖσθαι. Hoc tu indaga, ut soles. Ast hoc magis, οὐδὲν ταῦτα τοῦτα προφέλλεται οὐδὲν

CICERO ATTICO SAL

四七

EGO dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris  
cuius fecerit. Id quidem, inquis, Dii approbent. Ita velim, teque ita cupere certo scio. Sed cre-  
de mihi, nihil minus putaram ego, qui de Ti. Nerone, qui mecum egerat, certos homines  
ad mulieres miseram, qui Romanam venerunt factis sponsalibus: sed huc spero melius. Mu-  
lieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis: cetera noli  
seculis. Sed heus tu, ~~magistris~~ Athenis, placet hoc tibi. Etsi non impediabant mei certe  
libri (non enim ista largitio fuit in cluis, sed in hospites liberalitas) me tamen de academia  
arbitri iubes cogitare, quoniam Appius de Eleutine non cogitet. De Hortensio te certo  
scio dolere, equidem excrucior: decrateram enim cum eo valde familiariter viuere. Nos pro-  
vincie prefecimus Cælium: puerum inquietus, & fortasse fatuum, & non grauen, & non  
continentem. Assentior, fieri non potuit aliter: nam quas multo ante tuas accepseram lite-  
ras, in quibus ~~litteris~~ ter scriperas, quid esset mihi faciendum de relinquendo, et me pun-  
gebant. Videbam enim quæ tibi essent ~~litteræ~~ causæ: & erant eadem mihi puer tradere. Fra-  
tri autem, illud non vtile nobis: nam præter fratrem nemo erat quem sine contumelia  
4 Questori, nobili prefertim anteficerem: tamen dum impendere Parthi videbantur, statue-  
ram fratrem relinquare, aut etiam reipub. causa contra s.c. ipse remanere: qui posteaquam  
incredibili felicitate discesserunt, sublata dubitatio est: videbam sermones. Hui fratrem re-  
liquit. Num est hoc non plus annum obtinere provinciam? Quid, quod Senatus eos vo-  
luit præfesse provinciis, qui non præfuerint? At hic triennium. Ergo haec ad populum.  
5 Quid, quæ tecum, nunquam essent sine cura, siquid iracundius, aut contumeliosius, aut ne-  
gligentius, quæ fortuita hominum: quid siquid filius puer, & puer bene sibi fidens: qui ei-  
set dolor, quæ patet non dimittebat, teque id censere moleste serbat? At nunc Cælius, non  
dico equidem quod egerit, sed tamen multo minus labore. Adde illud: Pompeius eo robo-  
re vir, his radicibus Q. Caſſium sine forte delegit, Cæſar Antonium, ego sorte datum offen-  
derem, ut etiam inquireret in cum quæna reliquissim: Hoc melius, & huius rei plura exem-  
pla. Senecliti quidem nostræ profecto aptius. At te apud cum, Dii boni, quanta in gratia  
posuit: teque legi literas non tuas, sed libariorum tui. Amicorum literæ me ad triumphum vo-  
cant: rem à nobis, ut ego arbitror, propter hanc ~~magistris~~ nostram, non negligendā. Qua-  
re tu quoque, mi Attice, incipe id cupere, quo nos minus inepti videamur.

CICERO ATTICO SAL.

118

C I C E R O Q. Filius pie sancte, me quidem certe multum hortante, sed currente animu-  
T. ii.

tris sui, sorori tuae reconciliavit. Eum valde tuæ literæ excitavunt. Quid queris? confido rem ut volumus esse. Bis ad te ante scriptu[m] de re mea familiari, si modo tibi reddite literæ sunt. Graece etiam scilicet nihil est mouendum: sed tamen quæ percontando de nominibus Milonis, & ut expediat, ut mihi receperit, hortando aliquid aut proficies. Ego Laodicez Quastorem Mescinum expectare nisi, ut confessas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodum volo puerorum causa. inde quamprimum Athenas, etiæ Etefæ valde reflant: sed volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus. Tu tamen mitte mihi quæ obuiam literas, nunquid pures reipu[nctu] nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedi literas, nisi cum grauiter ægrum Efez reliquistem: sed nūciane inclusus esse. ego tamen angor: nihil enim illo adolescenti caftus, nihil diligenter.

## CICERO ATTICO SAL.

119

CVM instituissim ad te scribere, calamumque sum pessime, Batoniū ē nauī rectā ad me venit domum Ephesi: & epistolam tuam reddidit prid. Kalen. Octob. Lxatus sum felicitate nauigationis tuae, opportunitate Piliz, etiam mehercule sermone eiusdem de cōsilio Tulliū meū. Batoniū autem mīros terrores ad me attulit Cætæianos: cum Lepta etiam pluta locutus est: spero falsa, sed certe horribilia exercitum nullo modo dimisilurum. Cum illo Præt. D E S S. Caſſium Trib. pl. Lentulum C O S. facere. Pōpeio in anima esse urbem relinqueret. Sed heus tu, nunquid molles fers de illo, qui se foleret anteferre patruo sororis tuae filii? At à quibus vicius? Sed ad tem, Nos Etefæ vehementissime tardarunt. Detraxit virginis ipsos dies etiam aphraetū Rhodiorum. Kal. Octob. Epheso concidentes hanc epistolam deditum L. Tarquinio simul è portu egredienti, sed expeditius nauiganti. Nos Rhodiorum aphraetis, ceterisque longis nauibus trāquillitatis acupaturi eramus: ita tamen prooperabamus, ut non posset magis. De Raudusculo Putolano gratum. Nunc velim dispietas Romanas: videas quid nobis de triūpho cogitandum putas, ad quem amici me vocant? Ego nisi Bibulus, qui dum vnu[us] hospes in Syria fuit, pedem porta non plus exultile quam domo sua, admitteretur de triūpho, aquo animo essem. Nunc vero ~~ad~~ <sup>ad</sup> p[ro]curar[em] sed explora rem notam, ut quo die congregelli erimus, consilium capere possumus. At multa, qui & properarem, & ei literas darem, qui aut mecum, aut paulo ante venturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit. Tu dices vtriusque nostrum verbi & Piliz tuta & filia.

## CICERO ATTICO SAL.

120

IN Piræa cum exissim pridie Id. Octob. accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas: quas quidem cum expectassim iandiu, admiratus sum, ut vidi obſignatam epistolam, breuitatem eius: ut aperui, rursus ~~ad~~ <sup>ad</sup> literarum, quæ solent tuæ compotissimæ & clairissimæ esse: ac ne multa, cognoui ex eo, quod ita scriperas, te Romam venisse ad xii Kal. Octob. cum febri. Percussus vehementer, nec magis quam debui, statim quaro ex Acasto. Ille, Et tibi & sibi vilum, & ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommodo. Id videbatur approbare quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripisse. Sed amavi tamen, admiratusque sum quod nihil minus ad me tu manu scripisses. Quare de hoc sat: spero enim, quæ tua prudentia & temperantia est, hercule ut me subet Acastus, confido te iam ut volumus valere. A Turanno te accepisse meas literas gaudeo. ~~magis~~ <sup>magis</sup>, si amas, ~~me~~ <sup>me</sup> ~~negare~~ <sup>negare</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~scriptulas~~ <sup>scriptulas</sup> ~~admittimus~~. Hanc, quæ mehercule mihi magno dolori est (dilexi enim hominem) procura, quantulacunque est, Precianam hereditatem, protus illam ne attingas. Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triūphi: in quo, ut precipis, nec me ~~in~~ in expetendo cognosces, nec ~~in~~ in abiiciendo. Intellexi ex tuis literis te ex Turanno audisse, à me prouinciam fratri traditam. Addeon' ego non perspiceram prudenter literarum tuatum: ~~in~~ <sup>in</sup> ter scribebas, quid erat dubitatione dignus? Si esset quidquam cui placaret fratrem, & talem fratrem relinqui, ~~in~~ <sup>in</sup> ista mihi tua, non ~~in~~ <sup>in</sup> videbatur. Moncas de Q. Cicerone puer, ut eum quidem ne vti quam relinquerem. ~~in~~ <sup>in</sup> ip[s]t[er] ~~l[et]eris~~ <sup>l[et]eris</sup> eadem omnia quasi collocuti essemus, vidimus. Non fuit faciendum aliter, inquit ~~in~~ <sup>in</sup> tua dubitatione liberauit: sed puto te accepisse de hac re epistolam scripta accuratius. Ego tabellarios postero dic ad vos eram missurus, quos puto ante venturos,

quām nostrum Saufciū: sed cum sine meis literis ad te venire vix rectū erat. Tu mihi ut polliceris de Tulliola mea, id est de Dolabellā perfribas, de repub. quam prætūdo in summis periculis: de Censoribus, maximēque de signis, tabulis quid fiat, referanturne. Id. Octob. has dedi literas quo die, ut scribis, Casar Placētiā legiones quatuor. Quādō quid nobis futurum est, in arce. Athenis statio mea nunc placet.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER VII.

CICERO ATTICO SAL:

111

**D**E D E R A M equidem L. Saufeio literas, & dederam ad te vnum; quod cum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominē tibi tam familiarē sine meis literis ad te venire nolebam: sed ut philosophi ambulant, has tibi redditū iri putabā prius, si iam illas acceperī, sc̄i me Athenas venisse prid. Id. Octob. E nauī egressum in Piræū, tuas ab Acasto nōlōr literas accepīs conturbatum, quod cum febre Romam venies; bono tamen animo esse cōspissū, quod Acastus ea quāt vellem de alleuato corpore tuo nūtiarer, cohortuisse autem me, quod tuꝝ literas de legionibus Casaris affertent: & egiſe tecum vt vides nequid ~~adversaria~~ eius quem nosti, nobis noceret, & de quo iamptidē ad te scriperam. Turannius autem secus tibi Brūdīsi dixerat, quod ex his literis cognoui quas à Xenoṇe optimo viro accepi. Cur fratrem prouincie non p̄fecissem, expolsi breuiter. Hęc fere sunt in illa ep̄stola: nunc audi reliqua. Per fortunas, omnem tuum amorem quo, me es amplexus, omnēmque tuam prudentiam, quam m̄hercule in omni genere iudico singularem, converte ad eam curam, vt de omni ſtāu meo cogites. Videre enim mihi vi-  
deo tantam dimicationem, nūl idē deus, qui nos melius quam optare auderemus, Par-  
thico bello liberavit, tēp̄xerit rempu. sed tantam, quanta nunquam fuit. Age, hoc malū mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando vt de eo cogites: illud meum propriū ~~rebus~~ quzfo suscipe. Vidēne vt te authore ſum vtrunque complexus: Ac vellem à prin-  
cipio te audisse amicillime monentem. ~~Nam quod vīnum, ſup̄p̄lū oī ſūlār̄ ſtāu ū m̄tēiſt̄.~~ Sed a-  
liquando tamen perſuāſili, vt alterum complectēter, quia de me erat optime meritus: al-  
terum, quia tantū valebat. Feci igitur: itāque feci, & omni obsequio, vt neutri illorum quis  
quam elīt̄ me charior. Hęc enim cogitabamus, nec mihi coniunctio cum Pōpcio, fore ne-  
cessē peccare in rep. aliquādo: nec cum Pompeio ſentienti pugnandū eſſe cum Caſare: tan-  
ta erat illorum coniunctio. Nunc impendet, vt & tu oſtēdiſ, & ego video, ſumma inter eos  
contentio: me autem vterque numerat ſuum, nūl forte ſimulat alter: nam Pompeius non  
dubitat (verū enim iudicat) ea, quz de rep. nunc ſentiat, mihi valde probari. Vtriusque autē  
accepi eiusmodi literas codem tempore quo tuas, vt neutri quenquam omnium pluris fa-  
cere quām me videretur. Verum quid agamenon quero illa vltima: ſi enī caſtris res gere-  
tur, video cum altero vinci ſatiuſ eſſe, quām cum altero vincere: ſed illa quāt tum agentur,  
cum vencō: ne ratio abſentis habeatur, vt exercitum dimittat. Dic Marce Tulli, Quid di-  
cam: Expeſta amabo te, dum Atticum conueniā. Non eſt locus ad tergiuersandum contra  
Caſarem. Vbi illę ſunt dēnī dexterā nam vt illi hoc liceret, adiuui rogarus ab ipſo Ra-  
uenne: de Cælio Trib. pl. ab ipſo autem ciuitatē à Cn. nōlōr in illo diuino tertio Consula-  
tu, aliter ſenſero, ~~utique~~ non Pompeium modo, ſed ~~rebus~~, ~~utique~~, ~~utique~~ p̄f̄ḡt̄ ſenſatores  
~~utique~~ ſenſatores. Quis? Tuipſe ſc̄ilicet laudat̄ & factorum & ſcriptorum meorum.  
Hanc ego plagam effugi per duos ſuperiores Marcellorum Consularū, cum eſt actū de  
prouincia Caſariſ. Nunc incido in diſcriſmen ipſum: itāque vt ſtultus primus ſuam ſen-  
tentiam dicat, mihi valde placet, de triumpho nos moliri aliquid, extra vrbē eſſe cū iuſtiſ-  
fima cauſa: tamē dabunt operā vt eliciant ſenſentia meā. Ridib⁹ hoc loco forſaſe quām

T. III.

vellem etiam nunc in prouincia morari. Planè opus fuit, si hoc impendebat, et si nil miserius. Nam ~~etiam~~ ~~etiam~~, volo te hoc scire, omnia illa prima, quæ etiam tuis literis in cœlum serbas, ~~etiam~~ fuerunt. Quām non est facilis virtus, quām vero difficultis eius diuturna simulatio! Cum enim hoc rectū & gloriosum putarem, ex annuo sumptu, qui mihi decretus esset, me C. Cælio Quæstori relinquere annum, referre in ætrium ad ~~ad~~ C I O, ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere, ut ego amicior inuenire Phrygum & Cilicum ætrii, quām nostro. sed me non mouerunt: nā & mea laus apud me plurimū valuit. Nec tamen quidquā honorifice in quenquam fieri potuit, quod prætermi serim: sed hæc fuerit, vt ait Thucydides, ~~etiam~~ ~~etiam~~ non inutilis. Tu autem de nostro statu cogitabis: primum, quo artificio tueamur benevolentiam Cæsaris: deinde de ipso triumpho, quem video, nisi recipit tempora impedit, ~~etiam~~ ~~etiam~~: iudico autem cum ex literis amicorum, tū ex supplicatione, quam qui non decrevit, plus decrevit quām si omnes decreveret triumphos. Ei porro assensus est unus familiaris meus Fauonius, alter iratus Hirrus: Cato autem & scribendo affuit, & ad me de sententia sua iucundissimas literas misit, sed tamen gratulans mihi Cæsar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis, nec scribit quid ille sententia dixerit, sed tantum supplicationem eum mihi nō decreuisse. Redco ad Hirrum. Cooperas cum mihi placare: perfice: habes Scrofam, habes Silium, ad eos ego etiam antea scripti, ad ipsum Hirrum. locutus enim erat cum iis commode, se potuisse impidire, sed noluisse assensum tamen esse Catoni amicissimo meo, cum is honorificentissimam in me sententiam dixisset: nec me ad se vias literas misisse, cum ad omnes mitterem. Verum dictebat. Ad eum enim solum, & ad Crassipedem non scriperam: atque hæc de rebus forentibus. Redeamus domum, Dūgere me ab illo volo. Mirus est ~~quæ~~ germanus Lartidius, ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ Reliqua expediamus. Hoc primum, quid accedit cura dolori meo. Sed hoc tamen quidquid est Precianum cū his rationibus quas ille meas tractat, admisceri nolo. Scripti ad Terentiam, scripti etiam ad ipsum, me quidquid posset nummorum ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. Ita puto ~~etiam~~ fore, venū ut lubebit. Hanc quoque suscipe curam, quemadmodum experiamur. Id & ostendisti quibusdam literis ex Epeiro Athenas datis, & in eo ego te adiuvabo.

## CICERO ATTICO SAL.

122

B R V N D I S I V M venimus V I I Kal. Decēb. vñ tua felicitate nauigandi. Ita belle nobis flauit ab Epeiro lenissimus Auster mitis. Hunc ~~etiam~~ ~~etiam~~, si cui voles ~~etiam~~ ~~etiam~~ pro tuo vendito. Iuialectu tua me valde conturbat: significant enim tuæ literæ te profusus laborare. Ego autem cum sciām quām sis fortis, vñhemetius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat: eti aliteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leuiores accedere. Terentia vero, quæ quidē eodem tempore ad portam Brundisianam venit, quo ego in portum, nihilque obvta in foro fuit, L. Pötium sibi in Trubulano dixisse narrabat, etiam eam decessisse: quod si ita est, quod maximè merhucle opto, idque spero tua prudenter & temperantia te consecutū. Venio ad epistolas tuas, quas ego sextantes uno tempore accepi aliam alia iucundiorem, quæ quidē erant tua manu: nam Alexidis animum amabā, quod tam prope accedebat ad similitudinē tuæ literæ: manū non amabā, quod indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio iam facta est, Tironem Patris ægrum reliqui, adolescentem vt noſti, & adde siquid vis, probum: nihil videlicet: itaque careo ægræ: quāquam videbar ut non grauiter habere, tamen sum sollicitus, maximāmque spem habeo in M. Curii diligentia, de qua ad me scriptis Tiro, & muliti nunciarū. Curius autem ipſe sensit, quām tu velles à me diligi, & co sum admodū dilectatus: & merhucle est, quam facile diligas, ~~etiam~~ ~~etiam~~ in homine urbanitas. Eius testamentū de Tortorio Ciceronum signis obſignatū, cohortisq[ue] Prætoriz, fecit palam te ex libella, me ex teruncia. In Actio Corcyra Alexion me opipare muneras est. Quinto Ciceroni obſisti non potuit, quo minus Thyam videret. Filiola tua te delectari letor, & probari tibi ~~etiam~~ ~~etiam~~ cīſe ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~. Etenim si hæc nō est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctione: quia sublata vita societas tollitur. Bene cœuiat, inquit Carneades, spur-

ce, sed tamē prudentius, quām Lucius noster & Patron, qui cum omnia ad se referat, quidquā alterius causa fieri putent: cum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intelligunt se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed haec opinor sunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti. Redeo ad rem. Quomodo expectabam epistolam, quam Philoxeno dedisse? (scripseras enim in ea esse de sermone Pompeii Neapolitano) eam mihi Patron Brundisii reddidit. Corcyrae, ut opinor, acceperas: nihil potuit esse iucundius: erat enim de repub. de opinione quam is vir haberet integratatis met: de benevolentia, quam ostendit eo sermone quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundissimum, quod intellexi te ad eum venisse, vt eius animū erga me perspiceres: hoc mihi inquam accidit iucundissimum. De triumpho autem nulla me cupiditas vnguiam tenuit ante Bibuli impudentissimas literas: quas amplissime supplicatio consecuta est. A quo si ea gesta sunt quae scripsit, gauderem, & honori fauorem. Nunc illum qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri, me in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi dedecus est nostrum, nostrum inquam te coniungens: itaque omnia experiar, & vt spero assequar. Quod si tu valeres, iam mihi quazdam explorata essent: sed (vt spero) valebis. De Raudaculo Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit, aucto scire. Cato quid agat: quid equidem in me turpiter fuit maliuolus: dedit integratissimis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quarebam: quod postulabam negauit. Id itaque Caesar his literis, quibus mihi gratulatur, & omnia pollicetur, quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria. At hic idem Bibulo dicrum x. Ignoscere mihi, non possum hinc ferre, nec ferā. Cupio ad omnem tuas epistolas: sed nihil necesse est, iam enim te videbo. Illud tamen de Chrysippone: nam de altero illo minus sum admiratus operario homine, sed tamen ne illo quidē quidquam improbus. Chrysippū vero quem ego propter literarum neficio quid, libenter vidi, in honore habui: discedere à puer insiente mei Mitto alia quae audio multa, mitto furta, furgam non fero, qua mihi nihil visum est scleratus. Itaque v superauī vetus illud Drufi, vt ferunt. Præt. in eo, qui cadē liber nō iuraret, me istos liberos nō addixisse: presertim cū adesseret nemo à quo recte vindicarentur. Id tu, vt videbitur, ita accipies: ego tibi assentiar. Vni tue disertissimæ nō recipi: in qua est de periculis recip. Quid recriberē: valde crā perturbatus: sed vt nihil magnopere metuā, Parthi faciūt, qui repente Bibulū semiuum reliquerunt.

## CICERO ATTICO SAL.

123

AD VIII. Id. Decemb. Herculani veni, & ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit: è quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erat à te ipso scriptæ: deinde earum accuratissima diligentia sum minum in modum delectatus: ac primum illud, in quo te Dicere atque assentiri negas, eti⁹ cupidissime expeditum à me sit, & te approbare, ne diutius anno in prouincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum: sic enim scito, verbum in Senatu factum esse nunquam de illo nostrum, qui prouincias obtinuimus, quo in his diutius, quām ex s. c. maneremus: vt iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in Prouincia quām fortasse fuerit vtile. Sed quid si hoc melius opportuna dici videtur, vt in hoc ipso. Siue enim ad concordiam res adduci potest, siue ad honorū victoriā, vt rufus rei me aut adjutorem velim esse, aut certe non expertem. Sin vincuntur boni, vbiunque essem vna cū iis victus essem. Quare celeritas nostri reditus debet esse. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, nō tu haud multum requireres illum virū qui in sexto libro informatus es. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti: quin nunc ipsum non dubitabo tem tam abieciere, si id erit rectius: vt rūnque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitione, & de rep. libere. Sed ne dubitaris quin quod honestius, id mihi futurū sit antiquius. Nam quod putas utilius esse vel mihi quod tutius sit, vel etiam vt recip. prodesse possum, me esse cū imperio, id coram cōsiderabimus quale sit. Habet enim res deliberationē, eti⁹ ex parte magna tibi assentio. De animo autem meo erga temp. bene facis quod non dubitas, & illud probe iudicas, nequam satis pro meis officiis, pro iōbus in alios effusione, illum in me liberalera

T. iii.

fuisse: ciūsque rei causam v̄ere explicas, & eis quæ de Fabio Caninioque acta scribis, valde  
 consentiunt: quæ si securi essent, rotumque se ille in me profudisset, tamē illa quam scribis,  
 custos verbis me præclaræ inscriptionis memorem esse cogeret, nec mihi concederet ut imi-  
 tarer Volcatium, aut Seruum, quibus tu es contentus: sed aliquid nos vellet nobis dignum  
 & sentire & defendere, quod quidem agerē, si licet alio modo ac nunc agendū est. De sua  
 potentia dimenticant homines hoc tempore periculo ciuitatis: nam si r̄sp. defenditur, cur ea  
 c o s. isto ipso defensa non est? Cur ego in cuius causa r̄sp. salus confundebar, defensus po-  
 stero anno non sum: cur imperiū illius aut cur illo modo protogatum elicitur tantopere pu-  
 gnatum est, vt de ciui absenti ratione habenda decem Tribb. pl. ferente? His ille rebus ita  
 conualuit, vt nunc in vno cuius res ad resistendū sit, qui mallem tantas ei vires non dedisset,  
 quam nunc tam valenti resistet. Sed quoniā res cō deducta est, non queram, vt scribis,  
 m̄n̄ m̄n̄ q̄d m̄n̄ ēt̄l̄. Mihi vñnum erit, quod à Pōpcio gubernabitur. Illud ipsum  
 quod aīs, quid fieri datur dictum? Dic Marce Tulli Cn. Pompeio assentior, ipsum  
 ramen Pompeium separatim ad concordiam hortabor: sic enim sentio, maximo in pericu-  
 lo rem esse. Vos scilicet plura, qui in vrbē estis. Veruntamen hęc video, cum homine auda-  
 cissimo paratissimōque negotium esse. Omnes damnatos, omnes ignominia affectos, om-  
 nes damnatione ignominiaque dignos, illac facere: omnem ferē iuuentutem, omnem il-  
 lam urbanam ac perditam plebem. Tribunos valenteis addito C. Cassio omnes qui aīe a-  
 lieno premantur: quos plures esī intelligo, quām puraram. Causam solum illa causa non  
 habet, ceteris rebus abundat. Hic omnia facere omnis, ne armis decernatur: quorum exi-  
 tus semper incerti, nunc etiam vero in alteram partem magis timendi. Bibulus de prouincia  
 decellit, Veientonem præfecit: in decedendo erit, vt audio, tardior: quem cum ornauit  
 Catō, declarauit iūs se solis non inuidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem pos-  
 set accedere. Nunc venio ad priuata. Ferē enim respondi tuis literis de repub. & iīs, quas in  
 suburbano, & iīs quas postea scripsisti. Ad priuata venio. Vñnum etiam de Cælio. Tantum  
 abest vt meam ille sententiam moueat, vt valde ego, ipsi quod de sua sententia decellerit,  
 penitendum puteem. Sed quid est quod ei vici Luccei sunt addicti: hoc te prætermisſile mi-  
 ror. De Philotino faciam equidem vt mones, sed ego mihi ab illo non rationes expecta-  
 bam quas tibi edidit. Verum id reliquum, quod ipse in Tusculano me referre in commen-  
 tarium mea magu voluit, quōdque idem in Asia mihi sua manuscriptum dedit: id si pre-  
 staret, quantum mihi aris alieni esse ibi edidit, tantum & plus etiam ipse mihi deberet. sed  
 in hoc genere, si modo per temp. licebit, non accusabimur posthac: neque hercule antea  
 negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati. Ergo vtemur, vt polliceris, & o-  
 pera & consilio tuoince tibi erimus, vt spero, in eo molesti. De Serpirastris cohortis mez,  
 nihil est quod doleas: ipsi enim se collegunt admiratione vitez integratitatem mez: sed me  
 mouerat nemo magis, quām is quem tu neminem putas. Idem & initio fuerat & nunc est  
 egregius: sed in ipsa deceſſione uigilauit sperare se aliquid: & id quod animum induxe-  
 rat paulisper, non tenuit, sed cito ad se rediit, meisque honorificentissimis erga se officiis vi-  
 etus, pluris ea duxit, quām omnem pecuniam. Ego à Curio tabulas accepi, quas mocti por-  
 to. Hortēſii legata cognoui. Nunc aueo scire quid hominis sit, & quarum rerum actionem  
 instituat. Nescio enim cur cum portam Flumentanam Cælius occuparit, ego Puteolos nō  
 faciam meos. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus  
 Piræa scriperim, non Piræum (sic enim omnes nostri locuti sunt) quām quod i N addi-  
 cerim. Non enim hoc vt oppido præposui, sed vt loco: & tamen Dionysius noster, qui est  
 nobiscum, Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piræa: sed de eo video. Nostrū quidem  
 si est peccatū, in eo est quod non vi de oppido locutus sum, sed vr de loco: securusque sum  
 non dico Cælii, Mane vt ex portu in Piræum (malus enim author latinitatis est) sed Te-  
 rentiū, cuius fabellæ propter elegantia sermonis putabantur à C. Lelio scribi, Heri aliquot  
 adolescentuli coiuimus in Piræum. Et idē, Mercator hoc addebat, captam è Sunio. Quod si  
 dīus oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium quām Piræus. Sed quoniā Grāmati-  
 cus es, si hoc mihi vñrum perfolueris, magna me moleſtia liberaris. Ille mihi literas blādas,

mittit, facit idem pro eo Balbus, mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam: sed scis illi reliquum quantum sit. Putalne igitur verendum esse ne aut obiciat id nobis aliquis, si languidus: aut repeatet, si fortius quid ad haec reperis? Soluamus, inquis. Age à Celsio mutuabitur hoc tu tamen consideres velim: puto enim in senatu, si quando præla re pro repub. dixero, Tarcesium istum tuum, mihi excunti, iube fodes nummos curare. Qui superest etiam gener, est suavis mihi, Tulliz, Terentiz, quantumvis vel ingenii vel humanitatis satis. Reliqua quæ nosci, ferenda. Scis enim quos aperierimus, qui omnes, prater cum de quo per te egimus, reuera me facere renatur: ipsi enim expensum nemo feret. Sed haec eam: nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in M. Curio, cui ego scripsi tibi cum gratissimum facturum. Dar. v Id. Decemb. à Pontio ex Trebulano.

CICERO ATTICO. SAL.

124

DIONYSIVM flagrantem defyderio tui misi ad te, nec mehercule æquo animo, sed fuit concedendum: quem quidem cognoui cum doctum (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum, plenum offici, studiosum etiam mez laudis, frugi hominem, ac ne libertiū laudare videat, planè virtutem bonum. Pompeium vidi i 111 Id. Decemb. fuisse vñà horas duas fortasse, magna latitudo mihi visus est: affici meo aduentu. de triumpho hortari, suscipere partis suas, monere ne ante in Senatum accederem, quām rem concresem, ne dicendis sententias aliquem Tribunum alienarem. Quid quaresem hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixus. De repub. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. nihil ad specm cōcordia planè illum ab se alienatum cum ante intelligeret, tum vero proxime iudicasse venisse Hirium à Cesare, qui esset illi familiarissimus, ad se nō accessisse. Et cum ille ad vi 111 Id. Decemb. vespere venisset, Balbus de tota te constitueret, ad vi 1 ad Scipionem ante lucem venire, multa de nocte cū profectum esse ad Cesarem. Hoc illi nō posse, videbatur esse alienationis. Quid multa nihil me aliud consolatur, nisi quod illum, cui etiam inimici alterū Consulatum, fortuna summam potentiam dederat, non arbitrio forae tam amentem, vt haec in discrimen adducat: quod si ruere cooperit, nō ego multa timeo quæ non audio scribere: sed vt nunc est, ad vii Non. Ian. ad urbem cogito.

CICERO ATTICO. SAL.

125

M V I T A S vno tempore accepi epistolas tuas: quæ mihi, quanquam recentiora audiebam ex iis qui ad me veniebant, tamen erant incunde. Studium enim & bencvolētiam declarabant. In malitudine tua moueor: & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio: date operam ut valearis. De Tirono video tibi cure esse: quæ quidem ego, etiæ mirabilis utilitates mihi praebet, cū valet, in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum: tamen propter humanitatē & modestiam, malo saluū, quām propter vñsum meū. Philogenes mecum nihil vñquam de Luscenio locutus est: de ceteris rebus habes Dionysium. Sororē tuam non venisse in Arcanū miror. De Chryippo, meum consilium probari tibi nō moleste fero. Ego in Tusculanū nihil sanè hoc tempore, decium est, & habet alia. Sed de Formiano Tarracinam prid. Kal. Ian. Inde Pompeium sumam: inde Albanum Pompeii: ita ad urbē i 11 Non. natali meo. De rep. cotidic magis timeo: non enim boni, vt putant, cōsentienti: quos ego equites R. quos Senatores vidi, qui acerrime cum cetera, tum hoc iter Pompeii vñsuperarent. Pace opus est. Ex victoria cum multa mala, tum certe Tyrannus existet. Sed haec propediem coram. Iam planè mihi deest quid ad te scribam. Nec enim de rep. quod vterque nostrum fecit eadem: & domestica nota sunt ambobus. Reliquum est iocari, si hic finat: nam ego is sum, qui illi concedi pūc veilius esse quod postular, quām signa conferri: sero enim reliquissimus ei quem per annos decem aliusmus contra nos. Quid sentis igitur inquis: nihil scilicet, nisi de sententia tua, nec prius quidem, quām nostrum negotium aut consecerimus, aut depofuerimus. Cura igitur vt valcas. Aliquando quartanam istam diligenter quæ in te summa est.

CICERO ATTICO. SAL.

126

PLANE deest quid ad te scribam. nota omnia tibi sunt: nec ipse habeo à te quid exceptem. Tantum igitur nostrum illud solenne seruemus, vt ne quem illuc cuntem sine literis

dimittamur. De rep. valde timeo, nee adhuc ferè inueni qui non cōcedendum putaret Cæſari quod postulareret, potius quām depugnandum. Est illa quidē postulatio opinione valen-  
tior. Cur autē nunc primum ei resistam? *καὶ τὸν πόλεμον τὸν αὐτὸν*, quām cū quinquennium  
prorogabamus, aut cū vt absentes ratio haberentur, cerebamus nisi forte hæc illi tum arma  
dedimus, vt nunc cū bene parato pugnaremus. Dices, Quid tu igitur sensurus es? Nō idem  
quod dicturus: sensum enim omnia facienda, ne armis decertetur. Dieā idem quod Pompeius: neque id faciam humili animo. Sed rursus hoc permagnum reip. malum est, & quo-  
dammodo mihi preter ceteros, non rectum, me in tantis rebus à Pompeio disludere.

CICERO ATTICO SAL.

127

DIONYSIVS VIR. OPTIMVS, VT MIHI QVOQVE EST PER-  
SPECTVS, ET DOCTISSIMVS, TVIQVE AMANTISSIMVS RO-  
MAM VENIT XV KAL IAN. ET LITERAS A TE MIHI RED-  
DIDI T. Tot cūm verba sunt de Dionysio in epistola tua. Illud (puto) non adscribis, Et  
tibi gratias egit. Atqui certe ille agere debuit: & si esset factum, quæ tua est humanitas, ad-  
scripsisses. Mihi autē nulla de eo mō̄s datur propter superioris epistola testimoniu. Sit  
igitur sanè bonus vir: hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiā  
illam facultatē dedit. Philogenes recte ad te scripsit: curauit enim quod debuit: cū ego vri  
ea pecunia volui, quoad literet: itaque vius est menses x i i i. Pompini cupio valere: &  
quod scribis in urbem introīsc, vereor quid sit. nam id nisi graui de causa nō fecisset. Ego:  
quoniam i i i Non. Ian. Compitalicus dics est, nolo eo die in Albanum ventre molestus  
familiz, veniam i i i Non. Ian. Iggitus inde ad urbem prid. Non. Tua nō, quē in diem in-  
currat necio, sed prorsus te cōmoueri incommodo valerūdiniis tuz nolo. De honore no-  
stro, nisi quid occulite Cæſar per suos Tribunos molitus erit, cetera vidēntu esse tranquilla?  
Tranquillissimus autē animus meus, qui totum istuc æqui boni facis: & eo magis quod iā  
à multis audio constitutum est Pompeio, & eius consilio, in Siciliā me mittere, quod im-  
periu habeam, id est *πάτερνης*: nec enim Senatus decrevit, nec populus iussit me imperium  
in Sicilia habere: sūa hoc resp. ad Pompeium refert, qui me magis quām priuatū aliquē  
mirat: Itaque si hoc imperium mihi molestu erit, utrā ea porra quam primū video: nam  
quod scribis mirificam expectationē esse mei, neque tamē quēquam bonoru, aut latiſ  
bonorum, dubitare quid sensurus sim: ego quos tu bonos es dicas non inrelinco, ipse nullos  
noui, sed ita, si ordines bonoru querimus: nam singulares sunt boni virtū in diffensi-  
nibus ordines bonoru & genera querenda sunt. Senatum bonum putas, per quē sine impe-  
rio prouincie sunt in unquam enim Curio sustinuerit, si cū eo agi coepit est, quam sen-  
tentiam Senatus sequi noluit. Ex quo factum est, vt Cæſari non succederetur. An publica-  
nos, qui nunquā firmi, sed nunc Cæſari sunt amicissimi: An fœnatores an agricultas: qui  
bus optatissimum est otio: nisi eos timere putas, n̄ in regno sine, qui id nūquā, dimmo-  
do otiosi essent, recusarunt. Quid ergo exerciti retinent, cum legis diē transierit, rationē  
haberi placet: mihi vero ne absentis quidem: sed cum id datum est, illud viā datum est. an-  
nonum enim decem imperiu & ita latum placet. Placet igitur etiam me expulsum, & agrū  
Campanum periisse, & adopteratum patricium à plebeio, Gaditanū à Mitylenzo: & Labieni  
diuitiz & Mamurra, placent, & Balbi horti & Tusculanū: sed horum omnium fons vnuis  
est. Imbecillo resistendū fuit, & id erat facile. Nunc legiones x i equitatus tantus quantum  
volet, Transpadani, plebes urbana, tot Tribb. pl. tā perdita iuuentus, tanta authoritate dux,  
tanta audacia. Cū hoc aut depugnandum est, aut habēda ē lege ratio. Depugna, inquis, po-  
tius, quām seruas. Vt quid si vicitus eris, proscribareſi viceris, tamē seruas. Quid ergo, in-  
quis, acturus es? Idem quod pecudes, quæ dispulſe, sui generis sequuntur greges, vt bos ar-  
menta: sic ego bonos viros, aut eos quicquaque dicentur boni, sequar, etiam lū ruent. Quid si  
optimū male contractis rebus, plane video. Nemini est enī exploratū, cum ad arma ven-  
tum est, quid futurum sit. At illud omnibus: si boni vieti sunt, nec in exēde principum ele-  
mentiorem hunc fore, quām Cinna fuerit: nec moderiore, quām Sulla in pecuniis locu-  
plorū, in mortali, uā in iherudum, & facere diutius nisi me lucerna desceret. Ad summā dic-

M. Tulli, assentiar Cn. Pompeio, id est T. Pomponio; Alexim humanissimum puerum, nisi forte dum ego abs sum, adolescentis factus est (id enim agere videbatur) salutre iubetas velim.

CICERO ATTICO SAL.

QV ID opus est de Dionysio tam valde affirmare an mihi nutrit tuus non faceret fidem? Sufpicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod & tu soles congitare amicitias testimonios tuis, & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebas: sed proslus ita esse ut scribis, mihi persuades: itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. Diem num ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scriperas, mihi notaueram, & animaduerteram posse, pro te nata, te non incommodo ad me in Albanum venire et Non. Ian. Sed amabo te, nihil incommodo Valerudinis feceris. Quid enim est datum in vno, aut altero die Dolabellam video Lituit testamento cum duobus coheredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. Est ~~mutare nomen~~, rectumne sit nobili adolescenti, mutare nomen mulieris testamēto: sed id ~~quod auctoritate non habemus~~, cum sciemus quantum quasi sit in triente triēte. Quod putasti fore vt ante quam istuc venire, Pompeium viderē, factum est ita. Nam V Kal. ad Lavernium me consecutus est. Vnā Formias venimus, & ab hora octaua ad vesperum secreto collocuti sumus. Quod queris, ecque spes pacificationis sit: quantum ex Pompeii multo & accurato sermone perspici, ne voluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille vel dimisso exercitu c o s. factus sit, ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ fore: atque etiam putat eum cum audierit contra se diligenter parari, Consulatū hoc anno neglecturum, ac potius exercitū prouinciamque retenturum: si autē ille fureret, vehementer hominem continebat, & suis & Recipib. copiis cōfidebat. Quid queris et mihi crebro ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ occurrebat, tamē leuabar cura, vitum fortem & peritum & plurimum autoritate valentem audiens, ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ de pacis simulatōe periculis differentē. Habebamus autem in manibus Antonii concessionem habitam x Kal. Ia. in qua erat accusatio Pompeii usque à toga pura: quærela de damnatis: terror armorum. In quibus ille, Quid censes, aiebar, facturū esse ipsum, si in possessionē reip. venerit, cum haec Quæstor eius infirmus & inops audeat dicere? Quid multa non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere virūs est. Ex illa autem sententia ira relinquendā urbis mouet hominem, vt puto. Mihi autem illud molestissimum est, quod soluendi sunt nummi Cesari, & instrumentum triumphi cō conferendum. Est enim ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ esse. Sed haec & multa alia corām. Cotidiēne, inquis, à te accipiendz literz suntes habeo cui dem, cotidiecat iam ipse ades: tum igitur cum venero, definam. Vnas video mihi à te non esse redditas, quas I. Quintius familiaris meus cū ferret ad Bustum Basili, vulneratus & despoliatus est. videbis igitur nunquid fuerit in his quod me scire opus sit. Et simul tu hoc ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ ~~est~~ ~~mutare~~ sanè ~~mutare~~: cum sit necesse aut haberi Cesari rationem, illo exercitum vel per Senatum, vel per Trib. ple. obtinēte: aut persuaderi Cesari, vt tradat prouinciam atque exercitum, & ita c o s. fiat. Aut si id non persuadeatur, haberi comitia sine illius ratione, illo patiente atque obtinente prouinciam: aut si per Trib. ple. non patiatur, tamē quiescat rem adduci ad interregnum. Aut si ob eam causam, quod ratio eius non habeatur, exercitū adducat, armis cum eo contendere. Illum autē initium facere armorum, aut statim nobis minus paratis, aut tū cum comitiis amicis eius postulantibus vt ē lege ratio habeatur, impetratum non sit. Itē autē ad arma aut hāc vnam ob causam quod ratio non habeatur: aut addita causa, si forte Trib. pl. Senatū impediens, aut populum incitans notarus, aut s. C. circumscripus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicēnſe se expulsum ad illum confugerit. Suscepito autē bello, aut tenenda sit urbs: aut ea reliqua, ille committat & reliquis copiis intercludēt. Quid horum malorum quotum aliquod certe subeundū est, minimū putes? Dies profecto persuaderi illi vt tradat exercitum, & ita c o s. fiat. est omnino id ciuiusmodi, vt si ille ed descendat, cōtradieci nihil possit: Idque cum, si non obtinet vt ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. Nobis autem, vt quidam putant, nihil est timēdum magis quam illc c o s. At sic malo, inquis, quam cum exercitu. Certe. sed istuc ipsum sie, ò magnū malum, putat aliquis: neque ei remedium est ullum: codendum est, si id voler. Vide c o s. illum iterum, que vidisti Consula-

tu priore. At tum imbecillus plus, inquis, valuit, quām tota res pub. Quid nunc putas? Et co-  
cōs. Pompeio certum est eis in Hispania. O rem misera! Iiquid id ipsum deterrimus?  
est, quod recusari non potest: & quod ille si faciat, iam iā bonis omnibus summā incat gra-  
tiam: tollamus igitur hoc, quo illum posse adduci negant. De reliquis, quid est deterrimus,  
cōcedere illi, quod vt idem dicit, impudentissime postular. Nā quid impudentius? Tenuisti  
provinciam per decē annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso per vim & per factionem datos.  
Præterit tempus non legis, sed libidinis tuæ, fac tamen legis: vt succedatur, decernitur: im-  
pedis, & ais, Habe me rationē. habe quā nostrum: exercitum tu habeas diutius, quām popu-  
lus nullus, in iuncto Senatu. Depugnes oportet, nūl cōcedis: cum bona quidem spe, vt ait idem,  
vel vincendi, vel in libertate moriendi. Iam si pugnandū est, quo tempore, in casu: quo con-  
filio, in temporebus finum est. Itaque te in ea questione nō exerceo. Ad ea quā dixi, affer, si-  
quid habes. Evidem dies noctēque torqueo.

## CICERO ATTICO SAL.

129

S V B I T O consilium cepi, vt ante quām luceret, exirem, ne qui conspectus fieret, aut ser-  
mo, iictoribus presertim laureatis. De reliquo, neque hercule quid agam, nec quid aucturus  
sim scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii. Tibi vero quid suadā,  
cuius ipse consilium expecto? Cn. noster quid consilii cepit, capiatve nescio: adhuc in op-  
pidis coarctatus, sed stupent omnes. Si in Italia consilat, erimus vñā: si cederet, consilii res  
est: Adhuc certe (nisi ego infans) stulte omnia & incaute. Tu quzfo crebro ad me scribe,  
vel quod in buccam venierit.

## CICERO ATTICO SAL.

130

Q V AE S O quid hoc est, aut quid agitur mihi enim tenebræ sunt. Cingulum inquit, nos  
tenemus. Anconem amissimus. Labienus discessit ab Cæsare. Vtrum de Imperatore Popu-  
Ro, an de Annibale loquimur? O hominem amentem & miserum, qui ne vmbram quidem  
ynquam vñā viderit. Atque hæc ait omnia facere se dignitatis causa. Vbi est autem di-  
gnitas, nisi vbi honestas? Nisi honestum igitur habere exercitum nullo publico cōfilio: oc-  
cupare vrbes ciuitum, quo facilior sit aditus ad patriam? *γενέσθαι τοις απόλογοις, φράσας ταῦτα τοις οἰκείοις.* Scxē-  
ta alia scelerata moliti, *τοῖς θεοῖς μολέται, τοῖς τοῦ θεοῦ τογενεῖται.* Sibi habeat suam fortunam. Vnam me-  
hercule tecum apricationem in illo Luctatius tuo sole malum, quām omnia istiusmodi re-  
gnavel potius mori millies, quām semel illiusmodi quidquā cogitare. Quid si tu velis in-  
quis: Age, quis est cui velle non licet? Sed ego hoc ipsum velle mulieris eī duco, quām in  
crucem tolli. Vna res est ea misericordia, adipiscit, quod ita volueris: sed hæc haſtenus. Libenter  
enim in his molestiis *τοῖς θεοῖς μολέται, τοῖς τοῦ θεοῦ τογενεῖται.* Redeamus ad nostrum: per fortunas, quale tibi consilium  
Pompeii videtur? Hoc quzfo quod Vrbem reliquerit. Ego enim *ἀπό*, tum nihil absurdius.  
Vrbē tu telenquas. Ergo idem si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus resp. at in aris  
& focis. fecit Themistocles. fluētum enim totius barbariz ferre vrbs vna nō poterat. At  
idem Pericles nō fecit annum ferè post quinquagesimum, cum præter incensum nihil tene-  
ret. Nostri olim Vrbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt. *τοῖς τοῦ θεοῦ τογενεῖται*  
*τοῖς τοῦ θεοῦ τογενεῖται.* Rursum autem ex dolore municipaliter, sermonibusque eorum quos conuenio, vi-  
detur hoc consilium extum habiturum. Mira hominum querela est (nescio istic, sed facies  
vt sciam) sine magistratibus Vrbem esse, sine Senatu. Fugient denique Pompeius mirabili-  
ter homines mouet. Quid queritalia causa facta est, nihil iam concedendum putant Cæ-  
sari. Hæc tu mihi explica, qualia sint: ego nego no prsum non turbulentio: vult enim me  
Pompeius esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat *τοῖς τοῦ θεοῦ τογενεῖται*, ad quē delectus  
& summa negotii referatur: itaque vagus esse cogitabam. Te puto iam videre quz sit *ιδιο*  
Cæsaris, qui populus, qui totius negotii status: ea velim scribas ad me: & quidem quoniam  
mutabilitas sunt, quām sapissime: acquisico enim & scribens ad te & legens tua.

## CICERO ATTICO SAL.

131

V N A M adhuc à te epistolam acceperā datam xii Kal. Ian. in qua significabatur, aliam  
te antē dedisse, quām non acceperam. Sed quzfo vt scribas quām sapissime, non modo siquid  
scies, aut audieris, sed etiam siquid suspicabere: maximēque quid nobis factundum, aut non

factiundum putas. Nam quod rogas, curem ut scias quid Pompeius agat: ne ipsum quidem  
 scire puto: nostrum quidem nemo. Vidi Lentulum C o s. Formis x Kal. vidi Libonem plena  
 timoris & erroris omnia. Ille iter Larinū: ibi enim cohortes & Luceriz & Theani, reliquā-  
 que in Apulia. Inde vitrum consistere vspium velit, an mare transtire, neficitur. Si manet, ve-  
 reor ne exercitum firmū habere non possit: sin discedit, quod, aut quā, aut quid nobis agen-  
 dum est nescio. Nam istum quidē, cuius ~~adversariorum~~ times, omnia teterime facturum puto.  
 Nec cum terū prolatio, nec Senatus, magistratusque discellus, nec aerarium clauſum tar-  
 dabit. Sed hac, ut scribis, cito sciemus. Interim velim mihi igncas quōd ad te scribo tam  
 multa toties: acquiesco enim, & tuas volo elicere literas, maximēque consiliū, quid agam,  
 aut quo me pacto gerā: demittāmne me penitus in causam. Non deteror periculo, sed di-  
 rumpor dolore. Tamne nullo cōſilio, aut tam contra mēū consilium gesta esse omnianarū cū-  
 ēter & tergiuerſer, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur: ~~nihil quae quae~~. Nec solum ciuis,  
 sed etiā amici officio reuocare frangor sape misericordia puerorū. Ut igitur ita pertur-  
 bato, etiā te eadem follicitā, scribe aliquid, & maxime si Pompeius Italia cedit, quid nobis  
 agēdum putas. M. quidem Lepidus (nam suimus vna) cum fine statuit. L. Torquatus cundē.  
 Me cū multa, tum etiā lictores impediunt: nihil vidi vñquam quod minus explicari posset.  
 Itaque à te nihil dū certi exquirō, sed quid videatur. Denique ipsam ~~etiam~~ tuam cupio co-  
 gnoscere. Labient ab illo discellis propemodū conſtat. Si ita factum esset, ut ille Romani  
 veniens magistratum & Senatū Romā offendiceret, magno vñi cauſe noſtrā fuisset: dam-  
 nasse enim feceleris hominem amicū Reip. cauſa videretur: quod nunc quoque videtur, sed  
 minus prodest: nō enim habet cui profit, cūmque arbitror poniēre. nūl forte id ipsum est  
 falso, discellis illum: nos quidem pro certo habebamus. Et velim (quāquam, ut scribis,  
 domesticis te finibus tenes) formam mihi Vrbis exponas, & quod Pompeii defyderium, &  
 quæ Cæſaris iniuria apparet: etiam quid censeas de Tercentia & Tullia, Romā eas esse, an  
 mēcum, an aliquo tuto loco. Et hanc & siquid aliud, ad me scribas, vel potius scriptites.

CICERO ATTICO SAL.

132

**D E VENNONIANIS** rebus tibi affiſtor. Labient ~~aperte~~ iudico: facinus iamdiu nul-  
 lum ciuile præclarus: qui, ut aliud nihil, hoc tamē profecit, dedit illi dolorem. sed etiā ad  
 summā proſectum aliiquid putos: amo etiam Pifonem, cuius iudicium de genere ſuſpicor vi-  
 furn iri graue, quāquam genus bellū quod ſur vides. Ita ciuile eft, ut non ex ciuili diſſenſione,  
 sed ex vnius perdiſti ciuiſ audacia natū sit. Iſ autem valer. Exercitū tenet multa ſpe & pro-  
 missis: omnia omniū concupiuit: huic tradita vrbs eft, nuda præſidio, referta copiis. Quid  
 eft quod ab eo non metuas, qui illa ſtēla & tecta, non patriam, ſed prædatam putet? Quid au-  
 tem ſit acturus, aut quomodo, nescio: sine Senatu, ſine magistratu, ne ſimulare quidem po-  
 terit quidquā ~~mutus~~. Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quandoq; ororum dux quām  
~~argenteum~~, tu quoque animaduertis, cui ne Picena, quidē nota fuerint, quām autē ſine con-  
 filio res ſtet: ut enim alia omittam decem annorum peccata, quæ conditio non huic fugi-  
 præſtitit: Nec vero nunc quid cogiteſ ſcio: ac nō definio per literas ſcificari. Nihil eſſe timi-  
 diu cōſtat, nihil perturbatius: itaque nec præſidium, cuius parandi cauſa ad vrbum reetus  
 eft, nec locū ac ſedem præſidii vñlā video. Spes omnis in duabus inuidioſe retēris penē alien-  
 nis legiōnibus: nā delechis adhuc quidem inuitorū eft, & a pugnando abhorrentiū. Con-  
 ditionum autē amissum tempus eft: Quid futurum eft, nō video: commiſſum quidem à no-  
 bis certe eft, ſive à noſtro duce, ut è portu ſine gubernaculis egreſi, tempeſtati nos tradere-  
 mus. Itaque de Ciceronibus noſtris dubito quid agam: nā mihi interdū amandandi viden-  
 tur in Græciam. De Tullia autem & Tercentia, cum mihi barbarorū aduentus ad vrbum  
 proponitur, omnia timeo. Cum autem Dolabelli venit in mentem, paulum respiro. Sed  
 velim confideres quid faciendum putes. Primum ~~ad~~ ~~ad~~ aliter enī mihi de illis ac  
 de me ipſo confiendum eft: Deinde ad opinions, ne reprehendamur quōd eas Romā ve-  
 limus eſſe in communi bonorum fuga: quin etiam tibi & Peducco (ſcripsit enim ad me)  
 quid faciat videndum eft: is enim ſplendor eft veftrum, ut eadem poſtulētur à vobis quæ  
 ab ampliſſimis ciuibis: ſed de hoc tu videbis: quippe cum de ipſo ac de me iſta confidera-

re velim. Reliquum est ut & quid agatur, quo ad poteris explores, scribasque ad me & quid ipse conjectura assequatur, quod etiam à te magis expecto: nam acta omnibus nunciantibus à te expecto futura. *paucis d. annis.* Loquacitati ignoices, quæ & me leuat ad te quidem scribētem, & elicit tuas literas. A Ēnigma Oppiorum ex Velia planè nō intellexi: et enim numero Platonis obscurius. iam intellexi tuum. Oppios enim de Velia Saccones dicos in eo, es tu aut diu, quo aperto reliqua patebant, & cum Terentius summa congruebant. L. Cæsarem vidi Minturnais ad V 111 Kal. Feb. mane cum absurdissimis mandatis non hominem, sed scopas solutas, ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantus de rebus huic mandata dederit. nūl forte non dedit, & hic sermone aliquo artepto pro mandatis abusus est. Labienus vir mea sententia magnus, Theanum venit ad V 1111 Kal. ibi Pompeium Consuléisque conuenit: qui sermo fuerit, & quid actum sit, scribam ad te cum certum sciam. Pompeius ab Theano Larinū versus proiectus est ad V 111 Kal. Eo die mansit Venafri. Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus: sed ego nondum habeo quid ad te ex his locis scribam: ista magis expecto, quid illinc afferatur, quo pacto de Labieno ferat, quid agat Domitius in Maris, Tignii Thermus, P. Accius Cinguli, quæ sit populi vr-, bani voluntas, quæ tua conjectura de rebus futuris. Hæc velim crebro, & quid tibi de mulieribus nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed dictau propter lippitudinem.

## CICERO ATTICO SAL:

113

A D VI Kal. Feb. Capuam Calibus proficisciens cum leviter lippitem, has literas dedi: L. Cæsar mandata Cæsaris derulit ad Pompeium ad V 111 Kal. cum is esset cum C O S S: Theani. Probara conditio est, sed ita, ut ille de his oppidis quæ extra suam prouinciam occupauisset, praefidia deduceret. Id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros esse, & rē per Senatum consecuturos. Spero etiam in præsentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc nostrum copiarum suppœniter. Me Pompeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectum: in quo parum prolixe respondent Campani Coloni. Gladiatores Cæsaris qui Capuz sunt, de quibus ante ad te falsum ex Torquati literis scripsoram, sanc commode Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum. Secutorum in ludo 1 00 fuerunt, eruptionem facturi suisce dicebantur. Sanè multrum in eo Reipub. prouisum est. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quælo videoas ut satis honestu nobis sit eas Romæ esse, cum ceteræ villa dignitate discesserint. Hoc scripsi ad eas & ad te ipsum antea. Ve lim eas cohortere ut exeat, presertim cum ea praefidia in ora maritima habeamus cui ego præfum, ut in his pro re nata non incommodè possint esse. nam siquid offendimus in genro nostro, quod quidem ego præstare non debeo, sed id sit maius, quod mulieres nostræ, præter ceteras Romæ remanserunt. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exēndo, de totâque re quid existimes. Equidem ad pacem hortari non defino, quæ vel iniusta vtilior est, quam iustissimum bellum. Sed hæc, ut fors tulerit.

## CICERO ATTICO SAL:

114

V T A B urbe discessi, nullum adhuc intermissi diem quin aliquid ad te literarū dare, non quo haberem magnopere quid scriberem, sed ut loquerer tecum absens, quo mihi, cù corām id non liceret, nihil est incundius. Capuam cum venissim ad V 1 Kal. pridie quām has literas dedi, C O S S. conueni, multosque nostri ordinis. Omnes cupiebant Cæsarem abductis praefidiis stare conditionibus his quas tulisset: vni Fauonio leges ab illo nobis imponi non placebat, sed is auditus in consilio. Cato enim ipse iam seruire, quām pugnare mauult: sed tamen ait in Senatu se adesse velle, cù de conditionibus agatur, si Cæsar adductus sit ut praefidia deducat. Ita quod maxime opus est, in Siciliam ire nō curat: quod me tu ne oblit, in Senatu esse vult. Posthumus autem, de quo nominatim Senatus decreuit ut statim in Siciliam iret, Fufanōque succederet, negat se sine Catone iturū, & suam in Senatu operam autoritatemque quam magni estimat. Ita res ad Faniū peruenit: is cum imperio in Siciliū præmititur. In disputationibus nostris summa varietas est. Plerique negant Cæsarem in conditione mansurū, postulataque hæc ab eo interposita esse, quo minus

quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur: ego autem cū puto facturum, ut præsidia de-  
ducatur. Vicerit enim si C O S. factus erit, & minori scelere vicerit quām quo ingressus est: sed  
accipienda plaga est: sumus enim flagitiose imparati cum à militibus, tum à pecunia: quā  
quidem omnem, non modo priuatam, quā in vrbe est, sed etiam publicam, qua in arario  
est, illi reliquimus. Pompeius ad legiones Aetianas est profectus, Labienum secum haberet.  
Ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuo recipere cogitabam.

CICERO · ATTICO · 3 AL.

135

OMNIS arbiter mihi tuas literas redditas esse, sed primas præpostere, reliquas ordi-  
ne quo sunt missæ per Terentiam. De mandatis Cæsaris, aduentuq[ue] Labieni & responsis  
C O S s. ad Pompeium, scripsi ad te literis his quas ad V Kal. Capua dedi: plurāque præter-  
ea in eandem epistolam conieci. Nunc has expectationes habemus duas: unam, quid Cæsar  
acturus sit, cum acceperit ea quæ referenda ad illum data sunt. L. Cæsari alteram, quid Pœ-  
perus agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se firmum exercitū habiturum, spem  
que affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romanum reddituros esse. Labienum secuti  
habet non dubitatem de imbecillitate Cæsaris copiarum, cuius aduentu Cn. noster mul-  
to animi plus habet. Nos à C O S s. Capuam venire iussi sumus ad Non. Febr. Capua pro-  
fectus sum Formias ad IIII Kal. Eo die, cum Calibus tuas literas hora ferè non accipi-  
sem, has statim dedi. De Terentia & Tullia tibi assentior, ad quas scripsicram, ad te vt refer-  
renti si nondum profecti sunt, nihil est quod se moueant, quoad perspiciamus quo locis sit  
res. Tuus literæ mihi gratae iuendicæ sunt. De pueris in Graciam transportandis tunc  
cogitabam, cum fuga ex Italia quæri videbatur: nos enim Hispaniam peteremus, illis hoc  
æque commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romæ recte esse  
posse: etenim minime amici Pompeio nostro esse debetis: nemo enim vñquam tantum de  
urbaniis præfidiis detraxit. Videñs me etiam iocari? Scire iam te oportet, L. Cæsar quæ res  
sponsa referat à Pompeio, quas ab eodem ad Cæsarem ferat literas. Scriptæ enim & date  
ita sunt, vt proponerentur in publico. In quo accusauit mecum ipse Pompeium, qui cum scri-  
ptor luculentus esset, tantas res atque eas quæ in omnium manus venturæ essent, Sextio no-  
stro scribendas dederit. Itaque nihil vñquam legi scriptum ~~erat~~. Perspici tamen ex  
literis Pompeii potest, nihil Cæsari negari, omnilique & cumulate quæ postularet dari: quæ  
ille amentissimus fuerit nisi acceperit, praetertim cum impudentissime postulauerit. quæ  
exim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimiserit: tamen concedi-  
tur minus honeste nunc quidem, violata iam ab illo repub. illarōque bello, quām si olim  
de ratione habenda impetrasset. Et tamen vereor vt his ipsis contentus sit: nam cum ista  
mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur. Dicunt  
autem nunc esse accertimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo I X Kal. Febr. rogatum  
esse vt scriberet ad me vt essem ad urbem: nihil ei me gratius facere posse. Hæc verbis plu-  
rimis inrellexi ex diuersum ratione, vt primum de discessu nostro Cæsar audisset, labore  
eum ceperisse, ne omnes abessentur. Itaque non dubito quia ad Pisönem, quin ad Scrutum  
scriperit. Illud admixtor, non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Cælium  
epigile: quanquam non asperno Trebatii literas, à quo me vñice diliḡ scio. Rescripsi ad  
Trebatium (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui) quām illud hoc tē-  
pore esset difficile, me tamen in prædiis meis esse, neque delectum villum, neque negotium  
suscepisse: in quo quidem manebō, dum spes pacis erit: si bellum geretur, non deoꝝ offi-  
cio, nec dignitat̄ meæ, pueros ~~in~~ in Greciam totam enim Italiam flagraturam  
bello intelligo. Tantum mali excitatum partim ex improbis, partim ex inuidis ciuibus:  
sed haec paucis diebus ex illius ad nostra responsa respōsū intelligentur quoſum eiusura  
sunt. Tum ad te scribam plura, si erit bellum: si autem etiam inducit, te ipsum, vt spero,  
videbo. Ego IIII Non. Febr. quo die has literas dedi in Formiano, quo Capua redieram,  
mulieres expectabam: quibus quidem scriperat, tuis literis admonitus, vt Romæ manē-  
rent: sed audio maiorem quandam in vrbe timorem esse. Caput Non. Febr. esse volebam,  
quia C O S s. iusserant. Quidquid huc erit à Pompeio allatum, statim ad te scribam, tuāf-

qui de istis rebus literas expectabo.

CICERO ATTICO SAL<sup>e</sup>

Q Y A R T O Non.Feb. mulieres nostræ Formias venerant: tuaque erga se officia plena tui suauissimi studii attulerunt: Eas ego quid sciremus virum turpe pacem nobis, an misere bello esset vtendum, in Formiano esse volui, & vñ Cicerones. Ipse cum fratre Capuam ad C o s s . (Nonis enim adesse iussi sumus) 111. Non profectus sum, cu has literas dedi. Responsa Pompeii grata populo, & probata concioni esse dicuntur. ita putaram: quia quidem filie repudiarunt, jacebitis accepit. Vtrum igitur, inquires, manu Reponderem, si quemadmodum parati electus scirem. Cassium erat hic auditum, expulsum Ancone, eamque urbem à nobis teneri. Si bellum futurum est, negotium utile. Caesarum quidem L. Caius are mandatis de pace missio tamē aiunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincere praesidiis. O perditum latronem, vix vlo otio compensandam hāc rep. turpitudinem! Sed stochachari definamus: tempori pareamus: cum Pompeio in Hispaniam eamus. Hic opto in malis, quoniam illius alterum Consulatum à rep. ne data quidem occasione repulimus. Sed haec haec tenus. De Dionysio fugit me ad te antea scribere: sed ita constitui expectare respōsa Caesaris, vt si ad urbem rediremus, ibi nos expectaret: si tardius id fieret, tum eum arcesseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga: quid docto homine & amico dignum fuerit, cum precertim rogatus esset: sed hic non nimis exquirō à Gracis. Tu tamen videbis, si erit (quod nolim) arcessendus, ne molesti sumus inuitio. Q. frater laborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat: nec Egnatio voluntas defit, nec patrum locuples est: sed cum tale tempus sit, vt Q. Titinius (multum enim est nobiscum) viaticum se neget habere, idēmque debitoribus suis denunciarit vt codic forentur, atque hoc idem etiā L. Lius fecisse dicatur, nec hoc tempore, aut domi nummos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram usquam facere possit, miratur te non habuisse rationem huius publice difficultatis. Ego autem eti illud (ita enim puratur) obseruo, presertim in te a quo nihil unquam vidi temere fieri, tamen illius querela mouebat. Hoc quid est, te scire volui.

CICERO ATTICO SAL<sup>e</sup>

N I H I L habeo quod ad te scribam: quin etiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi: erat enim plena spei boni, quid & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus usqutum putabam, presertim suis. Ecce tibi 111 Non. Feb. mane accepti literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furnium, quibus iridet L. Caesaris legatorem. Planè oppressi videmur, nec quid consilii capiam, scio: nec mehercule de me labore: de pueris quid agam, non habeo. Capuam eamen proficisci bar hec scribens, quo facilius de Pompeii rebus cognoscerem.

CICERO ATTICO SAL<sup>e</sup>

B R E V I L O Q V E N T E M iam me tempus ipsum facit: pacē enim desperavi: bellum nostri nullum administrant: caue enim putes quidquam esse minoris his C o s s . quorum ego spe audiendi aliquid & cognoscendi nostri apparatus, maximo imbris Capuā veni prid. Non. vt eram iussus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi, inanes, unparati. Cn. autem Liceriz dicebatur esse, & adire cohortis legionum Actinarum non firmissimum. At illum ruere nunciant & iam iamque adesse, nō vt manum conserat (quicum enim) sed vt fugam intercludat. Ego autem in Italia (ad oras Sannias) nec te id consuluo: sin extra, quid agor ad manendum, hyems, lectores, improuidi & negligentes duces. Ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum, turpitudi coniungēdi cum tyranno: qui quidem incertum est Phalarimne an Pisistratum sit imitatorus. haec velim explices, & me iuves confilio: et si res ipsam istic iam calere puto: sed tamen quantum poteris. Ego siquid hic hodie noui cognito, scies: iam enim aderunt C o s s . ad suas Nonas. Tuas cotidie literas expectabo. Ad has autem cum poteris rescribes. Mulieres & Cicerones in Formiano reliqui.

DE MALIS nostris tu prius audis quām ego, istinc enim emanant: boni autem hinc quod expectes, nihil est. Veni Capuam ad Non. Feb. ita ut iusserant C o s s. Eo die Lentulus venit sero, alter C o s. omnia nō venerat. V I I. Id. Eo enim die ego Capua discelli & manū Calibus. Inde has literas postridie ante lucem dedi. Hæc Capuz dum fui, cognoui. Nihil in C o s s nullum vñquam delectum: nec enim conqueritores ~~quæstoriū~~ audient, cum ille adsit: econtra quām noster dux nūsquam sit, nihil agat, nec nomina dant: deficit enim non volūtas, sed spes. Cn. autem noster (O rem miseram & incredibilem) vt totus iacet non animus est, non consilium, nō copia, non diligentia. Mittam illa, fugā ab urbe turpissimam: timidissimas in oppidis conciones: signorationem non solum aduersarii, sed etiā fūrū copiarum. Hoc cuiusmodi est v I I. Id. Feb. Capuam C. Cassius Trib. pl. venit, at-tulit mandata ad C o s s. vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore zrario auferrent, statim exirent urbe feliciter. Redant, quo praefidio! Deinde excāt, quis finat? C o s. ei rescripsit, vt prius ipse in Picenum, ut illud totum erat amissum, sciebat nemo prater me ex literis Dolabellæ. Mihi dubium non erat quin illi iam iāmque foret in Apulia, Cn. noster in nau. Ego quid agam? ~~magnum~~ magnum, neque mehercule mihi quidem vñlum, nisi omnia cīlen acta turpissime. Neque ego vñlius consiliari particeps: sed tamen quod me deceat, ipse me Cæsar ad pacem hortatur: sed antiquiores literæ, quām ruere coepit. Dolabella, Cælius me illi valde satifacere, mira me ~~et~~, torque. Iuua me cōsilio, si potes: & tamē illa quātū potes prouide. Nihil habeo tanta rerum perturbatione, quod scribā. Tuas literas exspecto.

P E D E M in Italia video nullum esse, qui non in iñtus potestate sit. De Pompeio scio nihil, cūmque nisi in nauim se contulerit, exceptum iñruto. O celeritatem incredibilem: hu-ius autē nostri. Sed non possum sine dolore accusare cum de quo angor & crucior. Tu ex dem non sine causa times: non quo minus quidquam Cæsari expediāt ad diuturnitatem: victoriz: & dominicationis: sed video quorum arbitrio sit acturus. Recte sit, censeo cedendū de oppidis iis: ego consiliū: quod optimum factū videbitur facies: cum Philotimo loquere: atque adeo Terentiam habebis Idib. Ego quid agam? quā aut terra aut mari persequear eum, qui vbi sit nescio. Et si terra quidem, qui possim mari, quō? Tradam igitur illi me fac pōlis: tuto, multi enim hortantur: num etiam honeste? Nullo modo quidem, à te petam consilium, vt soleo. Explicari res non potest, sed tamen siquid in mentem venit, velim scribas & ipse quid sis acturus.

Q V I N T O Id. Feb. vñspēri è Philotimo literas accepi, Domitiū exercitū firmum habe-re: Cohortes ex Piceno, Lentulo & Thermo ducentibus, cum Domitiū exercitu coniunctas esse. Cæsarem interludi posse, cūmque id timere: Bonorum animos recreatos, Roma improbos quali pereculos. Hec metuo euidem ne sint somnia: sed tamē M. Lepidum, L. Tor-quatum, C. Cassium Trib. pl. (li enim sunt nobiscum, id est in Formiano) Philotimi literæ ad vitam reuocauerunt. Ego autem illa metuo ne veriora sint, nos omnes penē iā captos esse, Pompeium Italia cedere, quem quidem (s̄ tem acerbā) persequi Cæsar dicitur. Persequi Cæsar Pompeium quid: vt interficiat? O me miserum, & non omnes nostra corpora oppotimus! In quo tu quoque ingemiscis: sed quid faciamus: vieti, oppresi, capti plane sumus. Ego tamen Philotimi literæ lectis mutauit cōsiliū de mulieribus, quas vt scriperā ad te, Romane remittebam: sed mihi venit in mentem, multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei redditus essem, quod mulieres res reuertissent. De me autem ipse tibi assentior, ne me dem incertus & periculoz fugz, cū recip. nihil profim, nihil Pompeio, pro quo emori cum pī possum, tum libenter. Manebo igitur, cū viuere. Quod queris, hic quid agatur: tota Capua & omnis hic delectus iacet. Desperata res est, in fuga omnes sunt, nisi quid eiusmodi fuerit, vt Pompeius illas Domitiū copias cū suis coniungat. Sed videbamur omnia biduo triduove scituri. Cæsaris literarum exēplū tibi miseriogaras enim: cui nos valde satifacere multi ad me scriperunt. Quod pa-

tior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter.

## CICERO ATTICO SAL.

PHILOTIMI literæ me quidē non nimis, sed eos qui in his locis erant, admodū declarunt. Ecco postridie ad Caſiliū literæ Capua à Lucretio familiarī eius, Nigidium à Domitio Capuanum venisse: cum dicere, Vibullium cum paucis militibus ē Piceno currere ad Cnæum, confestim sequi Cæfarem. Domitiū non habere militum vim. Idē scriptis C O S S., Capua discessisse. Non dubito quin Cnæus in fuga sit, modo effugiat. A confilio fugiendi, ut tu censes, absūm.

## CICERO ATTICO SAL.

CVM dedissem ad te literas tristis, & metuo ne veras de Lucretii ad Caſium literis Capua missis, Cephalio venit à vobis, attulit etiam à te literas hilarioris, nec tamē firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum quād quod scribitis, Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita afferit, omniāque quæ nolim. Rem miseram: malas causas semper obtinuit, in optimā concidit. Quid dicam, nisi illud: cum nescissis: neque enim erat difficile hoc nescisse. Erat enim ars difficultis recte remp. regere. Sed iam iamque omnia sciemus & scribemus ad te statim.

## CICERO ATTICO S.

NON venit idem vſu mihi quod tu tibi scribis, Q VOTIES EXORIOR. Ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis quæ Roma aſſeruntur, de Domitio, de Picentium cohortibus: omnia erant facta hoc biduo Iztiora: itaque fuga quæ parabatur repreſſa est. Cæſaris interdicta

Si te secundo lumine hic offendero, repuuntur. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amicissime admones ut me integrum, quoad possum, seruum, gratum est. Quod addis ne propensior ad turpem causam videar, certe videri possum: Ego me ducem in ciuiili bello quoad de pace age-retur, negauit esse: non quin rectum esset, sed quia quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Planè cum (cui noſter alterum confulatum defret & triumphum, at quibus verbis ut pro suis gestis amplissimis) inimicum habere nolueram. Ego scio & quem metuam, & quam ob rem: si erit bellum, ut video fore, partes mea non defuderabuntur. De his x x milibus Terentia tibi rescripsit. Dionysio dum exultimabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Tibi autem crebro ad me scribenti de eius officio, nihil rescripsi, quod diem ex die expectabam ut statuerem quid esset faciendum. Nunc ut video, puer certe in Formianō videntur hyematuri, & ego nescio: si enim erit bellum, cum Pompeio esse contine: quod habebo certi, faciam scias. Ego bellum foedissimum futurū puto, nisi qui (ut tu scis) Parthicus casus extiterit.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER VIII.

## CICERO ATTICO SAL.

CVM ad te literas dedissem, redditez mihi literæ sunt à Pompeio. Cetera de rebus in Piceno gestis, quæ ad se Vibullius scripsisset, de delectu Domitii, quæ sunt vobis nota, nec tamen lata erant in his literis. Quam ad me Philotimus scripsisset, ipsam tibi epistolam missem, sed subito fratris puer proficisci ebat: cras igitur mittā. Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu T V CENSEO LVCERIAM VENIAS, NVS Q VAM ERIS. TTVIVS. Id ego in eam partem accepi: hæc oppida atque oram matitimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus cum qui caput ipsum reliquerint, reliquis membris non patere. Ei statim rescripsi, hominemque certum misi de

142

143

144

145

comitibus meis, non me querere vbi tutissimo essem: si me veller sua aut reipub. causa Luceriam venire, statim eis venturum: hortanisque sum ut oram maritimam retinere, si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari veller. Hoc me frustra scribere videbam, sed vix in urbe retinenda tunc, si nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam: sic enim parati video, vt Luceriam omnes copie contrahantur. Et ne quidem locus stabilis: sed ex eo ipso, si virgineam, paretur fuga: quo minus mirere, si inuitus in eam causam descendo, in qua neque pacis, neque victoriz ratio quiescita vnguia est, semper flagitiosar & calamitosar fugaz. Eundem, ut quaecumque fors tulerit casum, subeam potius cum iis qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis discentire. Etsi propediem video bonorum, id est laitorum & locupletum vibem refertam fore: municipis vero his relictis, referrimus: maine: quo ego in numero essem, si hos lectores molestissimos non haberem. Nec me A. Le pidi, Lucca, Volcatii, Ser. Sulpicii cornutum premiteret, quoniam nemo nec stultior est quam L. Domitius, nec inconstantior quam Appius Claudius. Vnus Pompeius me mouet beneficio, non auctoritate: quam enim ille habec auctoritatem in hac causa, qui cum omnibus Caesarum metuebamus, ipse cum diligebat: postquam ipse metuebat, putat omnes hostes illi oportere esse: libimus tamen Luceriam, nec cum fortasse delectabat noster aduentus: diffimulare enim non potero, mihi qua adhuc acta sunt, displicere. Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu si tibi eadem causa est, me remunere: sane velim.

## CICERO ATTICO SAL.

146

M I H I vero omnia grata, & quod scripsisti ad me quae audieras: & quod non credidisti que digna diligentia mea non erant: & quod monuisti quod sentiebas. Ego ad Cafarem vnas Capua literas dedi, quibus ad ea rescripsi que mecum ille de gladiatoriis suis egerat: breuis, sed benvolentiam significantes, non modo sine contumelia, sed etiam huius maxima laude Pompeii: idem enim illa sententia postulabat, qua illum ad concordiam hortaberas siquid ille misit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te: non potui non dare, cum & ipse ad me scripisset & Balbus. earum exemplum ad te misi: nihil arbitrio fore quod reprehendas: siqua erunt, doce me: quomodo enim effugere possum: Nihil, inquit, omnino scriperis, Qui magis effugias eos qui volent fingeret. Veritatem ita faciam, quoad fieri poterit. Nam quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scriptorum etiam meorum: facis amicem tu quidem, nihilque gratissimum. sed mihi videlicet aliud tu honestum, meque dignum in hac causa iudicare atque ego existimem: mihi enim nihil villa in gente vnguam ab illo auctore reipub. ac duce turpius factum esse videtur, quam a nostro amico factum est, cuius ego vicem doleo, qui vibem reliquit, id est patria, pro qua & in qua mori praecarum fuit. Ignorare mihi videris, haec quia si clades: es enim etiam nunc domi tua, sed inuitis perditissimi hominibus esse diutius non potes. Hoc miseris, hoc turpius quidquam! Vagamur egentes cum coniugibus & liberis. In vnius hominis quotannis periculis: agrotantis anima, positas omnis nostras spe habemus: non expulsi, sed evocati est patria, quam non seruandam ad redditum nostrum, sed diripiendam & inflammmandam reliquimus. Ita multi nobiscum sunt non in suburbanis, non in hortis, non in ipsa. Et si non sunt, non erunt. Nos interea ne Capuz quidem, sed Luciferi. Et oram quidem maritimam iam relinquemus. Afranium expectabimus & Petreum: nam in Labieno parum est dignitatis. Hic tu in me dico, alii viderint. Hic quidem quae est omnes boni. Quis tum se mihi non ostendit quis nunc adeat hoc bellum: sic enim iam appellandum est. Vibullii res gestae sunt adhuc maximae: idex Pompelii literis cognoscet: in quibus animaduerito illum locum, ubi erit nostra, videbis de Cn. nostro ipse Vibullius quid existimet. Quod igitur haec spectat oratio: Ego pro Pompeo libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem: sed non ita non meo iudicio spem de salute resp. Significas enim aliquanto secus quam solebas, ut etiam Italia si ille cedar, putes cedēdū quod ego nec reip. puto esse vtile, nec liberis meis: præterea neque rectum neque honestum. Sed cur?

illud defydetas: nihil de me domi velitræ elitis & crisis

POTERIS NE I GITUR VIDERE TYRANNVM & quia interfis, audiam, an videam: aut locupletior mihi sit querendus auctor quam Socrates, qui cum xxtyranni esset, pedem porta non extulit. Est mihi præterea præcipua causa manendi, de qua utinam aliquando tecum loquar. Ego xxi Kalend. cum eadem lucerna hanc epistolam scripssem, qua inflammaram tuam, Formam ad Pompeium, si de pace ageretur, praefectus: si de bello, quid ero?

## CICERO ATTICO SAL.

147

M A X I M I S & miserrimis rebus perturbatus, cum coram tecum mihi potestas deliberaudi non esset, ut tamen tuo consilio volui. Deliberatio autem omnis hæc est, si Pompeius Italia cedat, (quod cum facturum esse suspicor) quid mihi agendum putas, & quo facilius consilium dare possis, quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo breui. Cum merita Pompeii summa erga salutem meam, familiaritasque quæ mihi cù eo est, tum ipsa res ipsa, causa me adducit, ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna coniungenda esse videatur. Accedit illud, si manco & illum comitatum optimorum & clausissimum ciuium defero, cedendum est in vnius potestate: qui etiæ multis rebus significat se nobis esse amicum, & vt esset, à me est (tute scis) propter suspicionem huius impensis tempestatis multo ante prouisum, tamen utrumque confyderandum est, & quanta fides, ei sit habenda: etiæ maxime exploratum sit, cum nobis amicum fore, stene viri fortis & boni ciuii, esse in ea vrbe, in qua cù summis honoribus imperialisque viis sit, res maximas gestis, sacerdotio sit amplissimo prædictus, non futurus si sui iuris, subcundumque periculum sit cum aliquo forte dedecore, si quando Pompeius rempub. recuperarit. In hac parte hæc sunt. Vide nunc quæ sint in altera. Nihil actum est à Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter: adde etiam, nihil nisi contra consilium auctioritatemque meam. Omitto illa vetera, quod istum in rem publicam aluit, auxit, armavit, ille legibus per vim, & contra auspicia ferendis auctor, ille Galliz: vltioris adiunctor, ille gener, ille in optando P. Clodio Aug, ille relitigandi mei quam retinendi studiosior, ille prouinciarum propagator, ille absentes in omnibus adiutor: idem etiam tertio Cöslatu, postquam esse defensor rep. excepit, contemnit ut x Trib. pleb. ferrente vt absens ratio haberetur: quod idem ipse sanxit legi quadam sua, M. que Marcello cōs. finicent prouincias Gallias Kal. Martius restituit. Sed vt hæc omittam, quid scđius, quid perturbatus hoc ab vrbe discessi, siue potius turpissima fugam? Quæ conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria: Malæ conditio erant, fateor: sed nunquid hoc peius? At recuperabit tempub. Quando: aut quid ad eam spem est parati? Non ager Pioenus amissus: non patefactum iter ad urbem non pecunia omnis & publica & priuata aduersario tradita? Denique nulla causa, nulla vires, nulla sedes, quod concurrant, qui rempub. defensam velint. Apulia delecta est inanissima pars Italiz, & ab impietu humi belli remotissima: fugia & maritima opportunitas via queri desperatione. Inuiti cepi Capuanum: non quo munus illud defugerem, sed sine causa, in qua nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorum dolor: bonorum autem esset aliquis, sed hebes, vt soleret, & vt ipse sensilem, multitudine, & infimus quisque propensius in alteram partem. Multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipse me nihil suscepturnum sine præsidio & sine pecunia: itaque habui nihil omnino negoti, quod ab initio vidi, nihil queri præter fugam. Eum si nunc sequor, quoniam: cum illo non, ad quem cum eis proiecturus, cognoui in his locis esse Catarem, vt tuto Lucestram venire non possem. Infero mari nobis incerto cursu, hyeme maxima nauigandū est. Age iam, cù fratre, an sine: cum filioran quomodo? In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi dolor: qui autem impetus illius erit in nos absentes, fortunisque nostras: acrius, quam in ceterorum: quod putabis fortasse in nobis violandis aliquid se habere populare. Age iam has cōpedes, fasces inquam hos laureatos, ecferre ex Ita, talia quam molestū est: Qui autē locus erit nobis tutus, vt iū placatis vtamur fluctibus, antē quam ad illū venerimus? Quā autē, aut quō, nihil scimus. At si restitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idem fecero quod in Cinnz dominatione Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius, quoquo modo ea res huic quidem occidit: qui tamen ita dicere solebat,

se id fore videre quod factum est, sed hoc male quam armatum ad patriz incenia accederet. Alter Thrasibus, & fortasse melius: sed est certe quadam illa Mucii ratio atque sententia: est illa etiam Philippi: & cum sit necesse seruire temporis, & non amittere tempus, cum sit datum: sed in hoc ipso habent tamē iudicem falsos mollesciam. sit enim nobis amicus, quod incertum est: sed sic, deferat triumphum: non accipero haec periculorum sitiari accipere ini-  
diuum ad bonos? O rem, inquis, difficultem & explicabiliem! atqui explicanda est: qui enim fieri potest? Ac ne me existimaris ad manendum esse propensiorem, quod plura in eam partem verba fecerim, potest fieri quod sit in multis questionibus, ut res verbosior haec fuerit, il la verior. Quam ob rem ut maxima de re aquo animo deliberant, ita mihi des consilium velim. Nasus & in Caieta est parata nobis, & Brundisi. Sed ecce nūcti scribente me hæc ip-  
sa noctu in Caleno, eccū litera, Cæsarem ad Corfinium, Domitium Corfinium cum firmo exerceitu & pugnare cupiente. Non puto eriat hoc Cn. neoftrum commissurum, vt Domitiū relinquit: eti Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus præmisserat, legionem Fausto conscriptam in Siciliam sibi placere à cōssīs duci, scriperat ad cōssīs. Sed turpe Domitium erit deserere implorante eius auxilium: & quadam spes mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranum in Pireno tum Trebonio pugnasse, pulsuni Trebonium, etiam Fabiūs tuum transisse cum cohortibus: summum autem, Afranum cūm magnis copiis aduentare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, cum esset incer-  
tum iter Cæsaris, quod vel ad Capitam, vel ad Luceriam iterus putabatur, Leptam ad Pō-  
peum mis & literas: ipse nequid incidere, reuerti Fortinias. Hæc te scire volui, scripsique sedatione animo quam proxime scriperam, nullum meum iudicium interponens, sed ex-  
quiriens tuum.

## CICERO ATTICO SAL.

148

DIONYSIUS quidem tuus potius quam noster (cuius ego cum fatis cognoscem) mo-  
res, tuo tamen potius stabam iudicio, quam meo) ne tui quidem testimonii (quod ei sapientia  
pud me dederas) veritus, superbum se præbuit in fortuna, quam putauit nostram fore: cuius  
fortunæ nos quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus.  
Cui qui noster honor: quod obsequium: quz etiam ad ceteros contempti cu-  
i iudicium hominis commendatio defuit: vt meum iudicium reprehendi à Q. fratre, vulgo:  
que ab omnibus mallem, quam illum non essentem laudibus: Ciceronésque nostros meo  
potius labore subdoci, quam me aliumvis magistrum querere. Ad quem ego quas lite-  
ras Dii immortales miseram: quantum honoris significantes: quantum amoris. Dictear-  
chum mehercule, aut Aristozenum dices arestis, non unum omnium loquacissimum, & mi-  
nime aptum ad docendum: sed est memoria bona, me dicet esse meliore. Quibus literis ita  
respondit, vt ego nemini, cuius causam non reciperem (semper enim si potero, si ante suscep-  
ta causa non impediatur) nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti,  
tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi, plane sine villa exceptione præcidit. Nihil  
cognoui ingratius, in quo virtus nihil mali non inficit. Sed de hoc nimis multa. Ego natum  
paravi, tuas literas tamen exspecto, vt sciam quid respondeant consultationi meæ. Sulmone  
C. Attium Pœgnum aperte Antonio portas, cum essent cohortes quinque, Q. Lucre-  
tium inde fugile scis, Cn. irat Brundisium desertum. Confecta res est.

## CICERO ATTICO SAL.

149

CVM ante lucem VIII Kal. ad te literas dedisset, vesperi ad nos eodem die venit ipse  
Dionysius auctoritate tua permotus, vt suspicor. Quid enim putem aliud: eti solet cum,  
cum aliquid furioso fecit, porneire: nunquam autē certior fuit, quam in hoc negotio. nam  
quod ad te non scriperam, postea audiui, à tertio miliario tum cum ille, ~~modus~~ ~~modus~~ & A-  
PECCINECHE ~~modus~~ ~~modus~~. Multa inquam mala cū dixisset, suo capiti, vt aiunt. sed meā  
mansuetudinem conieceram in fasciculum vñā cum tua venientem ad illum epistolā, hæc  
ad me referri volo, nec ullam ob aliam causam Pollicem scrum à pedibus meum Ro-  
manum misi. Eo autem ad te scripsi, vt si tibi forte redditum esset, mihi curares referendam, ne in  
illius manus perueniret. Noui siquid esset, scripsisset: pendo animi expectatione Corfi-

V.iii.

# Ad Atticum

nensi, in qua de salute recip. decernitur. Tu fasciculum, qui est M. Curio inscriptus, velim : cures ad eum perferendum. Tironemque Curio commendes, & ut petui, si quid opus erit, in sumptum roges.

CICERO ATTICO SAL.

150

OBSIGNATA iam ista epistola, quam, de nocte daturus eram, sicut dedi (nam ea ve- speri scripsera) C. Sosius Pr. in Formianum venit ad M. Lepidum vicinum nostrum, cuius Quæstor fuit. Pompeii literarum ad C O S s. exemplum attulit.

Litteræ mihi à L. Domitio ad V I I I Kal. Mart. allatae sunt. carum exemplum infrà scrip- fi. Nunc, vt ego non sciebam tua sponte intelligere, scio quanti recipib. intersit omnes copi : as in vnum locum primo quoque tempore conuenire. Sed tu, si tibi videbitur, dabis ope- ram, quâprimum ad nos venias, praefidu Capuz, quantum constitueris sati esse, relinquas.

Deinde supposuit exemplum epistolæ Domiti, quod ego ad te pridie miseram. Dù immortales, qui me horror perfudit: quâm sum sollicitus, quidnam futurū sit: hoc tamen spe- ro, magnum nomen Imperatoris fore, magnum in aduentu terrorem: spero etiam, quoniā adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutassene tegentia hoc, quod cum fortiter & diligenter, tum etiam mehercule modo enim audiui quartanam à te discessisse: mori- at, si magis gauderem si id mihi accidisset. Piliz die, non cœl equum, eam diutius habere, nec id esse velitr concordiz. Tironem nostrum ab altera relictum audio, sed eum video in sumptum ab alijs mutuatum. Ego autem, Curium nostrum, si quid opus esset, rogarâ. Ma- lo Tironis verecundiam culpam esse, quâm illiberaltatem Curii.

CICERO ATTICO SAL.

151

V N V M etiam restat amico nostro ad omne dedecus, vt Domitio nō subueniat. At ne- mo dubitat quin subdicio venturus sit: ego non puto. Desereret igitur talēm ciuem, & eos quos vna scis esse quum habeat presertim & ipse cohortis x x x: Ni si me omnia fallunt, deseret. Incredibiliter pertinuit: nihil spectat nisi fugâ, cui tu (video enim quid sentias) me comitem putas debere esse. Ego vero quem fugiam, habeo: quem sequar, noti habeo: quod enī tu meum laudas, & memorandum dicas, malle quod dixerim, me cum Pompeio vin- ci quâm cū ipsis vincere? Ego vero malo, sed cum illo Pôpicio qui tuum erat, aut qui mihi esse videbatur: cum hoc vero qui ante fugit quâm scis aut quâ fugiat, aut quâ, qui nostra tradi- dit, qui patriâ reliquit, Italiam reliquerat malui, cōtigit, victus sum, quod superest. Nec ista: videre possum quæ tuncquam timui ne videberet, nec mehercule istū, propter quem mihi nō modo meis, sed memetipso carendum est. Ad Philotimū scripti de viajico, sive à Moneta, nemo enim soluit, sive ab Oppiis suis contubernalibus. Cetera apposita tibi mandabo.

CICERO ATTICO SAL.

152

O R E M turpem, & ea re miseram: sic enim sentio id demū aut potius id solum esse mi- serum, quod turpe sit. Aluerat Cæsarem, cundem repente timere cooperat, cōditionem pa- cis nullam probarat, nihil ad bellum pararat, r̄bem reliquerat. Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Graciam. omnes nos à tuncquam, expertes sui tanti cā inutilitati confiliū relinquebat. ecce subito litteræ Domiti ad illum, ipsius ad C O S s. fulsisse: mihi videbatur n̄ ad oculos eius, & exclamasse ille vir, qui esse debuit, Τί τοῦτον γε οὐ μαρτυρεῖς; τί τοῦτον λέγεις, οὐ ταύτην δικαιολογεῖ; Η δέ, μαρτυρεῖς. At ille tibi mār̄a x̄p̄tēt̄ ūp̄t̄ dices, per- git Brundisium: Domitium autem aijunt n̄ audita, & eos qui vna cōfident, se tradidisse. O rē lugubrem, itaque intercludet dolore, quo ad te plura scribam, tuas litteras expecto.

CICERO ATTICO SAL.

153

E P I S T O L A M meam quod perulgatam scribis esse, non sero moleste: quin etiam ipse multis dedi describendam: ea enim & accidenterunt iam, & impendent, vt testū esse ve- lim, de pace quid senserim. Cum autem ad eam hortarer eum presertim hominem, nō vide- bar illo modo facilius moturus, quâm si ad quod cū hortarer, cōvenire eius sapientē dice rem. cā si admirabilē dixi, quo cū ad salutē patris hortabar, non sum veritus, ne videret af- sentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiciebam. Quia autem est, aliquid impertas tēpo- ris, nō est de pace, sed de meo officio vt aliquid cogitet. Nam quod testimor,

me expertem belli fuisse, et si id re perspectum est, tamen ea scripti, quo in suadendo plus au  
thoritatis habet: sedemque pertinet quod causam eius probo. Sed quid huc nuncritinā  
aliquid profectum esset, ne ego illas literas in cōcione recitari velim. Si quidem ille ipse ad  
eundē scribens in publico proposuit epistolam illam, in qua eft, P R O T V S R E B V S  
G E S T I S A M P L I S S I M I S amplioribus quam suis, quām Africanis. Ita tēpus fe  
rbat. siquidem etiam vos duo tales ad V miliarium, quid nunc ipsum, vnde se recipienti,  
quid agenti, quid acturo: quanto autem ferocius ille cause suz confidet, cum vos, cum ve  
stī familes non modo frequentes, sed latō vultu gratulātes videret. Nū igitur peccamus mi  
nime vos quidē. Sed tamen signa cōturbantur, quibus volūtas à limulatione distingui pos  
set. Quæ vero s.c. video, sed apertius quām proposuerā. Ego Arpini volo esse pridie Kalen.  
deinde circum villulas nostras errare, quas visurum me polte desperauit. & tua cōsilia, &  
tamen pro temporibus non incauta, mihi valde probabantur. Lepido quidem (nam ferè ~~multa~~  
~~multa~~, quod gratissimū illi est) nunquam placuit ex Italia exire. Tullio multo minus, etc  
bro enim illius litera ab aliis ad nos commentat: sed me illorum sententia minus mouebat,  
minus multa dederant illi reip. pignora. Tua me hercule authoritas vehementer mouet: af  
fert enim & reliqui temporis recuperandi rationē, & praesentis tuendi. Sed obsecro te, quid  
hoc miseriū, quam alterum plausus in fœdissima causa querere: alterum offensionis in op  
timis alterū existimari conseruatore inimicorū: alterum desertorem amicorū: Et meher  
cule quāuis amemus Cn. nostrum, vt & facimus & debemus, tamē hoc quod talibus viris  
non subuenit, laudare non possum: nā sine timuit, quid ignauies sine vt quidē putant, me  
liorem suā causā illorum cede fore putauit, quid iniustius. Sed hæc omittamus: augemus  
enī dolorem retractado. v i Kal. vesperi, Balbus minor ad me venit, occultauit te currens  
ad Lentulū & o.s. misiu Cæsarem, cū literis, cum mandatis, cum promissione prouincie, Ro  
manū redactū: cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit cōsentus. Idem siebat, nihil mal  
le Cæsarem, quām vt Pompeium assequetur: id credo, vt rediret in gratiam. Id non cre  
do, & metuo ne omnia hæc clementia ad vnam illam crudelitatem colligatur. Balbus qui  
dem maior ad me scribit, nihil male Cæsarem quām principe Pompeo, sine metu vivere.  
Tu puto hæc credis. Sed cum hæc scribem v i Kal. Pompeiani am Brundisium poterat ve  
niſſi: expeditus enim antecesserat legiones x i Lucteria. Sed hoc ~~opus~~ horribili vigilancia, ce  
leritate, diligentia est: planè quid futurum sit nescio.

## CICERO ATTICO SAL.

154

D I O N Y S I V S cum ad me præter opinionem mācē venisset, locutus sum cum eo libe  
ralissime. tempora exposui, rogavi vt dicaret quid haberet in animo: me nihil ab ipso inui  
to contendere. respondit se quod in nummis haberet, nescire quo loci esset: alios non soluc  
re, aliorū diem nondum esse. Dixit etiam alia quadam de seruulis suis, quare nobiscum es  
se non posset. Morem gelli, dimisi à me, vt magistrum Ciceronum, non libenter: vt homi  
nem ingratum, non inuitus. Volui te scire quid ego de eius factō iudicarem.

## CICERO ATTICO SAL.

155

Q V O D me magno animi motu perturbatum putas, sum equidem: sed nō tam magno,  
quam tibi fortasse videor. Leuator enim omnis cura, cum aut confisit consilium, aut cogi  
tando nihil explicat. Lamentari autem licet: illud tamē totos dies: sed vereor, ne nihil cū  
proficiā, etiā drdecori sim studiis ac literis nostris. Consumo igitur omne tēpus, consideras  
quanta vis sit illius veri, quem nostris libris satius diligēter (vt tibi quidem videtur) expre  
sumus. Teneſſe igitur moderatorem illum reip. quod referre velimus omnia: nam sic quin  
to, vt opinor, in libro loquitur Scipio. Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus,  
Imperatori victoria: sic huic moderatori reip. beata ciuitati vita propoſita est, vt opibus fit  
ma, copiis locuples, gloria apla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximū inter homi  
nes arque opimii illū esse perfectiore volo. Hoc Cn. noſter, cū antea nunquā, tum in hac cau  
ſa minime cogitauit. Dominatio quæſita ab vtroque eft: non id actum, beata & honesta ci  
uitas vt eſſet. Nec vero ille vibem reliquit, quod eam tueri non posset: nec Italiam, quod  
ea pelleretur: sed hoc à primo cogitauit, omnes terras, omnia maria mouere, Reges barba  
ri.

V.iii.

sicui adhuc videoe legnior fuisse, dum ne tibi videar, non laboro: & tamen si, ut video, bellum gerendum est, confido me omnibus facile satisfacturum. M. Tullium meum necessarium ad te misi, cui tu, si tibi videretur, ad me literas dares.

C. N. MARCVS PROCO S. S. D. M. CICERO NI IMP. SVO. 158

T V A S literas libenter legi. Recognoui enim tuam priflinam virtutem etiam in salute communi. C o s s. ad cum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magnopere te hor tor pro tuo singulari perpetuque studio in temp. vt te ad nos conferas, ut communi cōsilio recip. afflita opem atque auxilium feramus. Censeo via Appia iter facias, & celeriter Brundisium venias. Cura vt valeas.

CICERO IMP. S. D. C. N. MAGNO PROCO S.

C V M ad te literas missem, quæ tibi Camusii reddite sunt, suspicionem nullam habebam, te reip. causa mare transiitum: etramque in spe magna, fore ut in Italia possemus aut concordiana constitutre, qua mihi nihil virius videbatur, aut temp. summa cum dignitate defendere. Interim nondum meis literis ad te perlati, ex his mādatis, quæ D. AElio ad C o s s. dederas, certior tui consiliū factus, non expectau dum mihi à te literæ redderetur; confessimque cum Q. fratre & cum liberis nostris iter ad te in Apuliam facere coipi. Cum Theanum Sidicinum venissem, C. Miſſius familiaris tuus mihi dixit alitique cōplures Czfarem iter habere Capuam: & eo ipso die māſurum eſſe Eſterniz. Sanè sum cōmotus: quod si ita eſſet, non modo iter meum interclusum, ſed meipſum planè exceptum putabam. Itaque tum Cales proceſſi, ut ibi potiſſum cōſiderem, dum certum nobis ab Eſternia de eo, quod audieram, referretur. At mihi cum Calibus eſſem, affertur literarū tuarum exemplū, quas tu ad Lentulū C o s. miſiles. Hę scripta ſic erāt. Literas tibi à L. Domitio ad xiiii Kal. Mart. allatas eſſe, carūmque exemplum ſubſcriberas: magnique interēſe reip. ſcrip-teras, omnis copias primo quoque tempore in vnum locum conuenire, & ut praſidio quod ſatis eſſet, Capuz relinqueret. His ego literis lectis, in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium eſſe venturum quo mihi cum Czfar ad oppidū caſtra habere, tutum iter eſſe non arbitrabar. Cum res in ſumma expectatione eſſet, utrumque ſumul audiuit, & quæ Corfinii acta eſſent, & te iter Brundisium facere coipiſſe. Cūmque nec mihi nec fratri meo dubium eſſet quin Brundisium contenderemus, à multis, qui ē Samnio Apuliaque veniebant, admoniti lumen ut caueremus ne exciperemur à Czfare, quod in eadē loca, quæ nos petebamus, profectus, celerius etiam quām nos possemus, eō quod intendat, vēturus eſſet. Quod cum ita eſſet, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit cōmittere, ut temeritas noſtra non ſolum nobis, ſed etiam reip. noceret: cum praefertim non dubitabemus quin si etiam tutum nobis iter fuſſet, te tamen conſequi non poſſemus. Interim accepimus tuas literas Canufio ad x Kal. Mart. dat. quibus nos hortaris ut celerius Brundisium veniamus: quas cum accepſſemus ad xiiii Kal. Mart. non dubitabamus quin tu iam Brundisii peruenies, nobisque iter illud omnino interclusum videbatur, neque minus nos eſſe captos, quām qui Corfinium venient. Neque enim eos folios arbitrabamur capi qui in armatorum manus incidunt, ſed eos nihilo minus qui regionibus exclusi, intra praefidia atque intra arma aliena veniſſent. Quod cum ita fit, maxime vellem prium ſemper tecum fuſſe, quod quidem tibi oſtenderam, cum à me Capuam reiiciebam. Quod feci, nō vitandi oneris cauſa, ſed quod videbam teneri illam vrbem ſine exercitu non poſſe: accidere autē mihi nolbam quod dolco viris fortiffimis accidifſe. Quoniam autem tecum ut eſſem nō contigit, vniā tui consiliū certior factus eſſem: non ſuspitione alſequi non potui, quod omnia prius arbitratus ſum fore, quām ut hęc reip. cauſa in Italia non poſſet duce te cōſiſtere. Neque vero nunc cōſilium tuum reprehen- do, ſed fortunam reip. lugeo. Nec ſi ego quid tu ſis ſecutus nō perſpicio, idcirco minus exiſtimo, te nihil niſi ſumma ratione feciſſemea quæ ſemper fuerit ſententia, prium de pa- ce vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbē (nam de Italia quidem nihil mihi vnu- quam oſtenderas) meminiſſe te arbitror. Sed mihi non ſumo ut meū cōſilium valere de- buerit: ſecutus ſum tuum, neque id reip. cauſa, de qua desperau, quæ & nunc afflita eſt, nec

excitari sine ciuili pernicioſiſſimo bello potest: ſed te quarebam, tecum eſſe cupiebam, neque eius rei facultatem, ſiqua erit, prætermittam. Ego me in hac omni cauſa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non ſatiſfacere. Primum enim præ me tuli, me nihil malle quam pacem: non quin cadem timerem quæ illi, ſed ea bello ciuili leuiora ducebam. Inde fuſcepto bello, cum pacis conditions ad te afferti, à teque ad ei honorifice & large responderi viderem, duxi meam rationem, quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me eſſe vnum, qui pro meis maximis in temporemeritis, ſupplicia miſeritima & crudelijima pertuliftem: me eſſe vnum, qui ſi offendifsem eius animum, cui tum cum iam in armis eſſemus, Consulatus tamet alter & triumphus ampliijjimur deferebat, ſubiiceret eisdem præliis, ut mea persona ſemper ad improborum ciuum impetus aliquid videtur habere popularē. Atque hæc non ego prius ſum ſuſpici-  
tus, quām mihi palam denunciata ſunt: neque ea tā pertimui ſi ſubcunda eſſent, quām de-  
clinanda putauſi honeſte vitare poſſem. Quoniam brevē illius temporis, dum in ſpe pax  
fuit, rationem noſtram vides, reliqui facultatibus res admetit. Iis autem quibus non fatiſſa-  
cio, facile respondeo: neque enim ego amicior C. Caſari vñquam fui, quām illi, neque illi  
amiciores reip. quām ego. Hoc inter me & illos intereft, quod cum & illi cives optimi ſint,  
& ego ab iſta laude non abſim, ego conditionibus quod idem te intellexeram veſle, illi ar-  
mis diſceptari maluerūt: quæ quoniam ratio omiſta eſt, perficiam profeſio, ut neque reſp.  
ciuiſ à me animum, neque tu amici defidces.

CICERO ATTICO . SAL.

160

M I H I moleſtior lippitudo erat etiam quām antè fuerat, diſtare tamē hanc epiftolam malui, quām Gallo Fabio amatiſſimo vtriusque noſtrum nihil ad te literarum dare: nam pridie quidem quoquo modo potueram, ſcripcram ipſe cas literas, quarum vaticinationē falſam eſſe cupio. Huius autem epiftolz non ſolum ea cauſa eſt, ut nequis à me dies intermitatur quin dem ad te literas, led etiam hæc iuſtior, ut à te impetrarem ut ſumires ali-  
quid temporis: quo quia tibi pereſiguo opus eſt, explicari mihi tum conſilium plane vo-  
lo, ut penitus intelligam. Omnia ſunt integra nobis: nihil prætermiſſum eft quod non ha-  
beat ſapientem excutionem, non modo probabilem, nam certe tum peccau, cum imparatam iam Capuam, non ſolum ignauit delectus, fed etiam perfidiz ſuſpicionem fu-  
giens, accipere nolui: neque cum poſt conditions pacis per L. Caſarem & Fabium allata, <sup>1</sup>  
caui ne animum eius offendicerem, cui Pompeius iam armatus armato Cōſulatum trium-  
phumque deferrit. Nec vero hæc extreha quisquam potest iure reprehendere, quod mare non  
non tranſierim: id enim, etiā erat deliberationis, tamet obire non potui: neque enim ſuſpi-  
ciari debui, preſertim cum ex iſpicio Pompeii literis, idem quod video te exiitias, nō du-  
bitarim quin is Domitio ſubuenturus eſſet. Et plane quid rectum & quid faciendum mi-  
hi eſt, diutius cogitat malui. Primum igitur hæc, qualia tibi eſt videantur, etiā signifi-  
cata ſunt à te, tamet accuratius mihi perſcribas velim. Deinde aliquid etiam in posterū pro-  
ſpicias: ſingulisque quem me eſſe deceat, & vbi me plurimum prodeſſe reip. ſentias: eoz pa-  
cifica perſona defideretur, an in bellatore ſint omoia. Atque ego qui omnia officio menor,  
recordor tamen tua confilia: quibus ſi paruilem, triftitiam illorum temporum nō ſubiuſ-  
ſem. Memini quid mihi tum luſeris per Theophanē, per Culeonem, ſedque ſaepi inge-  
ſiſſum recordatus. Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertarum, quos tum abiecti-  
mus: ut non ſolum glorioſis conſiliis vtanum, ſed etiam paulo ſalubribus. Sed nihil pre-  
ſcribo: accurate velim perſcribas tuam ad me ſententiam. Volo etiam exquiras quam diligi-  
gentiſſime poteris (habebis autem per quos poſſis) quid Lentulus noſter, quid Domitius a-  
gar, quid acturus eſt: quemadmodum nunc ſe gerant: numquem accuſent, num cuiuſi fuſcē-  
iant: quod dico num cui, num Pompeio. Omnino culpat omnem Pompeius in Domi-  
tium conſert, quod iſpicio literis cognosci potest, quarum exemplum ad te mitto. Hæc igi-  
tur videbis, & quod ad te antè ſcripsi. Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit de con-  
cordia, velim mihi mittas.

C. MAGNVS. PROCO. S. D. MARCELLO L. LEN-

TVLO COSS. 161

E GO quod existimabam dispersos nos neque seip. velis, neque nobis praefidio esse posse, ideo ad L. Domitium litteras misi: prius ut ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, ut cohortis x i x, quae ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur, ut neque ipse sati firmus esset ad castra facienda, quod meas x i x, & suas x i i cohortis tribus in oppidis distributas haberet: nam partim Alboz, partim Sulmone collocauit: neque si veller, expedire posset. Nunc scitote me esse in summa sollicitudine: nam & tot & talis viros periculo obsidionis liberare cupio, neque subsidio ire possum, quod his duabus legionibus non puto esse committendum ut illuc ducantur. Ex quibus tamen non amplius x i i cohortis contrahe-re potui, quod Brundisium misi: neque Canusium sine praefidio, dum absens, putauit esse dimittendum. D. A. Elio mandaram, quod maiores copias sperabant nos habituros, ut si vobis videretur, alterter velutrum ad me veniret: alter in Siciliam cum ea copia quae Capuze & circum Capuanam comparalis, & cum iis militibus, quod Faustus legit, proficiere-tur, Domitius cum x i i suis cohortibus codic adiungetur, reliquæ copiæ omnes Brun-disium cogerentur, & inde nauibus Dyrrachium tranportarentur. Nunc cum hoc tempore nihilo magis ego quam vos subsidio Domitio ire possum, seu per montis explicare, no-est nobis committendum ut ad has x i i cohortes, quas dubio animo habeo, hostis ac-cedere, aut in itinere me consequi possit. Quamobrem placitum est mihi (etiam video C. Mar-celllo & ceteris nostri ordinis, qui hic sunt) ut Brundisium ducentem hanc copiam quæ me-cum habeo. Vos hortor, ut quocunque militum contrahere poteritis, contrahatis, & eodem Brundisium veniat quamprimum. Arma quae ad me missuri eratis, iis censio arme-tis milites, quos vobiscum habetis: quæ arma superabunt, ea si Brundisium iumentis depo-taritis, vehementer reip. profueritis. De hac re vobis nostros certiores faciatis. Ego ad P. Lu-pum & C. Coponium Pratt. misi, ut se nobis coniungent, & militum quod haberent, ad vos dederent. Vale.

C. MAGNVS. PROCO. S. D. L. DOMITIO PROCO. 162

MIROR te ad me nihil scribere, & potius ab aliis quam à te de rep. me certiore fies-i. Nos disiecta manu pates aduersario esse non possumus: contractis nostris copiis, spero nos & reip. & communis saluti prodeles posse. Quamobrem cum constituisse ut Vibullius mihi scriperat, ad V Id. Febr. Corfinio proficii cum exercitu & ad me venire, miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris: nam illa causa quæ mihi Vibullius scribit, leuis est; te propter moraturum esse quod-audierit Cesarem. Firmo progreßum in castrum Truen-tinum venisse: quanto enim magis appropinquare aduersarius copit, eo tibi celerius agen-dum erat ut te mecum coniungeres, prius quam Cesar aut tuum iter impeditre, aut me ab-te excludere posset. Quamobrem etiam te rogo & hortor, id quod non defiti superioribus literis à te petere, ut primo quoque die Luceriam aduenires antequam copiæ, quas instituit Cesar contrahere, in unum locum coactæ nos à nobis distrahant. Sed si erunt qui te impe-diant, ut illas suas seruent, æquum est me à te impetrare ut cohortes quae ex Piceno & Ca-merino venerunt, quæ fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.

C. MAGNVS. PROCO. S. D. L. DOMITIO PROCO. 163

LITERAS ab te M. Calenus ad me attulit ad x i i i Kaléd. Mart. in quibus literis scribis tibi in animo esse obseruare Cesarē: & si secundum mare ad me ire coepisset, confe-stim in Samnium ad me venturum: in autem ille circum isthac loca comoraretur, te ei, si proprius accessisset, resistere velle. Te animo magno & forti istam rem agere existimo: sed di-ligentius nobis est videndum ne distracti, pates esse aduersario non possumus, cum ille ma-gnas copias habeat, & maiores brevi habiturus sit: non enim pro tua prudenter debes illud solum animaduertere, quod in præsentia cohortis contra te habeat Cesar, sed quantas bre-vi tempore equitum & peditum copias costrukturæ sit. Cui rei testimonio sunt literæ, quas Bussensis ad me misit, in quibus scribit, id quod ab illis quoq; mihi scribitur; praefidia Cu-

riōnem, quæ in Umbria & Tuscia erant, contrahere, & ad Cæsarem iter facere. Quæ si copia in unum locum fuerint coactæ, ut pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat ut non pugnet, sed locis suis repugnet, hærebit: neque solus cum illa copia, tantâ multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum cas. Quamobrem te magnopere hortor, ut quamprimum cum omni copia hue venias. C o s s. constituerunt idem facere. Ego Metusilio ad te mandata dedi, Prouidendum esse ne dux legiones sine Picentinis cohortibus, in conspectum Cæsaris committerentur. Quamobrem nolito commoueri, si audieris me regredi, si forte Cæsar ad me veniet: cauedum enim puto esse, ne implicatus hæream: nam neque castra propter anni tempus & militum animos, facere possum: neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedire, ne receptum amittam: itaque non amplius X I I I t cohortes Luceriam cogit, C o s s. præsidia omnia deducturi sunt, aut in Siciliam ituri: nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus per rumpere nos posse: aut regiones eiusmodi obtinere, e quibus repugnemus, id quod neutrum nobis hoc tempore contingit, quod & magnam partem Italiz Cæsar occupauit, & nos non habemus exercitum tam amplum, neque tam magnum quam ille. Itaque nobis prouidendum est ut sumnam reip. rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me venias. Possumus etiam nunc temp. erigere, si communii consilio negotium admistrabimus: si distrahemur, infirmi erimus: mihi hoc constitutum est.

His literis scriptis, Sica à te mihi literas attulit & mandata. Quod me hortare ut illuc veniam, id me facere non arbitror posse, quod non magnopere iis legionibus confido.

C N. MAGNVS PRO COS. S. D. L. DOMITIO PRO COS. 164

LITERAE milii à te redditæ sunt ad X I I I Kal. Mart. in quibus scribis Cæsarem apud Corfinium castra posuisse. Quod putauis, & premonui, sit ut nec in praesentia comiterte tecum prælium velit, & omnibus copiis conductus, te impliet, ne ad me iter expeditum tibi sit, atque istas copias coniungere opinorum ciuium possis cum his legionibus, de quarum voluntate dubitamus: quo etiam magis tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntate satis confido, ut de omnibus fortunis reip. dimicem. Neque etiam qui ex delectibus conscripti sunt à C o s s. conuenierunt. Quare da operam si villa ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, hue quamprimum venias, ante quam omnes copias aduersarium conueniant. Neque enim celester ex delectibus hue homines conuenire possunt: & si conuenirent, quantum iis committendum sit, quod inter se ne noti sunt, contra veteranas legiones, non te præterit.

CICERO ATTICO SAL. 165

LIPPITVDINIS me signum tibi sit librari manus, & eadem causa breuitatis: et si nunc quidem quod scriberem, nihil erat: omnis expectatio nostra erat in nuntiis Brundisiniis, si nactus hic esset Cn. nostrum, spes dubia pacis: si ille ante transiisset, exitiosi belli metus. Sed videbas in quem hominem inciderit resp. quam acutum, quam vigilatem, quam paratum: Si mehercule neminem occiderit, nec cuiquam quidquam ademerit, ab iis qui cum maxime timuerant, maxime diligitur. multum mecum municipales homines loquentur, multum rusticani: nihil proorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. Et vide quam cœursa res est: illum, quo antea confidebant, metuunt: hunc amant, quem ti mebant. Id quantis nostris peccatis vitiisque euenerit, non possum sine molestia cogitare. Quæ autem impendere putarem, scriperam ad te, & iam tuas literas expectabam.

CICERO ATTICO SAL. 166

NON dubito quin odiosæ sint epistola: cotidianæ, cū presertim neque noua de te aliqua certiore te faciam, neque nouā denique iam reperiā scribendi villam sententiam: sed si dedita opera, cū causa nulla esset, tabellariorum ad te cum inanibus epistolis mittere, facere incepit: cunctibus vero domesticis prefertim, ut nihil ad te dem literarum, facere nō possum: & simul (crede mihi) requiesco paulum in his miseriis, cum quasi tecum loquor: cum vero tuas epistolas lego, multo etiam magis. Omnino intelligo, nullū fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse à literis, propterea quod neque Romæ

quidquam auditur noui, nec in his locis quæ à Brundisio absunt proprius quam tu bidou, aut triduum. Brundisi autem omne certamen vertitur huius primi temporis: qua quidem expectatione torqueor: sed omnia ante nos sciemus. Eode enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectū esse, Feralibus, quo Canusio mane Pompeium. Eo modo autem ambulat Cæsar, & his diariis militū celeritatem incitat, vt timet ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit. Dices, Quid igitur profici, qui anticipes eius rei molestia, quam triduo ficitur sit? Nihil equidem, sed ut supra dixi, tecum perlibeter loquor: & simul scito labore meum cōsilium illud quod sans iam fixum videbatur: non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui à te probabant. Quod enim vñquā eorum in rep. forte factum extitit aut quis ab iis villam rem laude dignam desiderat? Nec mchercule laudandos exstimo, qui trans mare bellii parandi causa profecti sunt: quanquā hæc ferenda non erant: video enim quanquā id bellum, & quam pestiferum futurum sit. Sed me mouet vñus vir, cuius fugietis, comes: remp. recuperantis, locus video esse debere. Tote in igitur senectiam mutas: Ego tecum, tanquam mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet? Simul & elicere cupio sententiam tuam: si manet, vt firmor sim: si mutata est, vt tibi assentiar. Omnino ad id de quo dubito, pertinet me scire quid Domitius acturus sit, quid noster Lentulus. De Domitio varia audimus, modo esse in Tiburti, aut Lepidi, quocum Lepidus accessusset ad urbem, quod item falsum video esse. At enim Lepidus, cum nescio quō penetrasse itineribus, occultandi sui causa, an maris apiscendi, ne id quidem scit: ignorat enim de filio. addit illud sanè molestum, pecuniam Domino fatis grandem, quam is Coreni habuerit, non esse redditam. De Lentulo autem nihil audimus. Hæc velim exquiras, ad meque perscribas.

## CICERO ATTICO SAL.

167

A D V Non. Mart. epistolas mihi tuas AEgypta reddidit. vnam veterem 1111 Kalcd. quam te scribis dedisse Pinario, quem non vidimus. in qua expectas quidnam præmissus agat Vibullius, qui omnino non est visus à Cæsare. In altera epistola video te scire ita esse, & quemadmodum redeundem recipiam Cæsarem, quem omnino vitare cogito, & aut Hemonius fugam tendis, commutationemque vite tua, quod tibi puto esse faciendum: & ignoras, Domitius cum fascibus sit: quod cum scies, facies vt sciamus. Habes ad primam epistolam. Scutæ sunt duæ prid. Kal. ambæ dare, quæ me conuellerunt de pristino statu, iam tamen vt ante ad te scripti, labantem. Nec me mouet quod scribis Ioui ipsi iniquum, nam periculum in virtusque iracundia positum est. Victoria autem ita incerta, vt deterior causa paratio mihi esse videatur. nec me C O S S. mouent, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur. Officii mei deliberatio cruciat, cruciatusque adhuc. Cautior certe est misio. Hoc nescio exstimator traiechio. Malo interdum multi me non caute, quam pauci non honeste fecisse existimant. De Lépido & Tullio quod queritis: illi vero non dubitant quin Cæsari præsto futuri, in Senatumque venturi sint. Recentissima tua est epistola Kalend. data, in qua optas congregatum, pacemque non desperas. Sed ego cum hac scribbam, nec illos congreguros, nec si congregati essent, Pompeium ad villam conditionem accessurum putabam. Quod videris non dubitare, si C O S S. transfiant, quid nos facere oporteat, certe transeunt: vel quomodo nunc est, transferunt. Sed memento præter Appium, neminem esse ferè, qui non ius habeat transiendi: nam aut cū imperio sunt, vt Pompeius, vt Scipio, Setenas, Faninius, Voconius, Sehilius. Ipsi c O S S. (quibus more maiorum concessum est vel omnes adire prouincias) aut Legati sunt corum: sed nihil desidero. Quid placeat tibi, & quid præmodum rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem: sed vt milii video, potero bisduo. Balbi Cornelii literarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, vt meam vicem dolores, cum me derideret videres.

## BALBVS CICERO NI IMP. S.

168

OB SECRO te Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuę virtutis, vt Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas. Credc mihi, Cæsarem non solum fore in tua potestate, sed etiam maximū beneficium

te sibi dedisse iudicaturū, si huc te reiici. Velim idem Pompeius faciat: qui vt adduci tali tempore ad villam conditionem possit, magis opto, quām spero. Sed cum confiterit, & timere deficerit, tum incipiam non desperare tuam auctoritatem plurimum valitūrā. Quod Lentulum cōs. meum voluīt hic remanere, Cæſari gratum, mihi vero gratissimū mediussidius fecisti: nam illum tanti facio, qui non Cæſarem magis diligam: qui si passus eset nos secum, vt confuereramus loqui, & non se totum etiam & etiam ab sermone nostro auertissem, minus miser quām sum, effem. Nam caue putes, hoc tempore plus me quē, quam cruciari, quod cum quām ante me diligo, video in Consularu quiduis potius esse, quām cōs. Quod si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæſare credere, & Cōsulatum reliquum Romæ peragere, incipiam sperare, etiam consilio Senatus, auctore te, illo relatōre, Pompeium & Cæſarem coniungi posse: quod si factum erit, me satis vixisse putabo. Factum Cæſaris de Corfinio totum me probaturum scito: & quomodo in huicmodi re cōmodius cadere non potuit quām vt res sine sanguine conficeret. Balbi mei, tuique aduentu delectatum te valde gaudeo. Is quæcunque tibi de Cæſare dixit, quæque Cæſar scripsit, scio te tibi probabit: quæcunque fortuna eius fuerit, bellissime scripsisse.

CICERO ATTICO SAL.

169

OMNIA mihi prouisa sunt præter occultum metū. Iter ad mare superum: hoc enim mati vti non possumus hoc tempore anni. Illuc autem, quō spectat animus & quō res vocat, quā veniam: Cedendum enim est celeriter, ne forte quā re impediatur atque alliger. Nec verò ille me ducit, qui videretur: quem ego hominē omnium iam ante cognoram, nunc vero etiam non. Non me igitur is ducit, sed sermo hominū, qui ad me à Philotimo scribitur. Is enim me ab optimatibus ait consindicat: quibus optimatibus, dii boni, qui nunc quomodo occurunt: quomodo autem se venditant Cæſari: Municipia vero decūm, nec simulant, vt cum de illo zgroto vota faciebant. Sed planè quidquid mihi hic Pistratus non fecerit, tam gratum est, quām si alium facere prohibuerit. Hunc propitium sperant: illum iratū putant. Quas fieri censes ex oppidis quos honores? Mētunt, inquires. Credo. Sed mēhercule illum magis. Huius insidiola clementia delectantur, illius iracundiam formidant. Iudices D C C C L qui precipue Cn. nostro delectabantur; ex quibus cordic aliquem video, nescio quas ciui Lucerias horrent. Itaque quero qui sint isti optimates, qui me exturbent Cumis, ipsi domi manent. Sed tamen quicunque sunt, nescio quās. Etī quā spe proficiscar video, coniungō quō me cum homine magis ad vastandam Italiam, quām ad vincendum parato, domum quem expecto. Et quidem cum hac scriberbam 1111 Non iam expectabam aliquid à Brundisi, quid autē aliquid quām inde turpiter fugiisse, & viator hic quā se referret & quō. Quod vbi audissem, si ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM LIB. IX.

CICERO ATTICO SAL.

170

ET SI cum tu has literas legeres, putabam fore vt scirem iam quid Brundisi attum esset (nam Canusio 1111 Kal. projectus erat Cn. hæc autem scribēbā prid. Non x 1111 die postquam ille Canusio mouerat) tamen angebar singularem horarū expectationē: mītabarque nihil allatum esse, ne rumoris quidem: nam erat mītum silentium. Sed hæc fortasse sunt, quæ tamen iam sciantur necesse est. Illud molestem, me adhuc inuestigare non posse vbi P. Lentulus noster sit, vbi Domitius. Quero autem, quo facilius scire possim quid acturi sunt, ita ut ad Pompeium: & si sunt, quā, quandō vti sunt. Vrbem quidem iam refertam esse optimatum audio: Sosium & Lupum, quos Cn. noster antē pībat Brundisium venturos esse quām se, ius dicere. Hinc vero vulgo vadunt, etiam M. Le-

pidus, quocum diem cōterere solebā, cras cogitabat: nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus: deinde Arpinū volcamus: inde iter quā maxime ~~admodum~~ efficit ad mare superū, remotis sive omnino missis litoribus: audio enim bonis viris (qui & nunc, & saepe ante magno praefidio recipuerunt) hanc cunctationem nostram nō probari, multaque in me & feuer in conuiuis tempestius quidem disputari. Cedamus igitur, & vt boni ciues sumus, bellū Italiz terra matrē inferamus, & odia improborum rursus in nos quae iam extincta erant, incendamus: & Luccii cōsilia, ac Theophani pericquiamur: nam Scipio vel in Syriam proficisciuit sorte, vel cū genero honeste, vel Caiarem fugit iratū. Martelli quidem, nisi gladium Caesaris timuissent, manerent. Appius & codē timore, & inimicitarum recentium, & tamē præter hunc & C. Cassium reliqui Legati. Faustus proquaestor ego vñus cui vtrunq; licet. Frater accederet, quem socium huius fortunæ esse non erat æquum: cui magis etiam Caesar irascetur: sed impetrare nō possum vt mangat. Dabitus hoc Pompeio, quod debemus: nam me quidem alius nemo mouet, non sermo bonorum, qui nulli sunt: non causa, quæ acta timide est, agetur improbe. vni vni hoc damus, ne id quidem roganti, nec suam causam, vt ait, agenti, sed publicā. Tu quid cogites de transiuncto in Epeirum, scire sane velim.

## C I C E R O A T T I C O S A L.

171

ET SI Non. Mart. die tuo (vt opinor) expectabam epistolam à te longiorem, tamen ad eam ipsam breuem, quam 111 Non. ~~in~~ ~~in~~ ~~in~~ dedisti, rescribendum putavi. Gaudere ait te, mansisse me, & scribis in sententiā te manere: mihi autem superioribus literis videbatur nō dubitare quin cederet ita si & Cn. bene comitatus concendisset, & cōss̄. transiissent. Vtrum hoc tu parum cōmeminist̄: ego nō satis intellexiā mutasti sententiā? Sed aut ex epistola qua exspecto, perspiciam quid sentias, aut alias abs te literas eliciam. Brundisio nihil dūlum erat allatum. O rem difficultem, planèque perdīta! quām nihil prætermittis in consilio dando! quām nihil tamē, quod tibi ip̄s placat, explicas! Nō esse me vñā cum Pompeio gaudeas: ac proponis, quām fit turpe me adesse, cum quid de illo detrahatur, nefas esse approbat. Certe, cōtra igitur Diū, inquis, auercentur. Quid ergo fiet, si in altero seculis est, in altero supplicium impetrabis, inquis, a Cæsare vt tibi abesse licet, & esse otioso. Supplicandum igitur miserum. Quid si nō impetraro? Et de triumpho erit, inquis, integrū. Quid si hoc ipso premari accipiam? quid fedius? negem: repudiari ē totum, magis etiam quām olim in xx viratu putabit. ac solet, cum se purgat, in me cōserre omnem illorum temporum culpatum: ita me sibi fuisse inimicum, vt ne honorem quidem à se accipere vellem: quāto nunc hoc idem accipiet asperius: tanto scilicet, quanto & honor hic illo est amplior, & ipse robustior. Nā quod negas te dubitare quin magna in offensa sim apud Pōprium hoc tempore, non video causam cur ita sit, hoc quidē tempore. Qui enim amissus Corfinio deinceps certiorē me sui consilii fecit: si queretur Brundisium me non venisse, cum inter me & Brundisium Cæsar esset? Deinde etiam seit ~~in~~ ~~in~~ ~~in~~ esse in ea causa querelam suam. Me putat de municipiorum imbecilitate, de dilectib; de pace, de vrbe, de pecunia, de Piceno occupādo plus vidisse quām se: si cū potuero, non venero, tum erit inimicus. Quid ego non eo verco, ne mihi noccat (Quid enim facies? ~~in~~ ~~in~~) sed quia ingrati animi crimen horreo. Cōhōdō igitur aduentum nostrum illi, quoquo tempore fuit, vt scribis, ~~in~~ ~~in~~ ~~in~~ fore. Nam quod ait, si hic temperantius egerit, consideratius cōsilium te daturum; quā hic potest se gerere non perdite, vita, mores, ante facta, ratio suscepit negotiū, locū, vires bonorum, aut etiam constantia? Viximus epistolam tuam legeram, cum ad me curen̄ ad illum Posthumus Curtius venit. nihil nisi classis loquens & exercitus: eripiebat Hispanias: tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: contestim in Græciam persequebantur. Eundum igitur est, nec tam vt belli, quām vt fugaz locii sumus: nec enim ferre potero sermones illorum quicunque sunt: non sunt enim certe, vt appellātur, boni, sed tamen id ipsum scire cupio quid loquuntur. Idque vt exquiras, mēque certiorē facias, te vehementer rogo. Nos adhuc quid Brundisiū actum esset, plancē nesciebamus: cum sciēmus, tum ex re & ex tempore consilium capiemus, sed vitemus tuo.

CICERO ATTICO SAL.

172

D O M I T I I filius transiit Formias V 111 Id. currens ad matrem Neapolim, mihi que  
nunciari iussit, patrem ad vibem esse, cum de eo curiose quæsisset seruus noster Dionylius.  
Nos autem audieramus cum prosectorum suuc ad Pompeium, sive in Hispaniam; id cuius-  
modi sit, scire sane velim: nam ad id quod delibero pertinet. Si ille certe nusquam discessit,  
intelliger Cn. non esse faciles nobis ex Italia exitus, cum ea tota armis praefidissime te-  
neatur, hyeme presertim. Nam si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret v-  
tinunc nihil potest nisi supero traximus, quo iter interclusum est. Quæres igitur & de Do-  
mitio & de Lentulo. A Brundisio nulla adhuc fama venerat, & erat hic dies V 11 Id. quo  
dic suspicabamur, aut pridie Brundisium venisse Cesare: nam Kal. Arpis transferat: sed si  
Postumum audire velles, persecuturus erat Cn. Transiisse enim iam putabat coniectura tem-  
pestatum ac digerum. Ego nautes cum non putabam habiturum. Ille confidebat, & eo mag-  
gis, quod audita nauiculariis hominis liberalitas esset: sed tota res Brundisina iam quomo-  
do habeat se, diutius nescire non possum. Ego eti tardi requiesco, quia diu aut ad te scri-  
bo, aut tuas literas lego, tamen & ipse ego argumento epistolaru, & tibi idem accidere cer-  
to scio: quæ enim soluto animo familiariter scribi solent, ea te poribus his excluduntur: quæ  
autem sunt horum temporum, ea iam contrariumus. Sed tamen ne me totum aggritudini de-  
dam, sumpsi mihi quædam tanquam *litteras*, quæ & politice sunt, & temporum horum, vt  
& abducam animum ab querelis: & in eo ipso, de quo agitur, exercear: ex sunt eiusmodi.  
Et *litteras* à te *tertiali* *negotiorum*, *negotiorum* & ceteris, à te *tertiis* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, &  
sunt *litteras* *de* *tertiali* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de* *tertiis* *negotiorum*, & *litteras* *de*  
*tertiali* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de* *tertiis* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de*  
*tertiali* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de* *tertiis* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de*  
*tertiali* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de* *tertiis* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de*  
*tertiali* *negotiorum* *causis* *negotiorum*, & *litteras* *de* *tertiis* *negotiorum* *causis* *negotiorum*.  
In his ego me cōsultationibus exercens & differens in utrunque partem, tum Graecum tum  
Latine, & abduco parumper animum à molestii, & nō ad hanc delibero. Sed vero ne ti-  
bi *accipere* sim. Si enim recte ambulauerit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem  
incidit.

CICERO ATTICO SAL.

173

N A T A L I die tuo scripti epistolam ad me plenam consili, summi que cum bene-  
volentia, tum etiam prudenter: eam mihi Philotimus postridie quam à te accepserat, redi-  
dit. Sunt ista quidem quæ disputas, difficultima. iter ad superum, nauigatio infero discessus  
Arpinū, ne hunc fugisse: manio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamus: sed mis-  
erius nihil, quam ea videre, quæ tamē iam, iam inquā videnda erunt. Fuit apud me Postu-  
mus, scripti ad te quam grauis. Venit ad me etiam Q. Fusius, quo vultu, quo spiritu pro-  
perans Brundisium: scelus accusans Pompeii, levitatem & stultitiam Senatus. Hæc qui in  
mea villa non feram, cur tum in Curia potero ferre? Age finge me, quanvis *scriptor* hæc  
ferentem. Quid illa: dic M. Tulli, quem habebunt exitum? Et omitta causam reip. quam  
ego amissam puto cum vulneribus suis, tum medicamentis his quæ parantur. De Pom-  
peo quid agam: et cù planè (quid enim hoc negem?) suscenxi: semper enim causa evenerit  
magis mouent, quam ipsa cuncta. Hæc igitur mala (quibus maiora esse quæ possunt) con-  
siderans, vel potius iudicans eius opera accidisse & culpa, inimicior eram huic, quam ipsi  
Cesari. Ut maiores nostri funebri diem esse voluerunt Alieniſis pugnæ quam urbis ca-  
pta, quod hoc malum ex illo: itaq; alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus:  
sic ego dec̄ annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiā annus, qui nos hoc nō de-  
fendente, ne dic̄ grauius, afflixerat, præsentisq; teoris cognoscēs temeritatē, ignauia, negli-  
gentiam, suscenſib; Sed ea iam mihi excederunt: beneficia eiusdē cogito, cogito etiam di-  
gnitatem. intelligo serius equidem, quam vellem propter epistolas sermonesque Balbi: sed

video planè nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quām vt hūc occideret. Eo igitur si quis apud Homerum, cū ei & mater & dea dixisset, nō habet dēfēctū tērētū mīlētū, mīlētū, mātri ipse respondit, nō habet tērētū, tērētū ex ēq̄ iāmōs iāmōs tērētū tērētū. Quid si non vīmīpī solum, sed etiam vīmīpī? Addē tali viro, talement caufam agenti, & ego vero hēc officia mercanda vita, puto. Optimaribus vero tuis nihil cōfido, nihil iam ne inferno quidem: video vt se huic dent, vt daturi sint. Quidquam tu illa putas fuisse de valetudine decretā municipiorum, pr̄ his de victoria gratulationib⁹? Timent, inquit. At ipsi tū se timuisse dicunt. Sed videamus quid actum sit Brundisi⁹, ex eo fortasse mea confilia nascētur, aliquid liter⁹. Nos adhuc Brundisi⁹ nihil. Roma script⁹ Balbus, putare iam Lentulum & o.s. tramisisse me, nec eum à minore Balbo conuentum, quid⁹ is hoc iam Canusii audisset: inde ad se eum scripsisse, cohortisque sex, quaz Albæ fuissent, ad Curtium Minutis transisse. Id Cæsarem ad se scripsisse, & brevi tempore cum ad vr̄bem futurum. Ergo vt̄r tuo consilio, neque me in Arpinum hoc tempore abdare: cīcōnī meo togam puram cum dare Arpini vellem, hanc eram ipsam excusationē relietur ad Cæsarem. Sed fortasse in eo ipso offendetur: cur non Romz potius? Sed tamen si est conueniendus, hic potissimum: tū reliqua videbimus, id est & quid & quā & quando. Domitius, vt audio, in Cosano est quidem, vt aiunt, paratus ad nauigandum. Si in Hispaniā, non probos: si ad Cn. Laudo, quouis potius certe, quām vt Curtium videat, quem ego patronus alpicere non possum. Quid alios: sed opinor quiescamus, ne nostram culpam coarguamus: qui dum vr̄bem, id est patriam amamus, dūmque rē conuenturam putamus, ita nos gessimus, vt planē interclusi captiique simus.

Scripta iam epistola, Capua liter⁹ sunt allata, hoc exemplo. Pompeius mare transiit cū omnibus militibus quos fecum habuit: hic numerus est hominū milia triginta, & cōss. duo & Trib. pl. & Senatores qui fuerunt cum eo omnes cum vxoribus & liberis: consen-disse dicitur ad 1111 Non. Mart. Ex ea die fuere Septentrio[n]es venti: nauis quibus vſus non est, omnis aut præcidisse aut incendisse dicunt. De hac re liter⁹ L. Metello Trib. pl. Ca-puam allata sunt ab Clodia socrū, quaz ipsa transiit. Ante sollicitus eram & angebar, sicut res scilicet ipsa cogebat, cum consilio explicare nihil possem: nunc autem postquam Pom-peiu & cōss. ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore. Non sum inquām (mihi crede) mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse videor, mēne non primum cum Pompeio qualicunque consilio vſum, deinde cum bonis eſe, quāuis causa temere instituta p̄fēctim cum ii ipsi, quorū ego causa timidius me fortun-nz committebam, vxor, filia, Cicerones pueri, me illud sequi mallem, hoc turpe & me indi-gnum putarent. Nam Q. quidē frater quidquid mihi placaret, id rectum se putare aiebat, id animo æquissimo sequebatur. Tuas nunc epistolas à primo lego. Haec me paulū recreant: primaz monent & rogant, ne me prolixiā proximaz gaudere te ostendunt, me remansisse: eas cum lego, minus mihi turpis videor, sed tandiu dum lego. Deinde emergit rufsum do-lor, & ~~anxipē~~ ~~cōfēctū~~. Quamobrem obficio te mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut mi-nue saltēt aut consolatione, aut consilio, aut quacunque re potes. Quid tu autem possis: aut quid homo quisquam vix iam deus. Evidēt illud molior quod tu mones, speralque fieri posse, vt mihi Cæsar concedat vt absim, cum aliquid in Senatu contra Cn. agatur, sed timco ne non impetrem. Venit ab eo Furnius, vt quidem scias quos sequamur, Q. Titiniū filium cum Cæsare esse nunciat, sed illum maiores mihi gratias agere quām vellem: quid autem me roget: paucis ille quidem verbis, sed ~~et~~ ~~et~~ cognoscet ex ipius epistola. Me mi-sferum, quid tu non valueris: vñā fuisse, consilium certe non defuisse, ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ sed acta ne agamus, reliqua paremus. Me adhuc hēc duo fefellerunt: initio spes compo-sitionis, qua facta volebam, vt populari, vt ea sollicitudine senectutē nostram liberari: deinde bellum crudelē & exitiosum fūscipi à Pompeio intelligebam. Melioris mediusfidius ciuis & viri putabam, quouis supplicio affici, quām illi crudelitati nō solum p̄fēcte, verum etiam interesse. videtur vel mori satius fuisse, quām esse cum iis. Ad hēc igitur cogita mi Attice, vel potius ex cogita: quemuis euentum fortius feram quām hunc dolorem.

CAESAR IMP. S.D. CICERONI IMP.

174

CVM Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui, neque audire me commodo potuisse eti proferarem: atque etsi in itinere praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui quin & scriberem ad te & illum mitterem, gratiasque agerem. et si hoc & feci sapere, & sapienti mihi facturus videor, ita de me mereris. In primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te ibi videam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope & omnium rerum vti possim. Ad propositum reuertar: festinationi metu & temeritatique literarum ignoscens. Reliqua ex Furnio cognosces.

## CICERO ATTICO SAL.

175

SCRIPSE R A M ad te epistola quam darem IIII Id. sed eo die is cui dare volueram, non est profectus: venit autem eo ipso die ille Celeripes, quem Saluius dixerat: attulit vberimas tuas literas, quaz mihi quiddam, quo stare, instillarunt. Recreatum enim me non quoce dicere, sed planè nō possum effici. Ego enim video, nec duobus iis viuis, nec hoc uno, nos vñquam temp. habituros: ita neque de otio nostro spero iam, nec ullam acerbitudinem tecuso. Vnum illud extimescebam, nequid turpiter facerem, vel dicam, iam effecissem. Sic ergo habeo: salutaris te mihi literas misse, neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicari, nihil perfectius: sed etiam illas breuiores, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium factumque nostrum ab Sexto probari: pergratiumque mihi tu fecisti, a quo diligi me, & quid rectum sit, intelligi scio. Longior vero epistola non me solum, sed meos omnes aegritudine leuauit. Itaque utr tuo consilio, & ero in Formiano, ne aut ad urbem, aut mea animaduertatur: aut si nec hinc nec illic cum video, de uitatu se a me putet. Quod autem suades ut ab eo petam ut mihi concedat ut idem tribuam Pompeio quod ipsi tribuerim, id me impudenter agere intelliges ex literis Balbi & Oppii, quarum exempla tibi missi: misi etiam Caesaris ad eos fana mente scriptas. quomodo in tanta infania: sin mihi Caesar hoc non concedat, video tibi placere illud, me de pace suscipere, in quo non extimesco periculum. cum enim tot impendeant, cur non honestissimo depacisci velim? Sed vereor ne Pompeio quid oneris imponam, ut ne pessima res nos in torqueat: mirandum enim in modum Cn. noster Sullani regni similitudinem concipiuit, nihil ille inquam minus obscurus tulit. Cum hocne igitur, inquis, esse vis: beneficium sequor (mihi crede) non causam, ut in Milone, ut in. Sed haec tenus. Causa igitur non bona est: immo opeima, sed agetur (momento) fecundissime. Primum consilium est, suffocare urbem & Italiam famam: deinde agros vastare, vtere, pecunias locupletare non abstineret: sed cum eadem metuam ab hac parte, si illinc beneficium non sit, rectius putem quid quis domi perperi. Sed ita meruisse illum de me puto, ut iugescas crimen subire non audeam, quanquam a te eius quoque rei iusta defensio est explicita. De triumpho tibi assentior, que quidem torum facile & libenter abiecero: egregie probo fore, ut dum agamus, obrepas. Si modo, inquis, satis ille erit firmus. Est firmior etiam quam putabamus. De isto licet bene spores: promitto tibi, si valebit, tegulare illum in Italia nullam relicturum. Tene igitur socio: Contra me hercule meum iudicium, & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adiuuem, quam ut hanc ne videam, cupio discedere. Noli enim putare tolerabilis horum insanias, nec vniuersi modi fore: et si quid te horum fugit, legibus, iudiciis, Senatu sublati, libidines, audacias, sumptus, egelates tot elegantissorum hominum, nec priuatas posse res, nec rempu sustinere. Abcamus igitur inde qualibet nauigatione, et si id quidem, ut tibi videbitur: sed certe abcamus. Sciemus enim id quod expectas, quid Brundisi actum sit. Boni viris, quod ait probari quaz adhuc fecerimus, & curique ab iis non profectus, valde gaudeo, si est nunc vllus gaudendi locus. De Lentulo inuestigabo diligenter: id mandau Philotimo homini fortis ac nimis optimati. Extremum est, ut ibi argumentum ad scribendum forassem iam desit. Nec enim alia de te nunc vlla scribi potest, & de hac quid iam amplius inueniri potest? Sed quoniam & ingeniu suppediat (dico mehercule ut sentio) & amor, quo & meum ingenium incitatur, perge, ut facis, & scribe quan-

tum potes. In Epeirum quod me non inuitas comitem, non molestum: subi a scor, sed vale. Nam ut tibi ambulandum, vngendum, sic mihi dormiendum. Etenim literæ tuæ mihi somnum attulerunt.

## CICERO ATTICO SAL:

176

CENANTIBVS prid. Id nobis ac noctu quidē, Stacius à te epistolam breuem attulit. De L. Torquato quid modo queris? non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est. Alios multos de Recatinorum corona, quod scribis, moleste fero. In agro Sabino sementem fieri proscriptionis, Senatores multos esse Romæ, nos quoque audieramus. Ecquid potes dicere cur exieris? In his locis opinio est, conjectura magis quam nuntio aut literis, Cæsare Formiū ad x i Kal. April. fore. Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentor, cui dicarem,

*Miror nunc t' aq̄ ia, nunc t' aq̄ atq̄ r̄t̄d̄p̄m̄ aq̄ ab̄is;*

Nullam rem vñquam difficultorem cogitavi, sed cogito tamen: nec ero (vt in malis) imp̄ratus. Sed cura ut valeas: puto enim diem tuum heri fuisse.

## CAESAR OPPIO CORNELIO S.

177

GAVDEO mehercule vos significare literis, quam valde probetis ea quæ apud Corfinium sunt gesta: consilio vestro vtar libenter, & hoc libertius, quod mea sponte facere constitueram vt quamlenissimum me præberem, & Pompeiū darem operam vt recociliarem. Tētemus hoc modo, si possumus omnium voluntates recuperare, & diurna victoria vti, quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt: neque victoriā diutius tene-re, præter vnum L. Sullam, quem imitatorus non sum. Hæc noua sit ratio vincendi, vt misericordia & liberalitate nos muniamus. Id enim quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniūt, & multa reperi possunt. De his rebus rogo vos, vt cogitationem suscipiat. Cn. Magium Pompeiū præfuctum deprehendi scilicet, & meo instituto vsus sum, & cum statim missum feci: iam duo præfecti fabtū Pompeiī in meam potestatem venerunt, & à me missi sunt: si volent grati esse, debebūt Pompeium hortari, vt malit mihi esse amicus, quam iis qui & illi & mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est vt repub. in hunc statum perueniret.

## BALVS CICERONI IMP. SAL:

178

S V B posteaquam literas communis cum Oppio ad te dedi, ab Cæsare epistolam acce-pi, cuius exemplum tibi misi, ex quibus perspicere poteris quam cupiat concordiam, & Pō- peium reconciliare, & quam remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire, vt debeo, valde gaudeo. De te & tua fide & pietate idem mehercule mihi Cicero sentio quod tu, non posse tuam famam & officium sustinere vt contra eum arma feras, à quo tantum beneficium te accepisse pratrices. Cæsarem hoc idem probatur, exploratum (pro singulari eius humanitate) habeo: cīque cumulariſſime ſatiſfacturum te certe ſcio, cum nullam partē belli contra eum ſufciias, neque ſocius eius aduersarii fueris: atque hoc non ſolum in te tali & tanto viro ſatis habebit, ſed etiam mihi ipſe ſua conſeffit voluntate, ne in iis caſtris, eſtem quæ cōtra Lentulum aut Pompeium futura eſſent, quorum beneficia maxima habe-rem: ſibi queſiſ ſatis eſſe dixit, ſi togatus urbana officia ſibi præſtitifsem, que etiam illis ſi ve-lem præſtare, poſſem. Itaque nūc Romæ omnia negotia Lentuli procura, ſuflineo, meim-que officium, fidem, pietatem iis præſto: ſed mehercule rurſus tam abiectam compositionis ſpem non desperatillam eſſe puto, quoniam Cæſar eſt ea mente qua optare debemus. Hac re mihi placet, ſi tibi viderur, te ad eum ſcribere, & ab eo præſidium petere, vt petiſti à Pompeio me quidem approbatē temporibus Milonianis. Præfabo (ſi Cæsarem bene noui) cum prius tuę dignitatem quam ſuę veſtitatis ratione habiturum. Hæc quam prudenter tibi ſcribam, ne cito: ſed illud certe ſcio, me ab singulari amore, benevolentia quæcunque ſcribo tibi ſcribere, quod te (ita incolumi Cæſare moriar) tanti facio, vt paucos zeque ac te charos habeam. De hac re cum aliquid conſtitueris, velim mihi ſcribas: nam non mediocriter la-boro utrique ut vis, tuam benevolentiam præſtare poſſis, quam mehercule te præſtaturum conſido. Fac valeas.

BALBUS ET OPPIVS S. D. M. CICERONI.

179

NE DVM hominum humilium, vt nos sumus, sed etiam amplissimum virorum consilia ex euentu, nō ex voluntate à plerisque probari solent: tame freri tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudēs, at certe ab optima fide & optimo animo proficiscetur. Nos nīsi id quod nostro iudicio Cæsarē facere oportere existimamus, vt simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratia sux & Pompeii, id eum facturū ex ipso cognouissimus, te hortari desinetemus vt velles his rebus interesse, quo facilius & maiore cū dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret: aut si ex contrario putaremus Cæsarem id non facturum, & eum velle cum Pompeio bellum gerere sciremus, nunquam tibi suaderemus cōtra hominem optime de te meriti arma ferres, sicuti te semper orauimus ne contra Cæsarem pugnares: sed cum etiamnum quid facturus Cæsar sit, magis opinari, quām scire nō possumus, nīsi hoc: non videti eam tuam esse dignitatem neque fidem omnibus cognitam, vt contra alterutrum, cum vtrique sis maxime necessarius, arma feras: & hoc nō dubitamus quin Cæsar pro sua humanitate maxime sit probaturus. Nos tamen (si tibi videbitur) ad Cæsarem scribemus, vt nos certiores faciat quid in hac re acturus sit: à quo si erit nobis rescriptum, statim quāz sentiēmus, ad te scribemus: & tibi fidem faciemus nos ea suadere que nobis videntur tuz dignitati, nō Cæsaris actioni esse utilissima. Et hoc Cæsarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

CICERO ATTICO SAL.

180

TRIS epistolas tuas accepi postridie Id. erant autem illæ tertiz prid. Id. date signit antiquissimæ cuique primum respondebo. Assentio tibi, vt in Formiano potissimum commoverer, & iam de supero mari perlabor, vt antea ad te scripsi, & quoniam modo possem voluntate eius nullam reip. partē attingere. Quod laudas, quia obliuisci me scripsi ante facta & delicta nostri amici: ego vero ita facio: quin ea ipsa quāz à te commemorantur, secus ab eo in meipsum facta esse non memini: tanto plus apud me valere beneficij gratiam, quām iniuriaz dolorem volo. Faciamus igitur vt cœles, colligamusque nos. festiuo enim simili virus decurro, atque cursu ~~meus~~ meas commentarii non defino. sed sunt quodam carum perdifficiles ad iudicandum. De optimatibus, sit fane ita vt vis: sed nō illud ~~animes~~ ~~in~~ ~~noe~~ ~~3q.~~. Titinii filius apud Cæsarem est. Quod autē quasi vereri videris ne mihi tua consilia dispercent, me vero nihil delectat aliud nisi consilii & literæ tuz: quare fac vt ostendis, ne destiteris ad me quidquid tibi in mente veneris, scribere: mihi nihil potest esse gratius. Venio ad alteram nunc epistolam. Recte non credis de numero militu, ipso dimidio plus scripsit Clodia: falsum etiā de corruptis nauibus. Quod cōs. laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo, dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidē, ego meditabar: itaque postea Demetrii librum de cōcordia tibi remisi, & Philotimo dedit. Nec vero dubito quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur à fame: & me tamen dolco non interesse huic bello, in quo tanta vis foderis futura est, vt cū parentis non alere nefariū sit, nostri principes antiquissimam & sanctissimam parentem patriā, fame necandam putent: atque hoc non opinione timco, sed interfui sermonibus. Omnis hæc clas-, sis, Alexandria, Colchis, Tyro, Sidone, Andro, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Bi- zantio, Lefbo, Smyrna, Miletio, Coo, ad intercludendos cōmeatus Italiz, & ad occupandas frumentarias prouincias comparatur, at quām venit iratus & us quidem maxime qui tam maxime saluam volebāt, quasi relictus ab iis quos reliquit. Itaque mihi dubitanti quid me facere par sit, permagnum pondus assert bencuulentia erga illum: qua dépta, petre melius & esset in patria, quām patriā scrando cuertere. De Septentrione planè ita est. Metuo ne venient Epeirus: sed quem tu locum Græciz non direptum iri putas: prædicat enim palam & militibus ostendit, ē largitione ipsa superiorē, quām hūc fore. Illud me præclare admones, cū illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum gratuitate potius loquar: planè sic faciendum. Arpinum cū cum conuenero, cogito, ne forte aut absim cum veniet, aut cursus, hic illuc via deterrima. Bibulum (vt scribis) audio venisse, & redisse prid. Id. Philotimum,

vt aliis epistola tertia expectabas. At ille Id. à me profectus est: eo serius ad tuam illam epistolam, cui ego statim rescripsoram, redditæ sunt meæ literæ. De Domitio ut scribis, ira opinor esse, vt & in Cœfano sit, & consilium eius ignoretur. Iste omniū turpissimus & fodiensissimus, qui Cœfularia comitia à Prætorie ait haberi posse, est ille qui semper in repub. fuit: itaque nimis hoc illud est quod Cæsar scribit in ea epistola cuius exemplum ad te misi, & se velle vti C O N S I L I O meo. Age esto hoc communè. & G R A T I A. incepsum id quidem: sed puto hoc simulat ad quasdam Senatorum sententias. D I O N I T A T E, fortasse sententia Confularis. illud extremū est, O P E O M N I V M R E R V M: id ego suspicari ceipi, tū ex tuis literis, aur hoc ipsum esse, aur non multo secus: nam permagni eius interest rem ad interregnū non venire. Id assequitur, si per Prætores C O S s. creantur. Nos autem in libris habemus non modo C O S s. à Prætor. sed ne Prætores quidē creari ius esse: idque factum esse misquam. C O S s. eo nō esse ius, quod maius imperium à minore rogari non sit ius: Prætores autem, cū ita rogentur vt Collegz C O S s. sint, quorum est maius imperium, aberit nō longe quin hoc à me decerni velit: neque sit cōtentus Galba, Scaviola, Cæffio, Antonio, *μαργαρίτης θεός*. Sed quanta tempes̄ta impendat, vides: qui transierint Senatores scribam ad te, cum certum habeo. De re frumentaria recte intelligis, quia nullo modo administrari sine vectigalibus potest: nec sine causa & eos qui cū illum sunt omnia postulant, & bel lū nefarium times. Trebatum nostrum, etsi (ut scribis) nihil bene sperat, ramen videre sanè velim, quem fae horteris vt properet: opportune enim ad me ante adiūcū Cæfaris venerit. De Lanuino statim vt audiui, Phameam mortuum optauit, si modo esset futura resp. vt id aliquis emeret meorum: neque tamen de te, qui maxime meus, cogitauit. Sciebam enim de quarto anno, & quantum in solo solete querere: neque solum Romz, sed etiā Deli tuum digamma videram. Veruntamen ego illud, quanquā est bellum, minoris aestimo, quād aesti mabantur Marcellino C O S. cum ego istos hortulos propter domum Antii quam tū habebam, iucundiores mihi fore putabam, & minore impensa quam si Tusculanū refecisset: volui N S Q. egi, per prædem ille daret, Antii cū haberet venale: noluit. Sed nunc omnia ista iaceat puto propter nummorum caritatem: mihi quidem erit apertissimum, vel nobis potius, si tu emeris. Sed eius dementias caue contemnas: valde est venustum, quanquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Respondi epistolis tribus, sed expecto tuas: nam inc adhuc tuæ literæ sustentantur. Dat. Liberalibus.

CICERO ATTICO S A L:

181

N I H I L habebam quod scriberem: neque enim noui quidquam audierā, & ad tuas omnes rescripsera pridie: sed cum me agitudo non solum somno priuaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateteret, tecū vt quasi loquerer, (in quo uno acquiesco) hoc nefcio quid nullo argumento proposito scribere institui. Amens mihi fusile videoꝝ à principio, & me vñā hæc res torquet, quod non omnibus in rebus labentē, vel potius ruentet Pompeium rāquam vnu manipularis secutus sim. Vidi hominē x i t i t Kal. Feb. plenum formidinis: illo ipso die sensi quid ageret. Nūquam mihi postea placuit, nec vñquam aliud in alio peccate defitit: nihil interim ad me scire, nihil nūl fugam cogitare. Quid queris? Sicut & nō alienantur immundæ, infusaꝝ, indecoraꝝ: sic me illius fugæ negligenter, que deformitas auerrit ab amore: nihil enim dignum faciebat quare eius fugæ comitem, me adiungarem. Nunc emergit amor, nunc desideriū ferre non possum, nunc mihi nihil libri, nihil literæ, nihil doctrina prodest. Itaque dies & noctes rāquam auis illa mare prospeto, euolare cupio, do, do penas temeritatis meæ: etiā quæ fuit illa temeritas: quid feci non consideratissem? Si enim nihil præter fugam quereretur, fugissem libenter illume: sed genus belli crudelissimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum sit, perhorru. Quæ minæ municipiis quæ nominatum viris bonis quæ denique omnibus qui remansissent: quād cræbro illud, Sulla poruit, ego non potero: Mihi autē hæserunt illa. Male Tarquinius qui Porsenam, qui Octavianum Maniliū cōtra patriam: impie Coriolanus qui auxiliū petuit à Volscis. Recte Themistocles, qui moti maluit: nefarius Hippias Pisistrati si lius, qui in Marathonia pugna eccidit, arma contra partiam fecerit. At Sulla, at Marius, at

X. iii.

Cinna recte, immo iure fortasse: sed quid eorum victoria crudelius: quid funestius: Huius belli genus fugi, & eo magis quod crudeliora etiam cogitari & patati videbamus. Me, quem non nulli conieruntotem istius urbis, quem patentē esse dixerunt, Getarum & Armeniorum & Colchorum copias ad eam adducere. me meis ciuibus famem, valetatē inferte Italiz. hunc primum moralē esse, deinde etiam multis modis posse extingui cogitabam. Vrbem autem & populum nostrum seruandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam: & tamen spes quadam me obtentabat, forte ut aliquid conueniret potius, quam aut hic tantum sceleris, aut ille rantū flagitii admitteret. Alia res nunc tota est, alia mea. Sol (vt est in tua quadam epistola) excidisse mihi ē mundo videtur. Ut agroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non desisti. Haec me sefellerunt, & (ut verum loquar) etas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium domesticarum me rerum delectatione molitur. Nunc si sine periculo experiundū erit, experiar certe, vt hinc auolem. Ante oportuit forrassē, sed ea que scripsi me tardarunt, & auctoritas maxime traxit: nam cū ad hunc locum venissē, euolui volumē epistolarum tuarū, quod ego sub signo habeo seruōque diligenterissime. Erat igitur in ea quam x Kal. Febr. dederas hoc modo, SED VI DE AMVS ET CN. QVID AGAT, ET ILLIVS RATIONES QVOR-SVM FLEVANT. QVOD SI ISTE ITALIAM RELINQVET, FACIET OMNINO MALE, ET (VT EGO AESTIMO) dñm. SED TVM DEMVM CONSILIA NOSTRA COMMVTANDA ERVNT. Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus. Deinde VIII Kal. Feb. tātummodo, CN. NOSTER NE VT VRBEM RELIQVIT, SIC ITALIAM RELIN-<sub>q</sub>, QVAT. Eodē die das alteras literas, quibus mihi cōsulēti planissime respōdes. est enim sic, SED VENIO AD CONSULTATIONEM, TVNC SI CN. ITALIA CE-DIT, IN VRBEM REDEVNDVM PVTO. QVAE ENIM FINIS PEREGRATIONIS: hoc mihi planē hæsit: & nunc ita video infinitū bellum iunctū miserrima fuga, quā tu peregrinationem cōsueps. Sequitur <sub>q</sub> uip: V Kal. Feb. EGO SI POMPEIVS MANET IN ITALIA, NEC RES AD PACTIONEM VENIT, LONGIVS BELLVM PVTO FORE SIN ITALIAM RELIN-QVIT, AD POSTERVM BELLVM STRVI EXISTIMO. Huius igitur belli ego particeps, & socius, & adiutor esse cogor, quod & cōsueps & cū ciuibus. Deinde VIII Id. Febr. cū iam plura audires de Pompeii consilio, cōcludis epistolam quandam hoc modo, EGO QVIDEM TIBI NON SIM AVCTOR, SI POMPEIVS ITALIAM RELINQVIT, TE QVOQVE PROFVGERE. SVM-MO ENIM PERICVL FACIES. NEC REIP. PRODERIS: CVI QVIDEM POSTERIVS POTERIS. PRODESSE, SI MANSERIS. Quē qdā-<sub>met</sub> ac mētē, hominis prudentis & amici tali admonitu nō moueret auctoritas. Deinceps VIII Id. Febr. iterū mihi respondes cōsulēti sic, QVOD QV AERIS A ME, FVGAMNE FIDAM, AN MORAM DESERENDAM VTILOREM PVTEM, EGO VERO IN PRAESENTIA SVBITVM DISCESSVM, ET PRAECIPITEM PROFECTIONEM CVM TIBI, TVM IPSI CN. IN VTILEM ET PERICVLOSAM PVTO, ET SATIVS ESSE EXISTIMO VOS DISPERTITOS ET IN SPECVLIS ESSE: SED MEDIVSFIDIVS TVRPE NOBIS PVTO ESSE DE FVGA COGITARE. Hoc turpe Cn. noster biēnō ante cogitauit, ita Sullaturit animus eius, & proscripturit diu. Inde, vt opinor, cū tu ad me quzdam <sub>q</sub> uip: scrip̄is, & ego mihi à te quzdam significari putassem, vt Italia cedrem, detestaris hoc diligenter XI Kal. Mart. EGO VERO NVLLA EPISTOLA SIGNIFICAVI, SI CN. ITALIA CEDERET, VT TV VNA CEDERES: AVT SI SIGNIFICAVI, NON DICO, FVI INCONSTANS, SED DEMENS. In eadē epistola alio loco, NIHIL RELINQVITVR NISI FVGA, CVI TE SOCIVM NEVTIQVAM PVTO ESSE OPORTERE, NEC VNQVAM PVTA VI. Totam autem hanc delibera.

tione cuoluis accuriosus in literis VIII Kal. Mart. datis. SE M. EPIDVS ET L. VOL-  
 CACIVS REMANENT, MANENDVM PVTO: ITA, VT SI SALVVS  
 SIT. POMPEIVS, ET CONSTITERIT ALICVB, HANC RELIN-  
 QVAS, ET TBS IN CERTAMINE VINCÍ CVM ILEO FACILIUS  
 PATIARIS, QVAM CVM HOC IN EA, QVABE PERSPICITVR. PV-  
 \* TVRA COLEVVIE, REGNARE. Multa disputas huius sententiaz concientia. In-  
 dead extreum, QVIB, SI, inquis, L. EPIDVS ET VOLCACIVS DISCE-  
 DVNT? PLANE. QVOD EVENERIT IOITVR, ET QVOD EGE-  
 RIS, ID PVTABO. si tum dubitares, nunc certe nō dubitas istis manentibus. De-  
 inde in ipsa fuga v. Kal. Mart. INTEREA NON DVBITO, QVIN IN FOR-  
 MIANO MANSVRVS SIS: COMMODISSIME ENIM IBI ad Kal. Mart. cum ille quintum iam diem Brundisi esset. TVM POTERIMVS  
 DELIBERARE, NON SCILICET. INTEGRA RE, SED CERTE MI-  
 NVS INFRACTA, QVAM SI VNA PROIECERIS TE. Deinde IIII  
 Non. Mart. cum breviter scribentes, tamen ponis hoc, CRAS SCRIBAM  
 PLVRA ET AD OMNIA. HOC TAMEN DICAM, NON POENITE-  
 RE ME CONSILIE DE TVA MANSIONE ET QVANQVAM MA-  
 GNA SOLICITVDINE, TAMEN QVIA MINVS MALI PVTO ESSE,  
 QVAM INILLA PROFECIÖNE, MANEO IN SENTENTIA, ET  
 GAVDEO TE MANSISSE. Cu vero iam angerer & timerem nequid à me dede-  
 coris esset admissum III Non. Mart. TAMEN TE NON ESSE VNA CVM  
 POMPEIO, NON FERO MOLESTE: POSTEA SI OPVS FVERIT,  
 NON ERIT DIFFICILES: ET ILLI QVOQVO TEMPORE FIET,  
 ERIT. SED HOC ITA. DICO, SI HIC QVA RATIONE INITI-  
 TIVM FECIT, EADEM CETERA AGET SYNCERE, TEMPERATE,  
 PRUDENTER, VALDE VIDERO, ET CONSYDERATIVS UTILITA-  
 TI NOSTRAE CONSVLVERO. VII Id. Mart. scribis Peducco quoque no-  
 stro probari quod quierim, cuius auctoritas multū apud me valet. His ego tuis scriptis me  
 confolor, vt nihil à me adhuc delictum patrem. Tu modo auctoritatē tuam defenditor  
 aduersus me nihil opus es, conscius ego alius: ego si nihil peccavi, reliqua tuebor. Ad ea tu  
 te hortare, & me omnino tua cogitatione adiuua. Hic nihil dū de redditu Cesaris audie-  
 batur. Ego his literis hoc tamē profeci, perlegi omnes tuas, & in eo acquieciui. Lentulum  
 nostrum scilicet Puteolis esse: quod cum ē viator quodam esset auditum, qui se diceret, cū in  
 Appia, cum his paulum lecticam aperuisset, cognosse, et si vix verisimile, nisi tamē Puteo-  
 los pueros, qui peruestigarent, & ad eum literas. Inueniūt est vix in horris suis se occultans,  
 literasque mihi remisi, mirifice gratias agens Cesarī. De suo autem cōfilio C. Cecio man-  
 data ad me dedisse. cum ego hodie expectabam, id est X I I I I Kal. Aprilis. Venit etiam ad  
 me Matius Quinquatribus, homo mehercule, vt mihi visus est, temperatus & prudens: exi-  
 stimatus quidem est semper auctor otii. Quām ille hac nō probare mihi quidemvisus est,  
 quām illam nāq (vt tu appellas) timere. Huic ego in multo sermone epistolam ad me Cx  
 faris ostendi, eam cuius exemplū ad te ante mili: rogauique vt interpretaretur quid esset  
 quod ille scriberet, consilio meo se vti velle, gratia, dignitate, ope rerum omnium. Respon-  
 dit se non dubitare quin & open & gratiam meam ille ad pacificationem quereret. Vti-  
 nam in hac aliquod miseria reipublicz opus efficere & nauare mihi liceat. Matius  
 quidem & illum in ea sententia esse confidebar, & se auctorem fore pollicebatur.

182 Pridie autem apud me Crassipes fuerat, qui se p̄tid. Non. Mart. Brundisi profectum at-  
 que ibi Pompeium reliquisse dicebat: quod etiam qui v i i i Id. illinc profecti erant, nun-  
 ciabant. Illa vero omnes, in quibus etiam Crassipes, qui prudenter potius attendere ser-  
 mones minaces, inimicos optimatiū: municipiorum hostis, metas proscriptiones, me-  
 ros Sullas, quz Lucceum loqui, quz totam Græciam, quz vero Theophanem: & tamē o-  
 mnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec partē villam capio quieris: & vt has  
 X. iiiii.

peis effugiam, cū dissimilimis nostris esse cupio: quid enim tu illuc Scipionem, quid Faustum, quid Libonem prætermisurum sceleris putas: quorum credentes conuenire dicuntur: quid eos autem, cū vicerint, in eius effectu rosi quana vero ~~prosperitas~~ Cn. nostri esse nunciant? Aegyptum & Arabiam ~~conquista~~ cogitare, Hispaniam abieciisse: mōstra parrant, quæ falsa esse possumus: sed certe & hæc perdita sunt, & illa non salutaria.

Tuas literas iam defydero post fugam nostram nunquam iam nostrum carum interuallum fuit. Misisti ad te exemplum literarum mearum ad Cæsarē, quibus me aliquid profectum puto.

CICERO IMP. SID. CAESARI IMP.

183

V T L E G I tuas literas, quas ab Furnio nostro acceperam, quibus tecum agebas ut ad urbem essem, te velle ut cōsilio & dignitate mea, minus sum admiratus. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quæzerebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia cū agi velle arbitraret, & ad eam ratione existimabam fari aptam esse & naturā & personam meā. Quod si ita est, & si qua de Pompeio nostro tuendo, & tibi ac reip. reconciliando, cura te aettingit, magis idoneū, quām ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem, qui & illi semper, & Senatū cum primū potui, pacis author fui. Nec sumptus armis bellivillam partē attingi, iudicauique eo bello te violari, contra cuius honorem Populi R. beneficio conciſum, inimici atque inuidi nitentur. Sed ut eo tempore non modo ipse auctor dignitatis tuus fui, verum etiam ceteris author ad te adiuuandum, sic me nunc Pompeii dignitas vehementer mouet: aliquot enim sunt anni, cum vos duo delegi, quos præcipue colorem, & quibus elem, sicut sum, amicissimum. Quarnobrem à te pero, vel potius & omnibus preci- bus oro & obtellor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficū memoria possim. Quia si rantum ad mei plura pertinerent, sperarem me à te tamen impetraturum: sed ut arbitror, & ad tuam fidem & ad temp. pertinet me & pacis & vtriusque veltrū & ad ciuium concordiam, per te, quām acommodatissimum conseruari. Ego cum antea tibi de Lentulo gratias egisse, cum ei saluti qui mihi fuerat, fuisses, tamē locis eius literis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficiorum misit, tandem me salutem à te accepisse putavi, quam ille. In quem si me intelligis esse gratum, cura obsecro ut etiam in Pompeium esse possim.

CICERO ATTICO SAL.

184

L E G E B A M tuas literas XIIII Kal. cū mihi epistola assertur à Lepta, circumuallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Nō mediussidius præ lacrymis possem reliqua nec cogitare, nec scribere: misisti ad te exemplum. Miseros nos, cur non omnis fatum illius vñà executi sumus: Ecce autem à Mario & Trebatio, eadem quibus Minturni obuii Cæsari tabellarii. Torqueor infelix, ut iam illum Mutianum exitum exoptem. At quām honesta, at quām expedita tua cōsilia: quām tuigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua navigationis, qua congressus sermonisque cum Cæsare omnia cum honesta, tum aura. In Epirū vero iniunctio quām suauis, quām liberalis, quām fraterna: De Dionysio sum admiratus, qui apud me honorior fuit, quām apud Scipionē Panzius, à quo impurissime haec, haec nostra fortuna despcta est. Odi hominē & odo: vtinam vlcisci possem, sed illū vlciscuntur mores sui. Tu quās nunc vel maxime quid agendum nobis sit, cogita. Populi R. exercitus Cn. Pompeiū circuksiderit, fossa & vallo septum tener, fuga prohibetur. Nos vivimus, & stat vrbis ista: Prætores ius dicunt: A Ediles ludos patantrviri boni visuras prescribent: ego ipse fedeo: Conci illuc ire ut insanus implorare fidem municipiorum: boni non sequuntur: leues irridebunt: retum nouatum cupidi, victores preteritū & armati, vim & manus affrent. Quid censes igitur: & quidnam est tui consilii ad finem huius miserissimæ vita: nūc doleo, nūne torqueor, cum quibusdam aur sapiens videor, quod vna non ierim, aut felix fuisse: mihi contra: nunquam enim illius victoriz socius esse volui, calamitatis mallem fuisse. Quid ego nunc tuas literas, quid tuam prudentiam, aut benevolentiam implorem aetum est. Nulla re iam possum iuuari, qui nequid optem quidem iam habeo, nūl ut aliqua;

inimici misericordia liberetur. *vt te' traxi nepos* (vt opinor) ille de ratibus. Quid enim est, quod Dolabella his literis quis. Id. Mart. à Brundisio dedit, hanc *Amulius* quasi Cæsar-tis scriberet, Pompeium in fuga esse, cumque primo vento nauigaturum quod valde disere par ab his epistolis quarum exempla antea ad te misi. Hie quidem mera fæcera loquuntur: sed non erat nec recensioñis auctor, nec hius rei quidem maior Dolabella.

CICERO ATTICO 5 A. L.

185

**T**VAS XI Kal. accepi literas, quibus omnia confilia diffiserunt in id tempus, cum scierimus quid actum sit. & certe ita est: nec interim potest quidquam statui, sed ne cogitari quidem: quanquam hec mihi littera Dolabellæ subent ad primitas cogitationes reuertit: sicut enim pridie *Quinquaginta* egregia tempestas, qua ego illum avsum puto. *Amulius* confiliorum tuorum non est à me collecta ad querelam, sed magis ad consolationem meam: nec enim me tam hec mala angebant, quam suspicio culpe ad temeritatis mez: nam nullam poto esse, quoniam cum consilii tuis mea facta & consilia consentiunt. Quod mea prædicatio-ne factum esse scribis magis quam illius merito, ut tantum ei debere viderer: est ita. Ego illum extuli semper, & eo quidem magis nequid ille superiorum meminisse me putaret: quia si maxime meminisset, tamen illius temporis familiaritudinem iam sequi deberemunihil me adiuvuit cum posset: & postea fuit amicus, & tam validus, & quam ob causam, plane scio. Ergo ego quoque illi: *quinetiam illud par in vitro nostro*, quod ab eisdem dilecti sumus, sed vitnam tantum ego ei prodeesse potuisse, quatum mihi ille potuit: mihi tamen quod fecit, gratissimum: nec ego nunc cum invare qua re possim scio: nec si possem, cum tam perstiterum bellum pararet, adiuuandum putarem: tantum offendere animum eius hic manes nolo: nec mehercule ista videbo, quae tu potes iam animo protendere, nec interesse istis malis possem: sed eo tardior ad discedendum fui, quod difficile est de discessu voluntario sine villa spe redditus cogitare: nam ego hunc ira paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum, quos Matius *Amulius* (vt puto) sed certe dicebat peditem: equitum se polliceri sumptu suo annos decim. sed si hoc *Amulius* magnas haberet certe copias, & habebit non ille vegetal, sed ciuium bona. Adde confidentiam hominis, adde imbecillitatem bonorum virtutum: qui quidem, quod illum sibi merito iratum purant, oderunt: vt tu scribis, ludus ac vellem scribis. Quisnam hic significasset? sed & iste, quia plus ostenderat quam seicit, & vulgo illum, qui amant, non amant. Municipia vero & rusibci Romani illum metuerunt, hunc adhuc diligunt. Quare ita paratus est, ut etiam si vincere non possit, quomodo tamen vincere si ipse possit, non videam. Ego autem non tam *Amulius* huius timeo, quam *Amulius*, si *Amulius* regnus, inquit *Amulius*, *is enī μημεγένες απόγειος*: illa *Amulius* video tibi non probari, que ne mihi quidem placabant: sed habebam in illis & occultationem, & *Amulius* fidelem. Quae si mihi Brundisi superante, mallem. sed ibi occultatio nulla est. Verum (vt scribis) cum scimus, viris bonis me non nimis excuso: quas enim eos cenas & facere & obire scripsi ad me Sextus, quam lautas, quam tempestivias: Sed sunt quamvis boni, non sunt meliores quam nos: mouerent me si essent fortiores. De Lanuino Phamez eraui. Troianum formaueram: id ego voluic, sed pluris est ifuc, tamen me cupere memor es, villam spem fruendi vt de te in nos. Quae monstra cotidie intelligamus ex illo libello, qui in epistola coniecius est. Léutilus noster Putecolis est *Amulius* is (vt Cæcius narrat). Quid agat: *Amulius*? Cotiniensem reformidat. Pompeio nunc putat satissimum: beneficio Cæsaris mouenur, sed tamen mouetur magis prospecta re. Nec hec posse sette.

Omnia misera, sed hoc nil miserius. Pompeius Numatiū Magium de pace misit, & tandem oppugnatur, quod ego non credebam. Sed habeo à Balbo literas, quarum ad te exemplum misi. Lege quoque & illud infirmum caput ipsius Balbi optimi. Cui Cn. noster locum, vbi horitos adjudicaret, dedit, quem cui nostrum non sepe prætrulit. Itaque misera torquetur. Sed ne bis eadem legas, ad ipsam te epistolam reiicio: ipsum autem pacis habeo nullam. Do labella suis literis Id. Mart. datis, merum bellum loquitur. Maneamus ergo in illa eadem sententia misera & desperata, quando hoc miserius esse nihil potest.

BAL'BUS CICERO'N I M P. S.

186

CAESAR nobis literas perbreves misit, quatum exemplum subscripti breuitate epistola scire poteris cum valde difficile distentum, qui tanta de re tam breuiter scripsit. Siquid praeterea noui fuerit, statim tibi scribam. Cæsar Oppio Cornelio s. A V E S I D. Mart. Brundisium veni, ad murum castra posui. Pompeius est Brundisi, misit ad me Ca. Magium de pace: quæ visa sunt, respondi. Hoc vos statim scire volui: cum inspem venero, de compositione aliquid me confidere, statim vos certiores faciam. Quomodo me nunc putas mihi Cicero torqueri, postquam natus in spem pacis veni, nequa res zoratum compositionem impedit? Nanque quod absens facere possum, opteo: quod si vna esse, aliquid fortasse proficere possim videri. Nunc expeditatione crucior.

CICERO ATTICO SAL.

187

MISERAM ad te VIII Kal. exemplum epistola Balbi ad me, & Caesaris ad eum. Ecce tibi eodem dic Capua literas accepi ab Q. Pedio Caesarem ad se prid. Id. Mart. missis hoc exemplo, Pompeius se oppido tener, nos ad portas castra habemus: conatur opus maxime & multorum dierum propter altitudinem mari: sed tamen nihil est quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu molis iacimus, ut aut illum quâprimum traicere quod habet Brundisi copiarum cogamus, aut exiū prohibeamus. Vbi est illa pax, de qua Balbus scriperat torqueri se: Et quid acerbius & quid crudelius? Atque cum loqui amorem narrabat, Cn. Carbonis, M. Brutis se penas perlequi, omniumque eorum in quos Sulla cito delis hoc socio fuisse: nihil Curionem se duce facere, quod non hie Sulla duce fecisset. Ad ambitionem, quibus exili poena superioribus legibus non fuisset, ab illo patris proditores de exilio redactos esse: queri de Milone per vim expulso. Neminem tamen se violatum nisi qui arma habeat contra. Cebius quidam à Curione 11 Id. profectus, homo non infans, sed quis nulli non dicat: plane nescio quid agam. Illinc quidem Cn. proiectum puto. Quidquid est, biduo sciemus. A te nihil ne ante prospicemus quidem quid literantim, nec mirum quid enim est quod scribamus: Ego tamen nullum diem pretermitto.

Scripta epistola, literæ mihi antelucem à Lepta Capute redditæ sunt, Id. Mar. Pöpeum à Brundisi confundisse, ad Caesarē ad VII Kal. Apr. Caput forte.

CICERO ATTICO SAL.

188

CVM dedisem ad te literas, ut scires Caesarē Capuz V 11 Kal. forte, allata mihi Capua sunt literæ, eum in Albano apud Curionem V Kal. forte. Eum cum video, Arpinum pergā. Si mihi veniam quam peto, dederit, utrā illius conditione: fin minus, impetrabo aliquid à meipso. Ille, ut ad me scripsit, legiones singulas posuit Brundisi, Tarenti, Siponti: claudere mihi videtur maritimis exitus, & tamen ipse Graciam spectare potius quam Hispanias: sed hac longius absunt. Me nunc & congressus huius stimulat (is vero adeſt) & prima eius actionis horreo. Volet enim (credo) s.c. facere, volet Augurum decreta, rapientur, aut absentes vexabimur: vel ut C O S s. roget Prætor, vel Dictatorem dicat, quorum neutrum ius est: & si Sulla potuit efficeret, ab Interrege ut Dictator diceretur & Magister equitum, cur hic non possit? Nihil expedio, nisi ut aut ab hoc tanquam Q. Mutius, aut ab illo tanquam L. Scipio. Cum tu hac leges, ego illum fortasse conuenero. ~~Nonne illud quidem nostrum proprium: erit enim ipses propinquai reditus, erit hominum querela: nunc exire cupimus, qua spe reditus, mihi quidem nunquam in mentem venit. Non modo autem nulla querela est municipalium hominum ac rusticorum, sed contraria meruit, ut crudeliter iratum: nec tamen mihi quidquam est miseriū quā remansisse, nec optatiū quā euolare, non tam ad bellum, quā ad fugae societatem. Sed tu omnia qui consilia differebas, in id tempus, cum sciremus que Brundisi acta essent: scimus nempe: haeremus nihil minus: vix enim spero mihi hunc veniam daturum, eti multa affero iusta ad impetrandum: sed tibi omnem illius meumque sermonem omnibus verbis expressum statim mittam: tu nunc omni amore enitere, ut nos cura tua & prudentia iuvemus. Ita subito accurrit, ut ne Trebatium quidem, ut constitueram, possim videre: omnia nobis imparatis, agenda. Sed tamen,~~

nuo scies. Mandata Cæfaris ad cōss. & ad Pompeium quæ rogas, nulla habeo: quæ de-  
scripta attritum, illa è via misi ad te, è quibus mandata puto intelligi posse. Philippus Nea-  
poli est, Lætulus Putolis. De Domitio, ut facis, sciscitare vbi sit, quid cogiteat. Quid scri-  
bis, asperius me, quām mei patientur mores, de Dionysio scripsisse, vide quām sim antiquo-  
rum hominum: te mediussidius hanc rem grauius putau latum esse, quām menam præ-  
terquam quod te moueri arbitror oportere iniuria quæ mihi à quoquam facta sit, præter-  
ea reipsum quodammodo hic violauit, cum in me tam imprebus fuit: sed tu id quanti æ-  
stimes, tuum iudicium est, nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono: ego autem il-  
lum male sanum semper putau, nunc etiam impurum & seculeratum puto, nec tamen mi-  
hi inimiciorem quām sibi. Philargyro bene, cauſam certe habuisti & veram & bonam: re-  
lictum esse me potius, quām reliquissime. Cum dediſcm iam literas ad viii Kal. quos cum  
.. Mario pueri & Trebatio miseram, epistolam mihi artulerunt hoc exemplo, Matius & Tre-  
batus Cicroni Imp. S. Cum Capua exiſſemus, in itinere audiimus Brudisio ad x vii Kal.  
.. April. cum omnibus copiis, quas habuerat, profectum esse: Cæfarem postero die in oppidū  
.. introiſſe, concionatum esse: inde Romam contendisse, velle ante Kal. esse ad urbem, & pau-  
.. los dies ibi commorari, deinde in Hispanias proficisci. Nobis non alienum viſum est (quo-  
.. niam de aduentu Cæfaris pro certo habebamus) pueros ad te remittere, vt id tu quampri-  
.. mum scires. Mandata tua nobis curæ sunt, eisque vt tempus postularit agemus. Trebatius  
.. Scœuola facit ut antecedat.

Epistola conſcripta, nunciaturum est nobis, Cæfarem ad viii Kal. Capuz, ad vii Si-  
nueſſe. hac pro certo putamus.

## CICERO ATTICO SAL.

189

CVM quid scriberem ad te nihil haberem, tamen nequem diem intermittere, has dedi  
literas. Ad vii Kal. Cæfarem Sinuesſe mansurum nunciabant: ab eo mihi literæ redditæ  
sunt ad vii Kal. quibus iam opes meas, non ut superioribus literis opem expectat. Cum  
eius clementiā Corfiniensem illam per literas collaudauifsem, rescriptis hoc exemplo, Cæ-  
far Imp. Cicroni Imp. Sal. Dic. Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) ni-  
hil à me abeſe longius crudelitate. Atque ego cum ex ipſa re magnam capio voluptatem,  
tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo: neque illud me mouet, quod ii qui  
à me dimiſſi sunt, discessisse dicuntur, vt mihi tursus bellum inferrent: nihil enim malo,  
quām & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Tu velim mihi ad urbem präſto ſis, vt tuis con-  
ſiliis atque opibus (vt confueat) in omnibus rebus vtar. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe  
iucundius: hanc adeo habeo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit, tanta eius hu-  
manitas, is ſenſus, ea in me eſt benevolentia.

## CICERO ATTICO SAL.

190

TREBATICUM VI Kal. quo die has literas dedi, expectabam: ex eius nuncio Matil-  
que literis meditabar quomodo cum illo loquar. O tempus miserum: nec dubito quin à  
me contendat ad urbem veniam. Senatum enim Kal. velle ſe frequentem adesse, etiam For-  
miis proscribi iuſſit. Ergo ei negandum eſt: Sed quid präripi statum ad te perſcribam om-  
nia: ex illius ſermone ſtatuum, Arpinum mihi eundem ſit, an quod aliud. Volo Cicroni  
meo togam pīram date, iſtic puto. Tu quīſo cogita quid deinde: nam me hebetem mole-  
ſtia redididerunt. A Curio velim ſcire ecquid ad te ſcriptum ſit de Tiro: ad me enim ipſe  
Tiro ita ſcriptis, vt vereat quid agat. Qui autem veniunt inde, id modo nunciant. Sanè in  
magnis curis etiam hac me ſollicitant: in hac enim fortuna perutilis eius & opera & fide-  
litatis eſſet.

## CICERO ATTICO SAL.

VTRVNQVE ex tuo conſilio: nam & oratio fuit ea noſtra, vt bene potius ille de no-  
bis exiſtimaret, quām gratias ageret: & in eo māxiſum, ne ad urbem illa ſeſſerunt, facilem  
quod putaramus, nihil vidi minus. damnari ſe noſtro iudicio: tardiores fore reliquos, ſi in  
hiſ non venerimus dicere. ego, diſſimilem illorum eſſe cauſam. Quid multa! Veni igitur &  
age depace. Mōne inquam arbitratuſ An tibi, inquit, ego präſcribam? Sic inquam agam,

Senatus non placere in Hispanias iri, nec exercitus in Graeciam transportari, multaque in-  
quam de Cn. deplorabo. Tum ille, Ego vero ista dici nolo. Ita putabam inquam: sed ego eò  
nolo adesse, quod aut sic mihi dicendum est, aut non venientum, muleaque quæ nullo mo-  
do possent filere, si adesse. Summa fuit, ut ille quasi exitum querens ut deliberarem, non  
fuit negandum: ita discessimus. Credo igitur hunc me non amare. At ego me amavi, quod  
mihi iam pridem viu non venit. Reliqua, ô Dii, qui comitatus: quæ (ut tu soles dicere) n-  
aqua, in qua erat eros, celeri: O tem perditam! copias desperatas! Quid Serui F. quod in his  
castris faciunt, quibus Pompeius circunfederetur sex legiones, multum vigilat, audet, mul-  
lum video finem mali. Nunc certe promenda tibi sunt consilia. Hoc fuerat extrellum, il-  
la tamen illius est odiosa, quam penè præteri: si sibi consiliis nostris vt non lice-  
ret, vsurum quorum posset, ad omniaque esse descensurum. Vidisti igitur virum, ut scripe-  
ras in gemmisti certe, cedò reliqua. Quidc continuo ipse in Puteolanum, ego Arpinum: unde  
expecto quidem, A A T E A C A & illam tuam. Tu(malum) inquieras, actum ne agas: etiam  
illum ipsum, quem sequimur, multa fecellerunt: sed ego tuas literas expecto. Nihil est enim  
iam, ut antea, videamus hoc quossum euadat. Extrellum fuit de cōgressu nostro, quo qui-  
dem non dubito quin ictus offenderim: eo maturius agendum est. Amabo te, epistolam &  
vtrum. Vale, tuas literas nunc expecto.

## CICERO ATTICO SAL.

191

E GO meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum rogam puram de-  
di: idque municipiis nostris fuit gratum: eti omnis & illos, & quæ iter feci, mestos affli-  
ctosque vidi, tam tristis & tam atros est ~~amor~~ huius ingéni mali. Delectus habentur,  
in hyberna deducuntur. Ea, quæ etiam cum à bonis viris, tum iusto in bello cum modeste  
funt, camen ipsa per se molesta sunt, quæ censes acerba nunc esse cum à perditis in ciui-  
li nefario bello peccantissime fiant. Causa autem putes quenquam hominem in Italia tur-  
pem esse, qui hinc absit. Vidi ipse Formiūs vniuersiōs: neque mehercule inquam homines  
putauit, & noram omnis, sed nunquam uno loco videram. Pergamus igitur quod placet, &  
nostra omnia relinquamus. Proficiamur ad eum, cui gravior noster aduentus erit, quæ  
si vna fuisset: tum enim eramus in maxima spe, nunc ego quidem in nulla: nec præter  
me quisquam Italia celiit, nisi qui hunc inimicum sibi putaret. nec mehercule hoc facio  
teip. cauta, quam funditus delectam puto: sed ne quis me pater ingratum in eum qui me le-  
uanit iis incommodis quibus idem affecterat: & simul quod ea que fuit, aut que certe fu-  
tura sunt, videre non potero. Etiam equidem s. c. facta quadam iam puto: utinā in Vol-  
catiū sententiam. Sed quid refere est enim vna vna sententia omnium. Sed erit immittissimus +  
Scruius, qui filium misit ad affligendum Cn. Pompeium, ut certe capiendum cum Pontio  
Titiniano: et si hic quidem timoris causa, ille vero. Sed stomatici definamus & aliquan-  
do sententiam. Vr nihil noui, nisi id quod minimum vellem, spiritum reliquum esse. Nos,  
quoniam superum mare obsidetur, infero nauigabimus: & si Puteolis erit difficile, Croto-  
nem petemus, aut Thurios, & boni ciues amantes patriæ mare infestum habebimus. Alij  
rationem non huius belli gerendi nullam video: in AEgyptum nos abdimus: exercitu pa-  
res esse non possumus: pacis fides nulla est: sed haec satis deplorata sunt. Tu velim literas  
Cephaloni des de omnibus rebus actis, denique etiam de sermonibus hominum, nisi pla-  
ne obmutuerunt. Ego tuis consiliis vñus sum, maximèque quod grauitatem in congresu  
nostro tenui quam debui, & ad urbem ut non accederem perseverauit. Quod superest, scri-  
be quæso quam accuratissime (iam enim extrema sunt) quid placeat, quid censes, et si iam  
nulla dubitatio est, tamen siquid, vel potius quidquid veniet in mentem, scribas velim.

**T**ERTIO Non cum in Laterium fratris venissem, accepi literas, & paulum respiravi, quod post has ruinas mihi non acciderat: per enim magni astimo tibi firmitudinem animi nostri & factum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scribis probari, ita latet ut me, quasi patris eius, cui semper vni plurimum tribui, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod sape soleo recordari, dixit olim Nonis illis Decembribus: cum ego Sexte quidnam ergouſ ſuis inquit ille, *περιθέτης τοις κανόνις άνθεσιν, αὐτὸν μήπερ τοις λανθάνουσιν θέλεις.* Eius igitur mihi viuit auctoritas, & simillimus eius filius eodem est apud me pondere quo fuit ille: quem faluere velim iubes plurimum. Tu tuum confilium, eti non in longum tempus differs (iam enim illum emptum pacificatorem perotasse puto, iam actū aliquid esse in consilio Senatorum) tamen suspicuum meum detines, sed eo minus quod non dubito quid nobis agendum putas. Quid enim Flauio legionem & Siciliam dari scribas & id iam fieri: tu scelera partim parari & iam cogitari, partim ex tempore futura censes? Ego vero Solonis popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite faxit, si qui in seditione non alterius vtrius partis fuisset: nisi si tu aliter censes: & hinc abero & filii: sed alterum mihi est certius, nec præcipiam tamen: expectabo tuum consilium, & eas literas, nisi alias iam dedisti quas scripsi ut Cephaloni dares. Quod scribis nō quo aliquando audieris, sed te ipsum putare, me attractum iri, si de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quæ possit actio esse de pace, cum illi certissimum sit, si possit expoliare exercitus & provincia Pompeium. nisi forte ille summarius ei potest persuadere, ut dum oratores cant & redeant, quicquam, nihil video quod sperem, aut quid iam putem fieri posse: sed tamen hominis hoc ipsum probi est, & magnū, ~~περιθέτης τοις λανθάνουσιν θέλεις,~~ venientium inne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Quare siquid eiusmodi cuenuerit, ut arcessamur, quod equidem non euro. quod enim essem de pace dicturus, dixi: ipse valde repudiauit: sed tamen siquid acciderit, quod censem mihi faciendum, vtique scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris consilii esset. Trebatii boni viri & cuius verbi te gaudeo delectatum, tuaque ista crebra *τυχείας ΙΠΕΡΙΑΣ*, me sola adhuc delectauit. Literas tuas vehementer expecto, quas quidem credo iam datas esse. Tu cum Sexto seruasti grauitatem eadem, quam mihi præcipis. Ceterus tuus disertus magis est quam sapiens. De iuuenibus, quæ ex Tullia audisti, vera sunt. M. Antonii istud quod scribis, nō mihi videtur tam re esse triste, quam verbo. haec est *τύχη*, in qua nunc sumus mortis instar: aut enim mihi libere inter malos *τυχείας* fuit, aut vel periculose cū bonis: aut nos temeritate bonorum sequamur, aut audaciam improborum infectemur. vtrunque periculorum est. At hoc quod agimus, nec turpe, nec tamen turum. Iustum, qui filium Brundifium de pace misit. De pace idem sentio quod tu, simulationem esse pertam: parari autem bellum acer rime. Me Legatum iri non arbitror, cuius adhuc (vt optau) mentio facta nulla sit: eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare quid sim facturus, si acciderit ut legeret.

**E**GO cum accepissem tuas literas Non. April. quas Cephalio attulerat, effemque Minutinis postridie mansutus, & inde protinus: sustinui me in Arcano fratris, ut dum aliquid certius assertetur, occultiore in loco essemus, agerenturque nihilo minus quæ sine nobis agi possint. **M** M **E** **T** **C** **A** iam adest, & animus ardet, neque est quidquam quo & quæ: sed haec nostra erit cura & peritorum. Tu tamen quoad poteris, ut adhuc fecisti, nos consilii iuuabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunæ sunt committenda omnia: sine ipso conanur villa. Melius siquid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum, de quo ad me Tullia mea scripsit: sed & tempus alienum est, & homini non amico nostra incommoda, tanta presertim, spectaculo esse nolle, cui te meo nomine initium esse solo.

## CICERO ATTICO SAL.

194

CVM quid scriberem, placit nihil haberem, huc autem reliqua essent quae scire cuperem, profectusne esset: quo in statu urbem reliquisset: in ipsa Italia, quem cuique regioni, aut negotio praefecisset: & qui essent ad Pompeium & ad COS s. ex s. c. de pace Legati. Cum igitur huc scire, dedita opera has ad te literas misi. Fecesis igitur comode, mihi que gratum, si me de his rebus, & siquid erit aliud quod scire opus sit, tesseris certiorem. Ego in Arcano, & opprior, dum ista cognosco. Ad v 11 Id. alteram tibi codem die hanc epistolam dictavi, & pridie dederam mea manu longiore. Vobis te aiunt in Regia, nec reprehendo, quippe cum ipse istam reprehensionem non fugerim: sed expecto tuas literas: neque iam sane video quid expectem: sed tamen etiam si nihil erit, id ipsum ad me velim scribas. Caesar mihi ignoscit per literas, quod non venerim, scelere in optimam partem id accipere dicit. Facile patior quod scribit, secum Tullium & Scruium queritor esse, quia non idem sibi, quod mihi remisit, homines ridiculos, qui cum filios misserint ad Cn. Pompeium circunfederentur, ipsi in Senatum venire dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Caesaris literarum.

## CICERO ATTICO SAL.

195

MULTAS à te accepi epistolas, codem die omnes diligenter scriptas. Ea vero quae vobis luminis instar, erat saepe legenda, sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepisti, mihi quidem pergratum fecisti. Quare ut id quoad licet, id est quoad scies ubi sumus, quamvis pessime facias, te vehementer rogo. At deplorandi quidem, quod cotidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quazdam, quod profecto potest. Non enim tam quam dignitatem, quos honores, quem virtutem statum amiserim, cogitos: sed quid consecutus sim, quid praefliterim, quae in laude vixerim: his denique in malis quid interficit inter me & istos, quos propter omnia amissimus: hi sunt, qui nisi me ciuitate expulissent, obtinere se non posse putauerunt licentiam cupidieatum suarum: quorum societatis, & scelerata confessionis fides quod eruperit vides. Alter ardet furore & scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingrauit: modo Italia expulit, nunc alia ex parte persequi, ex alia provincia spoliare conatur: nec iam recusat, sed quodammodo postulat ut quemadmodum est, sic etiam appetetur Tyrannus. Alter is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne subleuat quidem: qui se nihil contra huius voluntatem aiebat posse, elapsus est socii manibus, ac ferro, bellum terra & mari comparat: non iniustum ille quidem, sed cum pium, tū etiam necessarium, suis tamen ciuibus exitiabile, nisi vicerit: calamitosum etiam, si vicerit. Horum ego summorum Imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. Quis enim potest aut deferta per se patria, aut oppressa beatus esse? Et si (ut nos à te admonemur) recte in illi libris dimisimus, nihil esse bonum, nisi quod honestū: nihil malum, nisi quod turpe sit: certe veterque, istorum est miserrimus, quorum vtrique semper patriz salus & dignitas posterior sua dominatione & domesticis cōmodis fuit. Praeterea igitur conscientia luctator, cum cogito me de rep. aut meruisse optime, cum potuerim: aut certe nūquam nisi diuine cogitasse: eaque ipsa tempestate eueram esse temp. quam ego X 1111 annis ante prospicerim. Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum, quorum iam acta zetas, quam propter pueros, quibus interdum videamus præstare etiā temp. debuisse: quorum quidem alter non tam quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat: alter (bē misera, nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius) indulgentia videlicet nostra depravatus, et progressus est, quod nō audeo dicere: & expecto tuas literas. Scriptisti enim te scripturum esse plurima, cum ipsum vidisses. Omne meū obsequiū in illum fuit cum multa severitate: neque vnu eius, nec parvū, sed multa magna delicta commissi. Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quam tam crudeliter negligenda: nam litteras eius ad Caesarem missas ita grauiter tulimus, ut te quidem celaremus, sed ipsius videamus vitam insuauem reddidisse: hoc vero eius iter, simulatioque pietatis, qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum scio post Hirium conuentum, arciliū ab Caesare cum codice eo animo à suis rationibus alienissimo, & cōsilio relinquendi Italiam: & huc ipsa timide, sed nul-

la nostra culpa est:natura metuenda est,hæc Curionem,hæc Hortensem filium,non,patrum culpa corruptit.Iacet in mœrore meus frater,neque tam de sua vita,quæm de mea metuit.Huie tu,huie tu malo after consolationes,si vllas potes:maxime quidem illam velim ea quæ ad nos delata sunt,aut fallax esse,aut minorata:qua si vera sunt,quid futurum sit in hac fuga,neficio:nam si haberemus rempu.confilium mihi non deficit nec ad securitatem,nec ad diligentiam.Hæc siue iracundia,sue dolore,sue metu permotus,grauius scripsi,quæm aut tuus in illum amor,aut meus postulabat.Si vera sunt,ignoscet:si fallax,me libente eripies mihi hæc errorum.Quoquo modo vero se res habebit,nihil assignabis nec patruo nec patri.Cum hæc scripsisse,à Curione mihi nunciatum est,cum ad me venire:venerat enim is in Cumnanum vesperi pridie,id est Id.Siquid eius igitur sermo eiusmodi attulerit,quod ad te scribendum sit,id in literis adiungam.

Præterit villam meam Curio,iussitque mihi nunciari mox se venturum,cucurritque Puteolos,vt ibi concessionaretur.concessionatus est:rediit:fuit ad me sanè diu.O rem fecdam! nosti hominem,nihil occultauit:in primis nihil esse certius,quæm vt omnes,qui lege Pompeia condemnati essent,restituerentur:itaque se in Sicilia cotum opera visurum.De Hispaniis,non dubitabat quin Cæsarès essent:inde ipsum cum exercitu,vbicunque Pompeius cœlestis interitum finem illi fore,propius factum esse nihil:se planè iracundia elatum:voluisse Cæsarem occidi Metellum Trib.pl.quod si esset factum,cædē magnam futurā esse:permulitos horatores esse ezdīs: ipsum autem non voluntate,aut natura non esse crudelē,sed quib⁹ popularem esse clementiam:quod si populi studium amississet,crudelem fore:cūque perturbatū,quid intelligeret se apud ipsam plebem offendisse de xzario. itaque ei cum certissimum fuisset,antequam proficisceretur,concionem habere,ausum non esse,vehementerque animo perturbato prosectū.Cum autem ex eo quererem,quid videret,quod exemplum,quam tempub.planè fatebatur nullam spem reliquam.Pompeii classem timebat:quz si esset,se de Sicilia abiturum.Quid iti inquam sex tui fasces si ab Senatu,cur lau reatis ab ipso,cur sex?Cupiui,inquit,ex s.c.surrepto,nam aliter non poterat.At ille impendio nunc magis odit Senatum.A me,inquit,omnia proficiscenrur.Cur autem sexequia xii noluimus licebat.Tum ego,Quæm vellem,inquit petuisse ab eo,quod audio Philipum impetrasset veritus sum,quia ille à me nihil impetrabat.Libenter,inquit,tibi concessisse:verum puta te impetrasse.Ego enim ad eum scribam vt tu ipse voles,de ea re nos inter nos locutus.Quid autem illius intereft,quoniam in Senatum non venis,vbi sisquin nunc ipsum minime offendisses,cius causa si in Italia non fuisses.Arque ego me recessum:& solitudinem querere,maxime quid licetores haberem.Laudavit confilium.Quid ergo inquam:nam mihi cursus in Graciā per tuam prouinciam est,quoniam ad mare superū milites sunt.Quid mihi,inquit,operiūs:Hoc loco multa perliberaliter:ergo hoc quidem est verum profecto,vt non modo tuto,verum etiam palam nauigaremus:reliqua in posterrum diem distulit,ex quibus scribam ad te,siquid erit epistola dignum.Sunt autem,quæ præteri,interregnūme esset expectaturus,an quomodo dixerim.Ad se ille quidem,deferrit Consulatum,sed se nolle in proximum annum:& alia sunt quæ exquiram.Iurabat ad summam,quod nullo negotio faceret,amicissimum mihi Cæsarem:esse debet,quid enim inquam scripsi ad me Dolabella dico quid affirmabat,cū scripisset,quid me cuperet ad urbem venire illum quidem gratias agere maximas,& non modo probare,sed etiā gaudere.Quid queris atque iubebar.Est enim suspicio illa domestici mali,& sermonis Lurtiani:quæm cupio illum dignum esse nobis,& quæm ipse me invito,quæ pro illo sit suspicandum:sed opus fuit Lurtio conuento.Est profectio nefcio quid,sed velim quamminimo:& tamen eum nondum redisse mitamus:sed hæc videbimus,tu Oppios Teretiz dabis.iam cum vrbis vnum periculum est.Me tamen confilio iuua,pedibusne Rheyū,an hinc statim in nanem.Ceterum quoniam cōmoror,ego ad te statim habeo quid scribam,simul vt video Curionem.De Tironē cura quæso,quod facis,vt sciām quid is agat.De tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis,vt mihi vñus sum,diligenter.de die nihil sanè potest scribi certi præter hoc,non ante lunam nouam.

Curionis sermo postridie tandem habuit sc̄rē summam: nisi quōd apertius significauerit, se harum rerum exitum non videre. Quōd mihi mandas de quōd regendo ~~ad hanc~~: tamen nihil pr̄termittam, atque vtinam tu, sed modestior non pro ep̄istolam, ad Vestitorium statim de Tullia: ac valde requirere solebat. Cōmodius tecum Vec̄temus est locutus, quād ad me scripseras: sed mirari satis homitis negligentiam non quo. cum enim mihi Philotimus dixisset, nō t. emere de Canuleio diuersorum illud pollic, minoris etiam empratum, si Vec̄temus rogassem, rogaui ut siquid poser, ex ea summa detrahiceret, promisit. ad me nū, per se nō x x x emisit, vt scriberem cui vellem addicidem pecunie Id. Nou. esse. recipi ei stomachose si vis, cum ioco tamen familiari. Nunc quoniā agit liberaliter, nihil accuso hominem: scripsique ad eum, me à te certiore esse factum. Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. Ad x v Kal. Mai.

## CICERO ATTICO SAL:

196

M E adhuc nihil pr̄ter tempestatem moratur: astutē nihil sum acturus: fiat in Hispania quidlibet, & tamen retice. meas cogitationes omnis explicaui tibi superioribus literis: quocirca h̄z sunt breues: & tamen quia festinabam, crāmque occupatio de Q. Filio, ita me quidem sedulo, nosti reliqua. Quōd dein me mones, & amice & prudenter me mones: sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cauro. Magnum opus est. mirabilia multa, nihil simplex, nihil syncerum: vellem suscepisses iuuenem regendum: pater enim nimis indulgens: quidquid ego astrinxī, relaxat: si sine illo possem, regerem, quod tu potes: sed ignōco: magnum inquam opus est. Pompeiū pro certo habemus per Illyricum proficiēti in Galliam: ego nunc quā & quō videbo. Ego vero Apuliam & Sipontum, & tergiuerationem istam probo, nec tuam rationem eandem esse duco, quam meam: non quin in repub. rectū idem sit vtrique nostrū, sed ea non agitur. Regnandi contentio est, in qua pulsus est modestior Rex, & probior & integrior, & is, qui nūs vincit, nomen Populi R. delectatur necesse est: si autem vincit, Sullano more exemplōque vincet. Ergo hac in contentione neutrū tibi pallam sentiendum, & tēpōri seruendū est: mea causa autem alia est, quōd beneficio vinclūs, ingratūs esse non possum: nec tamen in acie, sed Melitz, aut alio in loco, siue in oppidulo futurum puto. Nihil, inquires, iunas cum, in quē ingratūs esse non vis: immo minus fortasse voluisse. sed de hoc videbimus: examus modo, quod vt meliore tempore possimus, facit Adriano mari Dolabellā, freto Siciliensi Curio. Iniecta autē mihi spes quādā est velle mecum Ser. Sulpiciū colloqui: ad eum mihi Philotimum libertum cum literis: si vir esse volet, praeclara synodia: sinautem, erimus nos qui solemus. Curio mecum vixit, iacere Cx-s farem putans offensione populari. Siciliisque diffidens, si Pompeius nauigare copiserit. Q. puerum accepi vehementer: auaritiam video fuisse, & spem magni coniugii. Magnū hoc malum est: sed feci illud quod timueramus, spero nullum fuisse: hoc autem vitium puto exstimate non nostra indulgentia, sed à natura profectum, quem tamen nos disciplina regimus. De Oppiū Velensisib⁹ quid placeat, cum Philotimo videbis. Epeirum nostram, putabimus, sed alios cursus videbamur habinuri.

## CICERO ATTICO SAL.

197

E T R E S ipsa monebat, & tu ostenderas, & ego videbā de his rebus quas intercipi periculorum esset, finem inter nos scribendi fieri tēpus esse. sed cum ad me ſēpe mea Tullia scribat, orans vt quid in Hispania geratur expectem, & semper ascribat idem videri tibi, idque ipse eriam ex tuis literis intellexerim: non puto esse alienum me ad te, quid de ea re sentiam scribere. Consilium illud tunc esset prudens, vt mihi videtur, si nostras rationes ad Hispaniē sem casum accūmodaturi essemus, quod fieri dicatis oportere. necesse est enim aut id quod maxime velim, pelli illū ab Hispania, aut trahi id bellum, aut illum, vt confidete videtur, apprehendere Hispanias. Si pelletur, quād gratus, aut quād honestus tū erit ad Pompeiū noster aduentus, cum ipsum Curionē ad eum transiūrum putemus trahitur, bellum, quid expectē: aut quandiu relinquatur, vt si vincimur, in Hispania quiescamus: id ego contrā puto: illū enim victorē magis relinquendū puto, quād victū: & dubitantē magis, quād fidentē suis rebus: nam cædem video, si vicerit, & imperum in priuatotum pecu-

nias, & exulum reditū, & tabulas nouas, & turpissimotū honores, & regnū, non modo Romano homini, sed ne Persē quidē cuiquā tolerabile. Tācita esse poterit indignitas nostra: Pati poterunt oculi, me cum Gabinio lētentiam diceret & quidē illum rogari prius praeſto esse clientem tuum Chloclium Catelli, Plaguleum, ceteros. Sed cur inimicos colligo, qui meos necessarios à medicensor nec videre in curia sine dolore, nec versari inter eos sine dedecore potero? Quid si ne id quidē est exploratum, fore vt mihi licet? Scribunt enim ad me amici eius, me illi nullo modo fatigescere, quod in Senatum non venerim. Ta men nec dubitemus an & nos etiam cum periculo venditemus, quicum coniuncti ne cum premio quidē volumus esse. Deinde hoc vide, non esse iudicium de tota contentione in Hispanis: nī forte his amissis, arma Pompeiū abiectū putas, cuius omne consilīu Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse rerum potiri. Itaque qui nunquam id egit, vt Hispaniz per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Naugabit igitur cum erit tempus, maximis classibus, & ad Italiam accedet, in qua nos sedentes quid crimus? Nam medios esse iam non licet: classibus aduerfabimur igitur quod malum maius scilicet tantum, denique quid turpis? Annibal hic in absentia, foliū tuli scelus eiusdem, cum Pompeio & cum reliquis principibus non feram? Quid si iam nūllo officio, periculi ratio habenda est, ab illis est periculum, si peccato: ab hoc, si recte fecero, nec vllum in his malis consilium periculo vacuum inseniri potest: vt non sit dubium quin turpiter facere cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiam cum salute, non simul cum Pompeio mare trāscierimus, omnino potius: Extat tatio dierum, sed tamen (fateamur enim quod est) ne condamus quidem, vt possimus: fefellerit ea res, qua fortasse non debuit, sed fefellerit pacem putauī fore: quz si esset, iratum mihi Cæsarem esse, cum idem amicus esset Pompeio, noluī. Senseram enim quādū idem essent: hoc verens in hanc tarditatem incidi, sed allequar omnia, si propero: si cunctor, amiro. Et tamen mi Attici auguria quoque me incitant quadam spe non dubia, non hac collegiū nostri ab Appio, sed illa Platoni de tyrannis, nūllo enim modo posse video stare istum diutius, quin ipse per se etiam languētibus nobis cōcidat: quippe qui florētis ac nouos vt vti diebus ipsi illi egēti ac perdite multitudini in odiū acerrimum venierit: qui duarū rerum simulationē tam cito amiserit, mansuetudinis in Merello, divitiarū in zario. Iam quibus vitatur vel socii, vel mihi, si ii prouincia, si rep. regent, quotum nemo duo menes potuit patrimonium suum gubernare? Non sunt omnia colligenda, quz tu acutissime perspicis: sed tamen ea pone ante oculos, iam intelliges id regnum vix semestre esse posse. Quod si me fefellerit, seram, si cur multi clarissimi homines in rep. excellentes tulerunt, nī forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malice censueris, quād exilio Themistocleo: qui cum fuisset, vt ait Thucydides, οὐ μεγάλα δι λαχεῖσα βασικές αρχές μάκει, τοι δέ πολιτεία την τελείωσιν ἀπειλεῖ, tamen incidit in eos casus, quos vitalissi si cum nihil fefellerit: etiā is erat (vt ait idem) qui τοι μεγάλα καὶ τοι εξαιρεῖται πόλεμος, tamen nō vidit, nec quomodo Lacedemoniorū, nec quomodo suorū ciuium inuidiam effugeret, nec quid Artaxerxi polliceretur. Non fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tā dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil vtrunque corū fefellerit. Nos ramen hoc cōfirmamus illo augurio, quod diximus: nec nos fallit, nec aliter accidit. corrue iste necesse est, aut per aduersarios, aut ipse per se: qui quidē sibi est aduersarius vnuis acertimus. id spe ro viuis nobis fore: quānqā cōpus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare: si quid acciderit maturius, haud sanè mea multū interfuerit, vt rūm factū videam, an futurum esse multo antē viderim. Quz cum ita sint, non est committendum vt iis parere quos contra me Senatus, nequid res publica detrimenti acciperet, armavit. Tibi sunt omnia cōmendara, quz commendationis mea, pro tuo in nos amore, non indigē. ne hercule ego quidē reperio quid scribam: sedeo enim ~~stans~~, etiā nihil vñquam tam fuit scribendum, quād nihil mihi vñquam ex plurimis suis iucunditatibus gratius accidisse, quād quod meā Tulliā suauissime diligentissimē coluisti. Valde eo ipsa delectata est, ego autē nō minus: cuius quidē virtus mirifica, quomodo illa fert publicā clādē, quomodo

domesticas tricas: quantus autem animus in discipulo nostro: sit summa virtus, tamen nos recte facere & bene audire vult. sed haec super te nimis, ne meam ipse exponam euocem. Tu siquid de Hispaniis certius, & siquid aliud, dum adsumus scribes: & ego fortasse descendens dabo ad te aliquid: eo etiam magis, quod Tullia te non putabat hoc reporte ex Italia. Cum Antonio item est agendum, ut cum Curione Melita me velit esse. huic bello nolle interesse: eo velim tam faciliter possem & tam bono in me, quam Curio. Is ad Missenū V I Non. venturus dicebarū, id est hodie. Sed praemissū mihi odiosas literas hoc exemplo.

ANTONIUS TR. P. L. PROPR. CICERONI IMP. SAL. 198

N I S I te valde amarem, & multo quidem plus quam tu putas, non extinxisset rumor qui de te prolatus est, cu presertim falsum esse existimarem: sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimilare mihi famam quoque quamuis sit falsa, magni esse: te iturū trans mare, credere non possum, cum tanti facias Dolabellam & Tulliam tuam feminam, lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias: quibus mehercule dignitas amplitudine tua penè charior est quam tibi: sed tamen non sum arbitratus esse amici non commoueri, etiam improborum sermonem atque eo feci studiosius, quod iudicabam duriores partis mihi impositas esse ab offensione nostra, quia magis à ~~curio~~, mea, quam ab iniuria tua nata est: sic enim volo te tibi persuadere, mihi nemine esse chariore te, excepto Cesare meo, meque illud vna iudicare Cesarem maxime in suis M. Ciceronem reponere. Quare mi Ciceron te rogo, vt tibi omnia integrā serues: eius fidem improbes, qui tibi, vt beneficium daret, prius iniuriam fecerūt: contra ne profugias, qui te esfi non amabit (quod accidere non potest) tamen salnum amplissimumque esse cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium familiarissimum meum misi, vt mihi magnē cura tuam vitam ac dignitatem esse scires.

Eodem die à Cesare Philotimus atque hoc exemplo,

C A E S A R I M P. M. C I C E R O N I I M P. S A L. 199

E T S I te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen permotus hominum fama, scribendū ad te existimauī, & pro nostra benevolentia petendum, nequid progederetis proclinata iam re, qua integrā etiam progrediendū tibi non existimases: nanque & amicitiz grauiorem iniuriam feceris, & tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus videbere: omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur: nec causam fecutis, eadem enim tum fuit, cum ab eorum consilis abesse iudicasti: sed meū aliquod factū cōdēnauisse, quo mihi grauius abs te nil accidere potest: quod ne facias, pro iure nostræ amicitiz à te peto. Postremo quid viro bono & quieto, & bono cuius magis cōuenit, quam abesse à ciuilibus cōtrouersi: Quod nonnulli cū probarent, periculi causa se qui nō potuerūt explorato & vita mea testimonio, & amicitiz iudicio, neque tutius, ne que honestius reperies quidquā, quam ab omni cōtentione abesse. X V Kal. Mai. Ex itinere.

C I C E R O A T T I C O S A L.

200

A D V E N T U S Philotimi (at cuius hominis, quam insulsi, & quam sape pro Pompeio mentientis) exanimauit omnis qui mecum erant. Nam ipse obduruī: dubitauit nostrum nemo quin Cesare itinera repressisset: volare dicitur. Petreius cum Afranio coniunctissime: nihil afferit eiusmodi. Quid queris: etiam illud erat persuasum: Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniā per Illyricum fecisse: id enim ~~curio~~, nunciabatur. Melitam igitur opinor capessamus, dum quod in Hispania: quod quidem propemodum videor ex Cesari literis ipsius voluntate facere posse, qui negat neque honestius neque tutius mihi quidquā esse, quam ab omni contentione abesse. Dices, Vbi ille ergo tuus animus, quem proximis litteris Adeſt, & idem est. Sed vitam meo solum capite decernerem: lacrymæ meorum me interdum mollient, precentium vt de Hispaniis exp̄temus. M. Cratii quidem ep̄istolam: scriptam miserabiliter, quum hoc idem oblectaret vt expectarem, ne fortunas meas, ne venianam filiam, ne meos omnes tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri: et si meus quidem est fortior, cōque ipso vehementius commouer, nec quidquam nisi de dignatione laborat. Melitam igitur. deinde quod videbitur. Tu tamen etiam nunc mihi aliquid literarum, & maxime siquid ab Afranio. Ego si cum Antonio locutus ero, scribam,

ad te quid actum sit: ero tamen in credendo, ut mones, cautus: nam occultandi ratio cum difficultis, rum etiam perieulosa est. Scrutium expecto ad Nonas, & adiudic à Posthumia, & Senii filii. Quartanam leuorem esse gaudeo. Misericordia Celi etiam literarum exemplum,

CAELIUS CICERONI SAL.

201

EX ANIMATVS tuis literis, quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti, neque id quod esset perscripsisti, neque id tamē quale esset quod cogitares, aperisti, has ad te illico litteras scripsi. Per fortunas tuas Cicero, per liberos te oratio & obsecro, nequid grauius de salute & incolumitate tua consulas. nam deos hominēisque, amicitiamque nostram testifi-  
cor, me tibi prædixisse, neque temere monuisse, sed postquam Cæsarem conuenerim, senten-  
tiāque eius, qualis futura esset pars victoriae, cognorim, re certiore feci. Si existimas ean-  
dem rationem fore Cæsaris in dimittendis aduerariis, & conditionibus ferendis, erras. ni-  
hil nisi atrox & sciam cogitat atque etiam loquitur: itatus Senatui exiit. His intercessio-  
nibus planè incitatus est: non mehercules erit deprecationi locus. Quare si tibi tu, si filius  
vniuersus, si dominus, si spes tuæ reliqua tibi charæ sunt: si aliquid apud te nos, si vir optimus  
gener tuus, valemus, quorum fortuna non debes velle conturbare, ut eam causam, in cuius  
victoria salus nostra est, odise aut relinquere cogatur, aut impiam cupiditatem contra  
salutem tuam habeamus. Denique illud cogita, quod offendere fuerit, in ista cunctatione te  
subiisse: nunc te contra victorem Cæsarem facere, quem dubiis rebus Iudicare noluisti, & ad  
eos fugatos accedere, quos resistenter sequi nolueris, summae stultitiae est. Vide, ne dum pu-  
det te parum optimarem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. Quod si totum  
tibi persuadere non possum, latenter dum quid de Hispanis agamus, loquitur, expecta: quas  
tibi nuncio aduentu Cæsaris fore nostras. Quam isti spem habeant amissis Hispanis, ne-  
scio. Quod porro tuum consilium sit, ad desperatos accedere, non mediostidiū reperio.  
Hoc quod tu non dicendo mihi significasti, Cæsar audierat: ac simulatque Haue mihi di-  
xit, statim quid de te audiret exposuit. Negauit me scire, tamen ab eo petui ut ad te literas  
mitteret quibus maxime ad remanendum commoueri possem. Me secum in Hispaniam du-  
cit: nam nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accedrem, vbi cunque tu es, ad te per-  
cucurrisem, & hoc à te præsens contendissem, atque omni vi te retinuisssem. Etiam atque  
etiam Cicero cogita, ne te tuosque omnis funditus cuertas: nec te sciens prudensque eō de-  
mittas, unde exitum vides nullum esse. Quid si te aut voces optimatiū commouent, aut  
nonnullorum hominum insolentiam & iactationem ferre non potes, eligas cœsio aliquod  
oppidum vacuum à bello, dum hæc decernuntur, quæ iam erunt confecta. Id si feceris, &  
ego te sapienter fecisse iudicabo, & Cæsarem non offendes.

CICERO ATTICO SAL.

202

M E cecum, qui hæc antè non viderim! Misericordia ad te epistolam Antonii: & cū ego sapissime  
scripissim, nihil me contra Cæsaris rationes cogitare: meminisse me generi mei, meminisse  
se amicitia: potuisse, si alter sentire, esse cū Pöpicio. Me autem, quia cū lictoribus iniutus cur-  
sarem, abesse velle, nec id ipsum certum etiam nunc habere, vide quām ad hæc ~~reputemur~~.

Tuū consilii quām verū est? Nam qui se mediū est vult, in patria manet: qui proficietur,  
aliquid de altera aut a parte iudicare videtur. Sed ego is non sum qui statuere debet, iure  
quis proficiatur, necne. Parteis mihi Cæsar has imposuit, nequē omnino discedere ex Ita-  
lia pateret: quare patui refert, me probare cognitionē tuā, si nihil tamē tibi remittere pos-  
sum. Ad Cæsarem mitras censeo, & ab eo hoc petas: non dubito quin impetraturus sis, cum  
prefertim te amicitia nostræ ratione habituru esse pollicearis. Habet ~~etiam~~ ~~etiam~~ ~~etiam~~ om-  
nino excipiā hominē. Erat autem in Non. vēterus vespri, id est hodie. Cras igitur ad me for-  
tasse veniet, tentabo, audeam nihil properare, misurum ad Cæsarem clamabam, cū paucissi-  
mis alicubi occulabor. Certe hinc ipsis iniurissimis euolabo, atque vitram ad Curionē ~~ab~~  
~~ab~~ ~~ab~~ ~~ab~~. Magnus dolor accessit, efficietur aliquid dignum nobis. Ameta tua mihi valde  
molesta: medere amabo, dū est ~~ajū~~. De Massiliis gratæ tuæ mihi literæ, quofo ut scia  
quidquid audieris. Ocellam, cuperem, si possem. palam quid à Curione efficerā. Hic ego  
Scrutium expecto. Rogor enim ab eius vxore & filio, & puto opus esse. Hic tamen Cith-  
Y.ii.

## Ad Atticum

ridem secum lectica aperta portat, altera vxorem. Septem præterea coniunctæ lecticæ amicarū, hæ sunt amicorum. Vide quām turpi leto percamus. Et dubita si potes, quin ille, seu victus seu vicit redierit, eadem facturus sit. Ego vero véhicule, si nauis non erit, cripiantur me ex illorum patricidio. Sed plura scribam, cum illum consuenero. Iuuenem nostrum nō possum non amare: sed ab eo nos non amari planè intelligo. Nihil ego vidi tam ~~in Amicis~~, tam auersum à suis: tamen scio quid cogitans, vim incredibilem molestiarum: sed erit cura & est, ut regatur. mirum est enim ingenium, ~~in Amicis~~

CICERO ATTICO SAL.

203

**O B S I G N A T A** iam epistola superiore, non placuit ei dare cui constituerā, quod erat alienus. itaque eo die data non est. Interim venit Philotimus, & mihi à te literas reddidit: quibus quæ de fratre meo scribis, sunt equidē parū firma, sed habet nihil ~~in Amicis~~, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil quod non quòd velis, uno sermoni possis perducere. ne multa, omnes suos, etiā quibus irascitur crebrius, tamē charos habet, me quidem scipio chariorem. Quod de puer aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehēdo. De iuvene & de sorore, quæ scribis, molesta sunt: tóque magis quod ea tempora nostra sunt, vt ego his mederi non possum. Nam certe mederer: sed quibus in malis & qua in desperatione rerum sumus vides. Illa de ratione nūmeria non sunt eiusmodi. Sæpe enim audio ex ipso, vt nūc cupiat tibi præstare, & in eo laboret. Sed si mihi Q. Axius in hac mea fuga ~~in Amicis~~ non reddit, quæ dedit eius filio mutua, & vtitur excusatione tēporis, si Lepta, si ceteri: soleo mirari de nescio quis ~~in Amicis~~ x x, cum audio ex illo se vrgeri. Vides enim profectō angustias, curari tamen ea tibi vbiique iubet. An existimas illū in isto genere lentalū aut restrictūne: mo est minus. De fratre sat is. Lenis in filio: indulxit illi quidem suus patet semper: sed non facit indulgentia mendacem, aut auarum, aut non amantem suorum: ferocem fortasse ac arrogantis & infestū facit. Itaque habet hæc quoque quæ nascuntur ex indulgentia, sed ea sunt tolerabília. Quid enim dicā hac iuuenturea vero quæ mihi quidem, qui illū amo, sunt his ipsis malis in quibz sumus, mīferiora, non sunt ab obsequio nostro: nam suas radices habent, quas tamen cuellerem profectō si liceret. Sed ea omnia mihi sunt patientia. Ego meū facile teneo. nihil est enim eo tractabilius, cuius quidem misericordia, languidiora adhuc s consilia cepi: & quo ille me certiore vult esse, eo magis timeo ne in eum existam crudelior. Sed Antonius venit heri vesperi. Iam fortasse ad me veniet, aut ne id quidem, quoniā scripsit quid fieri veller. Sed scies continuo quid actum sit. Nos iam nihil nisi occulite. De pueris quid agam: paruōne naugio cōmitatu. Quid mihi animi in naugando cœles fo: re Recordor enim aestate cū illo Rhodianū ~~in Amicis~~ nastigas, quām fuerim sollicitus. Quid duro tempore anni actuariola fore censes: rēndique miseram. Trebatius erat meū, vir planū & cuius bonus: quæ ille monstrat. Dii immortales! etiamne Balbus in Senati venire cogiter: sed ei ipsi cras ad te literas dabo. Vēctenū mihi amicū, vt scribis, ita puto esse: cum co:quid ~~in Amicis~~ ad me scripsiterat de nummis curandis). ~~in Amicis~~ erat: id tu, si ille aliter accepterit ac debuit, lenies. Monetali autem adscripsi, quod ille ad me Proconsulēm: sed quoniā est homo, & nos diligimus, ipse quoque à nobis diligatur. Vale.

CICERO ATTICO SAL.

204

**Q V I D N A M** mihi futurum erat quis me non solum infelicior, sed iam etiam turpior? Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc videbat, sed hoc Trebatio narravit. Quid agam nunc, cui nihil procedit, cadūntque ea quæ diligentissime sunt cogitata, tēterūne! Ego enim Curionem nactus, omnia me consecutum putauis: de me ad Hortensium scripsiterat. Reginus erat totus noster. huius nihil. suspicabamur enim hoc mare negoti fore. Quo mc nūc vertārūndique custodior: sed sat is lacrymis. ~~in Amicis~~ igitur & occulite in aliquam onerariam corrependum: non cōmittendū vt etiā cum pacto prohibiti vidcamur. Sicilia petenda: quam si erimus nacti, maiora quadam consequemur, sit modo recte in Hispaniis: quanquam de ipsa Sicilia vtrinam sit verum, sed adhuc nihil secundi. Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus, orasse ut resisteret: omnia pollicitos: cōmorū illum, delectū habere copiisse: nō credo, ut est luculentus auctor:

potuisse certe tenere illam prouinciam scio. Ab Hispanis autem iam audietur. Hic nos C: Marcellum habemus eadem de re cogitarem, aut bene simulantem: quanquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo eius audiebam. Tu quoque, siquid habebis noui: ego si- quid moliti erimus, ad te statim scribam. Q. Filium severius adhibeo. vitam prothecere possem. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpero, ne quan- do quid emaneat: ego item tuas. Scrutium expecto, nec ab eo quidquam  $\pi\alpha\mu\tau\alpha$ . Scies quid erit. sine dubio errasse nos confidendum est. at semelat vna in re immo omnia quo diligenter cogitata, eo facta sunt imprudentia.  $\pi\alpha\mu\tau\alpha \tau\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha$ . In reliquo modo ne ruamus. Iubes enim protectionem meam prouidere. Quid prouideam? ita patient omnia quae accidere possunt, ut ea si vitem, sedendum sit cum dedecore & dolore: si negli- gam, periculum est ne in manus incidam perditionis. Sed vide quantis in miseriis sumus. optandum interdum videtur ut aliquam accipiamus ab istis quamvis acerbam iniuria, ut tyrano in odio fuisse videamur. Quod si nobis is cursus, quem sperar, pateret, efficiem aliquid profecto, ut tu oportas, ut hortaris, dignum nostra mora. sed mirifici sunt custodiz, & quidem ille ipse Curio suspectus. Quare vi aut clam agendum est: & si vi, forte & cu tem- pestate: clam autem istis, in quo siquod  $\pi\alpha\mu\tau\alpha$ , videt quā turpe est: trahimur, nec fugien- dum, siquid violentius. De Cælio sape mecum agito, nec siquid habuero tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse. Massiliensem factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispanis. Minus enim auderent, si aliter esset, & scirent. Nam & iuncti & diligentes sunt. Odium autem recte animaduertis significatum theatro. 11. legiones, etiam has quas in Italia assumpsit, alienissimas esse video: sed tamen nihil ini- micus, quā sibi ipse. Illud recte times, ne ruat. Si desperarit, certe ruet. quo magis effi- ciendū aliquid est, fortuna velim meliori, animo Cælianō: sed primo quidquid quod qua- lecunque erit, continuo scies. Nos intueni ut rogas suppeditabimus, & Peloponēsum ipsam sustinebimus. Est enim indolcs, modo aliquid hoc sit:  $\pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha$ . Quod si adhuc nullum est, esse tamen potest, aut  $\pi\alpha\mu\tau\alpha$  non est  $\pi\alpha\mu\tau\alpha$ , quod mihi persuaderi non potest.

## CICERO ATTICO SAL.

205

EPISTOLA tua gratissima fuit mea Tulliae, & mehercule mihi, semper secum ali- quid afferunt tue literæ. Scribes igitur aliquid ad spcm: poteris me de miseriis. Tu Antonii leones pertinebas caue. Nihil est illo homine iuscindius. Attende  $\pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha$ . Euocavit literis ē municipiis denos, & 11 11 viri venerunt ad villam eius mane. Primum dormiuit ad h. 1 1 1. deinde cum esset nunciatū venisse Neapolitanos & Cumanos (his enim est Cæsar iratus) postridie redire iussit, lauari se velle, &  $\pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha \pi\alpha\mu\tau\alpha$ . Hoc heri effect. hodie au tem in AEnariam transire constituit. exilibus redditum pollicetur. Sed hæc omittamus, de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi literas, de Tirone gratum. Vectionem diligo. Vefto rio reddidi. Scrubis prid. Non. Mai Minturni mansisse dicitur, hodie in Litemino manfu- rus apud C. Marcellum. Cras igitur nos mature videbit, mihique dabit argumentum ad te epistolæ. Iam enī non reperio quid tibi scribam. Illud admiror, quod Antonius ad me ne nuncium quidem, cum preferimt me valde obseruarit: videlicet aut aliquid atrocius de me imperatum est: coram negare mihi non vult: quod ego nec rogatus eram, nec si impe- trafsem, crediturus. Nos tamen aliquid excoxitabimus. Tu quoque, siquid in Hispanis, iam enim poterit audiiri, & omnes ita expectant, ut si recte fuerit, nihil negoti futurum putem. Ego autem nec retentis his, conjectam rem puto, neque amissis desperatam. Silium & O- ccllam, & ceteros credo retardatos. Té quoque à Curtio impediри video. Et si, ut opinor, ha- bes Scytha  $\pi\alpha\mu\tau\alpha$ , & vitam miseram, maiusque malum, tandem timere, quā est illud ipsum quod timetur. Scrubis, ut antea scripsi, cū venisser Non. Mai, postridie ad me venit. Ne diu- tius te teneam, nullius consiliū exitum intenimus. Nunquam vidi hominem perturbatio- rem metu: neque hercule quidquam timebat quod non esset timendū. illum sibi iratū, hūc non amicū, horribilem vtriusque victoriā, cū propter alterius crudelitatem, alterius au- daciam, tum propter vtriusque difficultatem pecuniarū, qua frui nusquam, nisi ex priuatorū bonis posset. Atque hæc ita multis cū lacrymis loquebatur, ut ego mirarer eas tā diuturna

Y. iii.

## Ad Atticum

miseria non exaruisse. Mihi quidem etiam lippitudo haec, propter quam non ipse ad te scripsi, sine villa lacryma est: sed sapientia odiosa est propter vigilias. Quamobrem quidquid habes ad consolandum, collige: & illa scribe, non ex doctrina neque ex libris (nam id quidem domi est) sed necio quomodo imbecillior est medicina quam morbus. Haec potius conquiri de Hispaniis, de Massilia. Quix quidem satis bella Seruus afferat, qui etiam de duabus legionibus luculentos autores esse dicebat. Haec igitur si habebis & talia, & quidem paucis diebus aliquid audiri necesse est. Sed redeo ad Seruum. Distulimus omnino sermonem in posterum, sed tardus ad excundum, multo se in suo lectulo malle quidquid foret. Odiosus Ienipulus de filii militia Brundisina. Vnum illum firmissime asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iterum. Nos autem ad haec, & ipsum certo fore, & quix iam fiebant non esse leuiora, multaque colligebamus. Verum ea non animum eius augebant, sed timorem, vt iam celandum magis de nostro consilio quam ad idem videretur, quare in hoc non multum est. Nos à te admonitus, de Cælio cogitabimus.

CICERO ATTICO SAL.

206

S E R V I U S cum esset apud me, Cephalio cum tuis literis V Id. venit, quix nobis magnam spem attulerunt meliorum rerū de octo cohortibus (etenim hæ quoque, quix in his locis sunt, labare dicuntur) eodem die Funifularius à te atculit literas, in quibus erat confirmatus idem illud. Ei de suo negotio respondi cumulate, cū omni tua gratia, adhuc non satissimacibat. Debet autem mihi multis nummos, nec habetur locuples: nunc ait se datum, cui ex P. fustulerit moram tabellarius. si apud te esse quas satissimæ, dares, quantum sit, Eros Philotimi tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Cælianum illud maturescit. Itaque torqueor vrum ventum expectem. Vexillo opus est. conuolabunt. Quod suades ut palam, prorsus ascensio. Itaque me prosectorum puto. Tuas tamen interim literas expecto. Scrui consilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni sententia occurruerunt. Vnum C. Matcello cognoui timidiorem, quem C. O. s. fuisset penitus, <sup>ū mānē ēp̄m̄b̄r̄</sup> qui etiam Antonium confirmasse dicuntur, vt me impeditet, quod ipse credo honestius. Antonus autem V Id. Capuam prosectorus est, ad me misit, se pudore deterritum ad me non venisse, quod me sibi suscensi putaret. Ibitur igitur, & ita quidem ut censes, nisi cuius gravioris personæ suspicienda species erit ante oblatu. sed vix erit tam citio. Halicenus autem Protor putabat aliquem: sed ego, non ex collegis suis: qui quis licet, dum modo aliquos. De foro te laudo: de Q. pueru datur opera, spero esse meliora. De Q. fratre scito cū non mediocriter laborare de vñtra, sed adhuc nihil à L. Egnatio exprelit Axius de XII millibus pudens. Sapere enim a scripsit ut Gallio, quantum is vellet, darem. Quod si non scripsisset, possemne aliter. Et quidem sapere sum pollicitus: sed tantu voluit scito: me vero adiuuarent iis in angustiis, sed tu istos, verum alias. Te à quartana liberatum gaudeo, itemque Piliam, ego dum panes & cetera in nauem parantur, excurro in Pompeianum. Vesceno velim gratias, quod studiosus es: quinque natus eris, qui perferat literas, des ante quam discodimus.

CICERO ATTICO SAL.

207

C O M M O D U M ad te dederam literas de pluribus rebus, cū ad me bene manus Dionysius fuit, cui quidem ego non modo placabilem me præbuisem, sed totu remissisem, si venissem, qua mente tu ad me scriperas. Erat enim sic in tuis literis quas Arpini accepere, cum venirentur, facturumque quod ego vellem. Ego volebam autem, vel cupiebam potius, esse eum non biscum. Quod quia planè cum in Formianu venisset, præciderat, asperitus ad te de eo scribere solebam, at ille per pauca locutus, hanc summam habuit orationis, vt sibi ignoraret, se rebus suis impeditu nobiscum ire non posse. Pauca respondi, magnu accepi dolorem, intellexi fortunam ab eo nostrā despectam esse. Quid quatzis fortale miraberis: in maximis horum temporū doloribus, hunc mihi scito esse. Velim ut tibi amicus sit. Hoc cū tibi opto, opto ut beatus sis, erit enim tandem. Consiliū nostrū spero vacuum periculo fore. Nam & dissimilauimus, &c, ut opinor, acerrime adseruabimus, nauigatio modo sit qualem opto. Cetera, quæ quidem consilio prouideri poterunt, cauebuntur. Tu, dii adsumus, non modo quæ scieris audieris, sed etiam quæ futura prouidebis, scribas velim. Caro, qui Siciliā tenere nullo

negotio potuit, & si tenuisset, omnes boni ad eum se cotulissent, Syracusis profectus est ante diem V 111 Kal Mai, vt ad me Curio scripsit. Utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniā teneat. est enim rumor. O, si id fuerit, turpe Catonē. Ego, vt minuerē suspicione perfectionis aut cogitationis meæ, profectus sum in Pompeianū ad 1111. Id, vt ibi essem, dum quæ ad nauigandum opus essent, patarentur. Cum ad villam venisse, venti est ad me: Centuriones triū cohortium, quæ Pœpæ sunt, me velle postridie. Hec meū Ninnius noster, velle eos mihi se & oppidū tradere. At ego tibi postridie ad villam ante lucē, vt me omnino illi ne videret. Quid enim erat in tribus cohortibus: quid si plures quo apparatu cogitauit eadē illa Cælia na, quæ legi in epistola tua quam accepi. Simil & in Cumanū veni eodē die: & simul fieri poterat vt tentare emur. Omné igitur suspicione sustuli. Sed cū redeo, Hortensius venerat, & ad Terentii salutari diuertar: sermone erat vius honorifico erga metamen cū (vt puto) videbo, miseri enim puerū, sed ad me venire. Hoc quidē melius, quam Collega noster Antonius, cuius inter lictores lectica Mima portatur. Tu, quoniam quartana caries, & nouū morbi remouisti, sed etiā grauedine, rēque vegetū nobis in Græcia feste, & literarū aliquid interea.

## CICERO ATTICO SAL.

208

P R I D. Id. Hortensius ad me venit scripta epistola. Vellem cetera ciui quām in me incredibilem tuas: qua quidem cogito vti. Deinde Serapion cum epistola tua: quam priusquam aperuissé, dixi & te ad me de eo scripsiisse antea, vt feceras. Deinde epistola scripta cumulatissime cetera. Et hercule hominem probbo: nam & doctum, & probum existimo: quin etiam naui eius me & ipso conuectore usurum puto. Crebro refricat lippudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impedit scriptionem meam. Valetudinem tuā iam conformatam esē & à vetere motbo, & à nouis tētationibus, gaudeo. Ocellam vellem haberemus: videntur enim esē hæc paulo faciliora. Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. id si cras erit, vtinam idem maneat Hortensius, siquidem adhuc erat: liberalius esse nihil potest. De diplomate admiraris, quasi necio cuius te flagitiis insimularem. Negas enim te reperire quæ mihi id in mente mentem venerit. Ego autem, quia scriperas te proficisci cogitare (etenim audieram nemini aliter licere) ob te habere censebam, & quia pueris diploma sumperas. Habes causam opinionis meæ, & tamen velim scire quid cogites, in primitusque liquid etiam nunc noui est. X V 11 Kal. Iun.

## CICERO ATTICO SAL.

TULLIA mea peperit X 1111 Kal. Iun. puerum ~~terribilissimum~~, quod ~~terribilis~~ gaudem. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Me misericordia tranquillitates adhuc tenerunt, atque maiore impedimento fuerunt, quām custodiz quibus alterius. Nam illa Hortensina omnia fuere infantia. Ita fiet homo nequissimus: à Saluio liberto depravatus est. Itaque posthac non scribam ad te quid facturus sum, sed quid fecerim. Omnes enim ~~expansum~~ vivi dentur subfuscatare quæ loquit. Tu tamē siquid de Hispaniis, siue quid aliud, perge quæ so scribere: nec meas literas expectaris, nisi cum quod opto peruenientius, aut si quis ex cursu sed hoc quoque timide scribo, ita omnia adhuc tarda & spilla: vt male possumus initia, sic cetera sequuntur. Formias nume sequimur: eadem nos fortassis furiz persequentur. Ex Balbi autem sermone quem tecum habuit, non probamus de Melita. Dubitas igitur quin nos in hostium numero habeat: Scripti equidem Balbo te ad me de benevolentia scripsi & de suspicione. Egi gratias: de altero ei me purgavi. Ecquem tu hominem infeliciorem! Non loquor plura, ne te quoque exerciem: ipse confidior venisse tempus, cum iam nec fortiter nec prudenter quidquam facere possim.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER XL

## CICERO ATTICO SAL:

209

ACCEPI à te signatum libellum, quem Anteros attulera, ex quo scire nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflitor: quod qui eas dispensauit,

Y. iii.

neque adest iste, neque vbi terrarum sit seio. Omnem autem spem habeo exsitationis, priuatarumque rerū in tua erga me mihi perspectissima benevolentia: quam si his temporibus misericet, & extermis praefiteris, haec pecunia quæ mihi communia sunt cum ceteris, fortius feram: idque ut facias te obtestor atque oblecto. Ego in Castophoro, in Asia habeo ad h̄is & vicies. Huius pecuniz permutatione fidem nostram facile tueberis: quam quidē ego nisi expeditam relinquere putassem, credens ei, cui tu scis iam pridem minime credere, cōmoratus essem paulisper, nec domesticas res impeditas reliquissim. ob cāmque causam, serius ad te scribo, quod sero intellexi quid timendum esset. Te etiam atque etiam oro, vt me rotum tuendum suseipias: vt si illi salui erunt quibuscum sum, vna cum iis possim incolunis esse, salutēmque meam benevolentiz tuae acceptam referre.

CICERO ATTICO SAL.

210

LITERAS tuas accepi prid. Non. Feb. &c que ipso dic ex testamento creui hereditatem: ex multis meis miserrimi curis est vna enata, h̄i, vt scribis, ista hereditas fidei & fama mei tueri potest. quam quidem te intelligo etiam sine hereditate tuis opibus defensurū fuisse. De dote quod scribis, per omnes deos te obtestor, vt totam rem suicias, & illam miseriam culpa & negligētia, tuare meis opibus, siquicunq; sunt: tuis, quibus tibi molestū non erit, facultibus: cui quidē desce omnia quod scribis, oblecto te noli pati. In quos enim sumptus abeunt fructus prediorum: iam illa m̄ L x que scribis, nemo mihi vñquam dixit ex dote esse detracta: nunquam enim essem passus. Sed haec minima est ex his iniuriis quas accepi, de quibus ad te dolore & lacrymis scribere prohibebo. Ex ea pecunia quæ fuit in Asia, partē dimidiam ferē exegi. Tertius videbatur fore ibi, vbi est, quām apud publicanos. Quod me hortaris vt firmo sim animo: vellem posse aliquid afferre quamobrem id face-re possem. Sed si ad ceteras miseras accedat etiam id quod mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti de domo) quis me miserior vno iam fuit? Oro, oblecto, ignosc: non possum plura scribere. quanto macerore virgear, profecto vides. Quod si mihi cōmune cum ceteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior esset. Nunc nihil est quod comfoletur, nisi quid tu efficis, si modo etiam nunc effici potest vt nequa singulari officiar calamitate & iniuria. Tardius ad te remisi tabellarium, quod post testas mittendi non fuit. A tuis & nummorum accepi m̄ L x x, & vestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo. Nostri meos familiares: signum requirent, aut manum: dioces iis, me propter custodias ea vitaſſe.

CICERO ATTICO SAL.

211

QVID hic agatur scire poteris ex eo qui literas attulit: quem diutius tenui, quia cotidie aliquid noui expectabamus. Neque nunc mittendi tamen vlla causa fuit, præter eam de qua tibi rescribi voluisti. Quod ad Kal. Quint. pertinet, quid vellem, vtunque graue est, etiam graui répore periculum rante pecuniz, & dubio rerum exitu, ista quam scribis abruptio. Quare vt alia, sic hoc vel maxime tuae fidei benevolentiazque permitto, & illius consilio & voluntati: cui misere consiluissim melius, si tecum olim coram potius, quam per literas de salute nostra fortunisque deliberauissim. Quod negas præcipiu m̄i vilium incommodum impendere, et si ista res nihil habet consolationis, tamen etiam præcipua multa sunt quæ tu profecto vides & granulata esse, & me facilime vitare potuisse. Ea tamen erunt minota, si vt adhuc factum est administration diligentia tua leuabitur. Pecunia apud Egnatium est sit à me, vt est. Neque enim hoc quod agitur, videtur diuturnum esse posse, vt scire iam possim quid maxime opus sit. et si egeo rebus omnibus, quod is quoque in angustiis est quicunq; sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes nobis constitutis rebus, eam tē etiam honori fore. Tu, vt antea fecisti, velim, si qui erunt ad quos aliquid scribēdum à me exsistimes, ipſe conficias. Tuis salutem die. Cura vt valeas. In primis id, quod scribis, omnibus rebus cura & prouide, nequid ei desit, de qua scis me miserrimum esse. Id. Iun. ex castris.

CICERO ATTICO SAL.

212

ACC E P I ab Isidoro literas, & postea datas binas. ex proximis cognoui prædia non

vaniſſe. videbiſ ergo vt ſuſtēetur partim de Fruſinatī. ſi modo futuri ſumus, erit mihi res opportuna. Meas literas quōd requiriſ, impediſ inopia rerum, quas nullas habeo literis di- gnas; quippe cui nec que accidunt, nec que aguntur, vlo modo probētur. Utinam corām tecū olim potius, quām per epiftolas. Hic tua, vt poſsum, rucor apud hos: octera. Celer ipſe fugi adhuc omne munus: co magis, quōd ita nihil poterat agi, vt mihi & meis rebus aptū eſter. Quid ſit geſtum noui, queriſ: ex Ifidoro ſcire poteris, reliqua non videntur eſſe diſſi- ciliora. Tu id velim, quod ſciſ me maxime velle, cures, vt ſcribiſ, vt faciſ. Me conſciſ ſoli- citudo, ex qua etiam ſumma inſermitas corporis: qua leuata, ero vñā cum eo qui negotium gerit, eſtque in ſpc magna. Brutus amicus in cauſa verſatur acriter. Haſtenus fuit quod caute à me ſcribi poſſer. Vale.

De penſione altera, oro te omni cura conſidera quid ſit faciendum, vt ſcriphi hiſ literis, quas Pollex tulit.

## CICERO ATTICO SAL.

213

Q.V AE me cauſe mouetint, quām acerbz, quām graues, quām nouz, coegerintq; impetu magis quodā animi vti quām cogitatione, non poſsum ad te ſine maximo dolore ſcribere. Fuerunt quidem tantz: vt id quod vides, efficerint. Itaque nec quid ad te ſcribam de meis rebus, nec quid à te petam reperior: rem & ſumma negotii vides. Evidem ex tuis literis in- tellexi & iis quas communiquer cum aliis ſcriphiſ, & iis quas tuo nomine, quod etiam mea ſponte videbam, te ſubita re quāl debilitatum, noſtas rationes tuēdi mei querere.<sup>1</sup> Quōd ſcribiſ placere vt propius accedam, itēque per oppida noctu faciam: non ſanē video quē- admodum id fieri poſſit. Neque enim ita apta habeo diuerſoria, vt tota tempora diurna in his poſſim consumere. neque ad id quod queriſ, multum intererit, vtrum me homines in oppido videant, an in via. Sed tamen hoc ipſum, ſicut alia, cōſiderabo quemadmodum cō- modiſſime fieri poſſe videatur. Ego propter incredibilem & animi & corporis moleſtā, con- ſicere plureis literas non potui: hiſ tantū reſcripi à quibus acceperam. Tu velim & Baſilio; & quibus præterea videbitur, etiā Scruilio, conſcribiſ, vt tibi videbitur, meo nomine, quōd tāto internalo nihil omnino ad vos. Scriptis literis, profeſto intelligiſ rem mihi deſſe de- qua ſcribam, nō voluntatē. Quōd de Vatinio queriſ, neque illius, neque cuiusquam mihi præterea officium deſſit, ſi reperiſ poſſent qua in re me iuarent. Q. auerſiſſimo à me ani- mo Patriſ fuit. Eodem Corcyra filius venit, inde profectos eos vñā cum ceteris arbitror.

## CICERO ATTICO SAL.

214

SOLICITVM eſſe te cum de tuis cōmuniſibꝫ que fortunis, tum maxime de me, ac de dolore meo ſentio: qui quidē non modo non mintuitur cum ſocium ſibi adiungit dolorem tuum, ſed etiā augerit omnino. Pro tua prudentia ſentis qua conſolatione leuari maxime poſſim. Probas enim meū conſilium, nega que mihi quidquām tali tempore potius facie- dum fuiffe. Addis etiam (quod etiū mihi leuis eft quām tuum iudicium, tamen nō eft leue) ceteris quoque, id eft qui pondus habeant, factum noſtrū probari. Id ſi ita putare, leuis do- lerem. Crede, inquis, mihi. Credo euidem, ſed ſeo quām cupias minui dolorē meum. Me diſceſſiſ ab armis nunquam peneiuit: tanta erat in illis crudelitas, tanta cū barbaris geni- tibus coniunctio, vt non nominati, ſed generati proscriptio eſſet informata: vt iā om- nium iudicio coniūtiſſe eſſet, omnium velutum bona prædam eſſe illius victorie. veſtrum planè dico: nunquam enim de teipſo, niſi crudelifſime cogitatutum eft. Quare voluntatis mea n̄ inquit peneiitet, conſiliū peneiitet. In oppido aliquo mallem reſediſſe, quoad ac- cerſeret: minus ſermonis ſubiſſem, minus accepilem doloris, ipſum hoc me non angeret. Brundifi iacere, in omniſis parteſ eft moleſtū, propius accedere, vt ſuades, quomodo ſine liectoribus quos populus dedit, poſſum: qui mihi incolumi adimi non poſſunt: quos ego nō pauliſſer cū bacilliſ in turbā conice ad oppidum accedens, nequiſ impetus milieū fieret. recipio tempore me domo. Te niſi ad Oppium, quoniā iis placet modo propius ac- cedere, vt hac de re conſideraret, credo fore auſtores. Sic enim recipiunt, Caſari non modo de conſeruanda, ſed etiam de augenda mea dignitate curā fore: mēque hortantur vt ma- gno animo ſum, vt omnia ſumma ſperē, ea ſpondent, cōfirmant. quidē mihi explo-

ratoria essent, si remansisset. Sed ingero præterita. Vide quæsto igitur ea quæ restant, & ex-plora cū istis: & si putabis opus esse, & si istis placebit, quo magis factū noltrum Cæsar pro-  
bet, quasi de suorum sententia factum, adhibeantur Trebonius, Pâsa, siquii alii: scribantque  
ad Cæsarem, me quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. Tulliæ meæ morbus & imbecil-  
itas corporis me examinat, quam tibi intelligo magnæ curæ esse, quod est mihi gratissi-  
mum. De Pompeii exitu mihi dubium nunquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius,  
omnium Regum & populorum atimos occuparat: vt quoconque venisset, hoc putare fu-  
turum, non possum eius causam non dolere. hominem enim integrum & castum & gra-  
uem cognoui. De Fannio consoler te pernicioſa loquebatur de mansione tua. L. vero Len,  
tulus Hortensi domum sibi & Cæsaris hortos & Baiae desponderat. Omnino hæc eodem  
modo ex hac parte fiunt, nisi quibz illud erat infinitum. Omnes enim qui in Italia transe-  
runt, hostium numero habebantur. Sed velim hæc aliquando solutiore animo. Q. fratrem  
audio profectum in Asiam, ut deprecaretur. De filio nihil audiui, sed quæsto ex Diochare  
Cæsaris liberto, quem ego non vidi, qui istas Alexâdreas literas attulit. Is dicitur vidisse, an  
cuntem an iam in Asia. Tuas literas, prout res postulat, expecto: quas velim cures quam pri-  
mum ad me perferendas. I. 111 Kal. Decemb.

## CICERO ATTICO SAL.

215

**G R A T A E** tuæ mihi literæ sunt, quibus accurate prescripsi omnia quæ ad me pertine-  
re arbitratus es. Factū igitur, vt scribis, isti placere, iūdem isti lictoribus me vti, quibz con-  
cessum Scſtio sit: cui non puto suos esse concessos, sed ab ipso datos. Audio enim cum ea  
s. c. improbare, quæ post discessum Tribunorum facta sunt. Quare poterit, si volet sibi cō-  
stare, nostros lictores comprobare. quanquam quid ego de lictoribus, qui penè ex Italia de-  
cedere sim iussus? Nam ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se literarum, in qui-  
bus erat, se audisse Catonem, & L. Metellum in Italiam venisse, Romæ vt essent palantes sibi  
non placere, nequi motus ex eo fierent: prohiberique omneis Italia, nisi quorū ipse cau-  
sam cognouisset: dñeque eo vehementius erat scriptum. Itaque Antonius petebat à me per  
literas, vt sibi ignoscere, facere se non posse quin his literis parceret. Tum ad eum misit L. La-  
miam, qui demonstraret illum Dolabellam dixisse, vt ad me scriberet, vt in Italiam quāpri-  
mum venire, eius me literis venisse. Tum ille edixit ita, vt me exciperet & Lelium nomina-  
tim: quod sanè nolle, poterat enim sine nomine res ipsa excipi. O multas & grauis offen-  
siones: quas quidem tu das operam vt lenias: nec tamē nihil proficis, quin hoc ipso minuis  
dolorem meum, quibz vt minuas tam valde laboras, idque velim ne grauius quam sapissi-  
me facere. Maxime autē assequere quod vis, si me adduxeris vt existimem me bonorum in-  
dicium non funditus perdidisse. quanquam quid tu in eo potes nihil scilicet. Sed siquid res  
dabit tibi facultatis, id me maxime consolari poterit, quod nunc quidē video non esse. sed  
siquid ex euentis, vt hoc nunc, accidit, dicebar debuisse cū Pompeio proficisci. exiit illius  
minuit eius officii prætermis reprobationē. Sed ex omnibus nihil magis tamē desidera-  
tur, quām quibz in Africā non iterum iudicio hoc sum vñus, non esse barbaris auxiliis falla-  
cissima gentis rempub. defendendam, preterim contra exercitum sepe vietorem. Non pro-  
bār fortasse: multos enim viros bonos in Africam venisse audio, & scio vñus antea. Valde  
hoc loco vigeat. hic quoque opus est casu: aliqui sint ex eis, aut si potest omnes, qui salutē  
anterponat. nam si perleuerant & obtinent, quid nobis futurum sit vides. Dices, Quid illis  
si vieti erunt? Hoc est plaga. hæc me extuciant. Sulpici autem consilium non scri-  
psi: cur meo non anteponeres: quod eti non tam gloriosum est quām Catonis, tamen &  
periculo vacuum est & dolore. Extremū est eorum qui in Achæa luctui tamen ipso se hoc  
melius habēt quām nos, quibz & multi sunt vno in loco, & cū in Italiam venient, domū sta-  
tim venerint. Hac tu perge, vt facis, mitigare & probare quāplurimis. Quibz te excusas,  
ego vero & tuas causas nosco, & mea intercessi puto, te istic esse, vel vt cū iis quibus oporten-  
bit agas, quæ erunt agēda de nobis, vt ea quæ egisti. In primisque hoc velim animaduertas:  
multos esse arbitrari, qui ad Cæsarem detulerint, delaturive sint, me aut penitere cōsiliū mei,  
aut nō probare quæ fiant. quorum eti vtrunque verum est, tamen ab illis dicitur animo à

me alienato: non quo ita perspicerent, sed totum ut hoc Balbus sustineat & Oppius, & corū  
crebris literis illius voluntas erga me cōfirmetur. & hoc planè ut fiat, diligentiam adhibe-  
bis. Alterum est cur te nolim dil codere, quod scribis Terentiam flagitare. O rem miseram.  
Quid scribam: aut quid velim breue faciam, lacrymæ enim se subito profuderūt. tibi per-  
mitto, tu consule: tantū vide ne hoc temporis Terentia obesse aliquid possit. Ignoscere, ob-  
secro te, nō possum pte fletu & dolore diutius in hoc loco communorari. tantum dicam, nī  
hū mi gratius es, quam quod eam diligis. Quod literas quibus putas opus es, curas dan-  
das, facis cōmode. Q. filium vidi qui Sami vidūset patrem Sicyonem, quoniam deprecatio est  
facilis. Vrnam illi qui prius illem viderunt, me apud eum velint adiutum tantum, quan-  
tum ego illos vellem, siquid possem. Quod rogas ut in bonam partem accipiam signa finit  
in tuis literis quæ me mordeant, ego verò in optimam: tēque rogo ut aperte, quemadmo-  
dum facias, scribas ad me omnia; idque facias quam sapissime. Vale. xiiii Kal. Ian.

CICERO ATTICO SAL.

216

QVANTIS curis afficiar, esfi profecto vides, tamen cognosces ex Lepta & Trebatio.  
Maximas penas pendo temeritatis meæ, quam tu prudentia mihi videri vis: neque te de-  
tereo, quo minus id disputes, scribasque ad me quam sapissime: nonnihil enim me leuant  
tua literæ hoc répore. Per eos qui nostra causa volunt, valēntque apud illum, diligentissi-  
me contendas opus est, per Balbum & Oppiu maxime, ut de me scribant quam diligenter.  
Oppugnamur enim, ut audio, & à praesentibus quibusdam, & per literas, us ita occur-  
rendum, ut rei magnitudo postulat. Furnius et illic mihi inimicissimus: Quintus misit fi-  
lium nō solum sui deprecarorem, sed etiam accusatorem mei. Dicitur se a me apud Cæ-  
sarem oppugnari, quod refellit Cæsar ipse, omnēsque eius amici: neque vero defitit, ybi cū  
que est, omnia in me maledicta cōferte. Nihil mihi vnam tam incēdibile accidit, nihil  
in his malis tam acerbū. Qui ex ipso audissent, cum Sicyonem palam multis audiētibus  
loqueretur nefaria quadam, ad me perculerunt. Nostri genus, etiam expertus es fortasse, in  
me id est omne conuersum. sed augo cōmemorando dolorem, & facio etiam tibi. Quare  
ad illud redeo: cura ut huius rei causa, dedita opera mitat aliquem Balbus. ad quos vide-  
bitur, velim cutes literas meo nomine. Vale. x v Kal. Ian.

CICERO ATTICO SAL.

217

EGO vero & incante, ut scribis, & celerius quam oportuit, feci, nec in vlla sum spē: quippe  
qui exceptionibus edictorum retineat: quæ si non essent sedulitate effecta: & benevolen-  
tia tua, licet mihi abire in solitudines aliquas. Nunc ne id quidem licet. Quid autem me  
iuuat, quod ante imitum Tribunatu veni, si ipsum, quod veni, nihil iuuat: iam quid sperem  
ab eo qui mihi amicus nunquam fuit, cū iam legi etiam sum confectus & oppressus: Coti-  
die Balbi ad me literæ languidores, multaque multorum ad illum fortasse contra me. Meo  
vitio pereo, nihil mihi mali causa atulit: omnia culpa contracta sunt. Ego enim cū genus  
belli viderem, imparata & infirma omnia contra paratissimos iueram. quid facerem: cepo-  
ramque consilium non tā forte, quam mihi præter ceteros concedendum: celsum, vel po-  
tius parui. Ex quib[us] vnu qua mente fuerit is, quē tu mihi commendas, cognosces ex ip-  
suis literis, quas ad te & ad alios misisti: quas ego nunquā aperui sem, nisi res acta sic esset: de-  
latus est ad me fasciculus: solui, siquid ad me esset literarum: nihil erat. Epistola Vatinio, &  
Ligurio altera. Iussi ad eos deferrilli ad me statim ardentes dolore venerunt, scelus homi-  
nis clamantes. Epistolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorū. Hic Ligurius fu-  
tere. se enim scire summo illum in odio fuisse Cæsari: illum tamen nō modo souisse, sed &  
tantam illi pecuniam dedita honoris mei causa. Hoc ego dolore accepto, volui scire quid  
scripisset ad ceteros. Ipsi enim illi putau permiciofum fore, si eis hoc tantū scelus percre-  
buisset. Cognoui cūdem generis: ad te misi: quas si putabis illi ipsi vnde esse reddi, reddes:  
nil me latet: nam quod resignatz sunt, habet, opinor, eius signum Pomponia. Hac ille a-  
cerbitate initio nauigationis cū vñs esset, tanto me dolore affectit, ut postea iactuerim: ne-  
que nunc tam pro sc̄e, quam cōtra me laborare dicitur. Ira omnibus cebus virgor, quas su-  
stinet vix possum, vel plane nullo modo possum. quibus in miseriis vna est pro omnibus,

quod istam miseram, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Quare te, ut polliceris, videre planè velim: alium enim cui illam commendem habeo neminem, quoniam matris quoque eadem intellexi esse parata quæ mihi. sed si me non offendes, satis tamen habeo commendatam: patruumque in ea, quantum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali meo scripsi: quo virtutam suscepimus non esse, aut nequid ex eadem matre postea natum esset. Plura scribere fletu prohibeor.

## CICERO ATTICO SAL:

218

**A D M E A S** incredibilis ægritudines aliquid noui accedit ex his quæ de Q. Q. ad me afferuntur. P. Tertius meus necessarius operas in poeta, & scriptura Atque pro magistro dedit. Is Q. Filium Ephesi vidit v i Id. Decemb. cùmque studiose propter amicitiam nostram inuitauit. cùmque ex eo de me cōtarentur, cum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum: volumenque sibi ostendisse orationis, quam apud Cesarem contra me esset habitus. multa à se dicta contra eius amentiam: multa postea Patri, consimili sedere, secum Q. patrè locurum: cuius furor ex his epistolis quas ad te misi, perspicere potuisti. Hæc tibi dolori esse certo scio, me quidem excruciant: & eo magis quod mihi cum illis ne querendi quidem locum futuri puto. De Africanis rebus longe alia nobis, ac tu scripseras, nunciantur. Nihil enim firmius esse dicunt, nihil paratus. Accedit Hispania, & alienata Italia: legiūnum nec vis eadem nec voluntas. Urbane res perdit. Quid est vbi acquiescam, nisi quād tuas literas lego, quæ essent profecto crebrores, siquid haberetis quo putaretis meā molieſtiam minui posse. Sed tamen te rogo ut intermittas scribere ad me quidquid erit: cōſque qui mihi tā crudeliter inimici sunt, si odire non potes, accutes tamen: non ut aliquid proficias, sed ut tibi me charū esse sentiant. Plura ad te scribam, si mihi ad eas literas, quas proxime ad te dedi, rescripc̄s. Vale. x i i Kal. Febr.

## CICERO ATTICO SAL:

219

**C O N F E C T U S** iam cruciatu maximorum dolorum, ne si sit quidem quod ad te debet scribere, facile id exequi possem: hoc minus, quod res nulla est quæ scribenda sit: cum pressertim ne spes quidem illa ostendatur fore melius. Ita iam ne tuas quidem literas expecto: quanquam semper aliquid afferunt quod velim. Quare tu quidem scribito, cum erit cui des. Ego tuis proximis, quas tamen iam pridem accepi, nihil habeo quod rescribā. longo enim intervallo video immutata esse omnia: illa esse firma quæ debeat nos stultinize nostræ gratiæ illissimas penas pendere. P. Sallustio curanda sunt m x x x, quæ accepi à Cn. Sallustio: velim video ut sine mora carentur. De ea te scripsi ad Tertiām, atque hoc ipsum iam prop̄ consumptum est. Quare id quoque velim, cum illa video, ut sit quæ vtamur. hic fortasse potero sumere, si sciām istuc paratum fore: sed prius quād id scirem, nihil sum ausus sum: re. Qui sit omnium rerum status noster, video: nihil est mali quod non & sufficiam & expectem. Quarum rerum eo grauior est dolor, quo culpa maior. Ille in Achāia nō cessat de nobis detrahens: nihil videlicet tuæ literæ profecerunt. Vale. v i i i Id. Mart.

## CICERO ATTICO SAL.

220

**C E P H A L I O** mihi à te literas reddidit ad v i i i Id. Mart. vespere. Eo autem die mane tabellarios miseram, quibus ad te dederam literas, tuis tamē lectis literis, putavi aliquid rescribendum esse: maxime quod ostendis te pendere animi, quānam rationem sim Cesari allaturus profectionis meæ tum, cum ex Italia discesserim. Nihil opus est mihi noua ratione. Sepe enim ad eum scripsi, multisque mandauit, non potuisse, quum cupiūsem, sermones hominum suffinere, muleaque in eam sentītam. Nihil enim erat quod minus cū veleno existimare, quād me tanta de te non meo cōsilio vñsum esse. Postea quād mihi literæ à Balbo Cornelio minore missæ essent: illum existimare Q. Fratrem litum meæ profectionis fuisse (ita enim scripti) qui nondum cognossem quæ de me Quintus scripsisset ad multos: et si multa præsens in præsentē acerbe dixerat, & fecerat: tamen L. in eo his verbis ad Cesarem scripsi, De Q. Fratre meo non minus labore quād de meipso, sed cum tibi commēdere hoc meo tempore non audeo. Illud duntaxat tamē audebo petere abs te, quod te oto, nequid existimes ab illo factum esse quo minus mea in te officia constarēt, minūsve te di-

ligerem: potiusque illum semper auctore nostrae coiunctionis fuisse, meique itineris comitem, non ducem. Quare ceteris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua, amicitiaque vestra postular. Ego ei nequid apud te obscurum, id te vehementer etiam atque eriam rogo. Quare si quis congressus fuerit mihi cum Cesare, et si non dubito quin is lenis in illum futurus sit, idque iam declarauerit, ego tamē is ero qui semper fui. Sed, ut video, multo magis est nobis laborandum de Aphrica, quam quidē tu scribis confirmari coeide magis ad conditionis spem, quam victorū: quod vtiā ita esset. Sed longe aliter esse intelligo, tēque ipsum ita existimare arbitror, aliter autem scribere non fallendi, sed confirmandi mei causa: presertim cum adiungatur ad Aphricam etiam Hispania. Quod me admones ut scribam ad Antonium & ad ceteros, siquid videbitur tibi opus esse, velim facias id quod saepe fecisti: nihil enim mihi venit in mente quod scribendū putem. Quod me audi fractorē esse animo, quid putas? cū videoas accepisse ad superiores agitardines praelatas generi actiones. Tu tamē velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me, etiam si rem de qua scribas, non habebis. Semper enim afferunt aliquid mihi tua litera: Galonis hereditatem creui. Puto enim creationem simplicē fuisse, quoniam ad me nulla missa est. V 111 Id. Mare.

## CICERO ATTICO SAL.

223

À MVR EN AE liberto nihil adhuc acceperam literarū: P. Siser reddiderat eas quibus referisco. De Ser. patris literis quod scribis, itē Quintum in Syriam venisse, quod aī esse qui nunc eis: ne id quidem verum est. Quod certiore te vis fieri, quo quisque in me animo sit, aut fuerit eorum qui huc venerūt, nemine alieno intellexi. Sed quantū id mea interstūt, existimare te posse certe scio. Mihi cū omnia sint intolerabilia ad dolorem, tū maxime, quod in eam causam venisse me video, ut sola vtilia mihi esse videantur quae semper nolui. P. Lentulum patrē Rhodi esse aiunt, Alexádrē filium: Rhodóque Alexandream C. Cassium profectum esse constat. Quintus mihi per literas satissimē, multo asperioribus verbis, quam cū grauissime accusabat. Ait enim se ex literis tuis intelligere, tibi non placere quod ad muleros de me asperius scripsit. Itaque se penitente quod animum tuū offendit, sed se iure fecisse. Deinde perscrībit spuriū, quas ob causas fecerit. Sed neque hoc tempore, nec antea patefecisset odium suū in me, nū omnibus rebus me esse opprēsum videret. Atque vtiā vel nocturnū, quēdmodum tu scripseras, itineribus propriis te accessissē. Nunc nec vbi, nec quādō te sum visurus, possim suspicari. De cohæredibus Fusidianis nihil fuit quod ad me scriberes: nam & æquum postulant: & quidquid egiles, recte esse actum putarem. De fundo Fufinati reditudo iam pridē intellexisti voluntatē meam. et si tum meliore loco res erant nostræ, neque tamē mihi desperatur ita videbamur, tamen in eadem sum voluntate. Id quēdmodum fiat, tu videbis: & velim quoad poteris, consideres ut sit vnde nobis suppedimentū sumptū necessariū. Si quis habuimus facultates, eas Pompeio tum, cū id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tū & à tuo villico sumplimus, & aliunde mutuati sumus, cum Quintus queretur per literas, sibi nos nihil dedisse, qui neque ab illo rogati sumus, neque ipsi cū pecuniam asperimus. Sed velim videoas quid sit quod confici possit, quidque mihi de omnibus des' consilii. & causam nosti. Plura ne scribam, dolore impediōr. Siquid erit quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim, ut soles, facias: quod tēisque habebis cui des ad me literas, nolim prætermitteras. Vale.

## CICERO ATTICO SAL.

222

N O N me offendit veritas literarum tuarum, quod me cum cōmunitib⁹, tum præcipuis malis opprēsum, ne incipis quidē, ut solebas, consolari, fatērisque id fieri iam nō posse. nec enim ea sunt quae erant antea, quum ut nihil aliud, comites me & socios habere putabam. Omnes enim Achæci depeccatores, item qui in Asia, quibus nō erat ignotum, etiam quibus erat, in Aphricam dicūtur navigaturi. Ita præter Lælium, neminem habeo culpę socium: qui tamen hoc meliōre in causa est, quod iam est receperis. De me autē non dubito quin ad Balbum & ad Oppium scriferit: à quibus, siquid esset latius, certior factus essem, tecum etiam essent locuti: quibuscum tu de hoc ipso colloquare velim: & ad me quid tibi responderint, scribas: non quod ab isto salus data quidquam habitura sit firmitudinis, sed tamen aliquid

consuli & prospici poterit. Etsi omnium conspectum horreo, prefertim hoc genero, tamē in teneis malis quid aliud velim non reperio. Quintus pergit, vt ad me & Panis scripsit & Hirius: sique itē Aphricam petere cū ceteris dicitur. Ad Minutiū parentem scribā: & tuas literas mittam, ad te scribā num quid egerit. Hs x x x portuisse mirarer, nisi multa de Fusidianis prædiis: & id video, tamen exspecto: quāc videre, si villo modo potest enim res, penellem. Iam exterritum concluditur: ibi facile est, quod quale sit, grauius existimare. Vale.

CICERO ATTICO SAL.

223

Q V O N I A M iustas causas afferas quodd te hoc tempore videre non possum, quæsi quid sit mihi faciendum. Ille enim ita videtur Alexandria tenere, vt cum scribere etiam pudeat de illis rebus. Ii autem ex Aphrica iam affluti videntur. Achei item ex Asia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. Quid mihi igitur putas agendum? Video difficile esse consilium: sum enim solus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus sit, neque ab iis ipsis quidquam ad spem ostendatur. Sed tamen scire velim quid censes: idque erat cum aliis, cur te, si fieri posset, cuperet videre. Minutum x i sola curasse scripsi ad te antea: quod supererit, velim video ut curetur. Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit. Filius vero misericordio nihil singi potest mali, quo non vrgear. Omnia tamē sunt faciliora, quām peccati dolor, qui & maximus est & æternus. Cuius peccati, si socios essent habiturus ego quos putari, tamē esset consolatio tenuis. Sed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. Alii capti, alii interclusi, non venient in dubium de voluntate: eo minus scilicet, cum se expodierint, & vñā esse coeperint. ii autē ipsi, qui sua voluntate ad Fusium venerunt, nihil possunt nisi timidi existimari. Multi autē sunt, qui quounque sunt, modo ad illos se recipere volent, recipiuntur: quo minus debes mirari, nō posse me tanto dolori resistere. Solius enim meum peccatum corrigi non potest, & fortasse Lelii: sed quid me id leuatnam C. quidem Cassium aiunt consilium. Alexādrem cundi mutauisse. Hac ad te scribo, non ut queas tu demere sollicitudinē, sed ut cognoscam & quid tu ad ea afferas quæ me cōficiunt, ad quæ gener accedit & cetera, quæ fletu reprimor ne scribam. Quin etiam AEsopi F. me excruciat: proptius nihil absit quin sim miserrimus. Sed ad primum resurgent: quid putes faciendū: occultē aliquod propriū veniēdū, an mare trāscendū: nā hic maneri diutius non potest. Fusidianus quare nihil potuit conficē genūs: enim conditionis eiusmodi fuit, in quo non solet esse controueria: cū ea pars, quæ videntur esse minor, lictatione expleri posset. Hac ego nō sine causa quoz: suspicor enim cohærides dubiam nostram cautam putare, & eo rem in integro esse. Vale. Prid. Id. Mai.

CICERO ATTICO SAL.

224

N O N meo vitio sit hoc quidem tempore (antē enim est peccatum) ut me ista epistola nihil confortetur: nam & exigue scripta est, & suspicione magnas habet, non esse ab illo, quas anima aduertisse te existimo. De obuiam itione, ita faciam ut suades. Neque enim valde de adventu eius opinio est: neque, siquies Asia veniunt, quidquā auditum esse dicunt de pace, cuius ego spe in hanc fraudē incidi. Nihil video quod sperandum putē, nunc prefertim cū ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Caffiano negotio, in ipsa Alexandria, in urbe, in Italia. Ego vero, etiā si redditurus ille est qui adhuc bellum gerere dicitur, tamen ante redditū eius negotium confessum iri puto. Quod autem scribis quandam latitudinem bonorum esse cōmotam, ut sit auditum de literis, tu quidē nihil prætermittis in quo putas aliquid solatii esse: sed ego nō adducor, quenquam bonum villam salutē putare mihi tanti fuisse, ut eam peterem ab ipsis: & eo minus, quod huius cōsilii iam ne focium quidem habeo quicquam, qui in Asia sunt, rerum exitum exspectat. Achaici etiam Fusio spem depreciationis afferuntur. horum & timor idem fuit primo, qui meus, & constitutū mora Alexandrina causam illorum correxit, meam cuerit. Quamobrē idem à te nunc peto quod superioribus literis, ut siquid in perditis rebus dispiceres quod mihi putates faciēdū, me moneres, ut recipior ab iis, quod vides non fieri, tamen quoad bellum erit, quid agam, aut vbi sum, non reperiō: sin iactor, eo minus. Itaque tuas literas exspecto, cāque ut ad me sine dubitatione scribas rogo. Quod suades ut ad Quintū scribam de his literis: faciem, si me quicquā ista literae dele-

stant. Quidam scriptit ad me his verbis, EGO (VT IN HIS MALIS) PATRIS  
SVM NON INVITVS, ESSEM LIBENTIVS, SI FRATER TVVS EA  
DE TE LOQVERETVR QVAE EGO AVDIRE VELLEM. Quod ait  
illum ad te scribere, me sibi nullas literas remittere, semel ab ipso accepi. ad eas Cephalio-  
ni dedi, qui multos menses tempelatibus retentus est. Q. Filium ad me acerbissime scrip-  
fisse, iam ante ad te scripsi. Extremum est quod te orem, si putas rectum esse & à te suscipi  
posse, cum Camillio communices, vt Terentiam moneatis de testamento. Tempora mo-  
nent ut videat, ut satisfaciat quibus debet. Auditum ex Philotimo est, eam scelerate que-  
dam facere: credibile vix est. sed certe siquid est quod fieri possit, prouidendum est. De om-  
nibus rebus velim ad me scribas, & maxime quid scribas de ea: in quo tuo consilio ego,  
etiam si nihil excogitas: id enim mihi erit pro desperato. I.II Non. Jun.

## CICERO ATTICO SAL.

225

PROPERANTIBVS tabellariis alienis, hanc epistolam dedito brevius est, quod e-  
ram missurus nostros. Tullia mea venit ad me prid. Id. Jun. deque tua erga se obseruantia,  
benevolentiaque mihi plurima exposuit, literaque reddidit trinas. Ego autem ex ipsius vir-  
tute, humanitate, pietate, non modo eam voluptate non cepi quam capere ex singulari  
filia debui, sed etiam incredibili sum dolore affectus, rale ingenium in tam misera fortuna ver-  
sari: idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Itaque à te neque consolacionē  
iam, qua cupere te vti video, nec consilium, quod capi nullum potest, expecto: neque omnia  
cum superioribus sapienteris, tum proximis tentasse intelligo. Ego cum Sallustio Cicero-  
nem ad Casarē mittere cogitabam. Tulliam autem non videbam esse causam cur diutius  
me cum tanto in communi motore retinerem. Itaque AEmathiam, cum primum per ipsam  
liceret, eam remissurus pro ea quādmodum consolandis scripsisti P. tāta co me scripsisse:  
qua tu ipse intelligis responderi posse. Quid Oppium tecum scribis locutum, nō abhor-  
ret à mea suspicione eius oratio: sed nō dubito quin istis persuaderi nullo modo possit, ea  
qua faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. Ego tamen utrū moderatione qua  
potero, quāquā quid mea intereat, ut cotun odium subeam, non intelligo. Te iusta causa  
impediri quo minus ad nos venias, video, idque mihi valde molestum est. Illum ab Alexā-  
ndrea discessisse nemo nunciat: constatque ne profectū quidem illò quenquā post Id. Mart.  
nec post Id. Decēb. ab illo das villas literas ex quo illud intelligis. Illo de literis ad v Id.  
Feb. datis (quod inane esset: etiam si verum esset) non verum esse. L. Terentium discessisse  
ex Aphrica scimus, Pzthumque venisse. Quid is afferat, aut quomodo exierit, aut quid in  
Aphrica fiat, scire velim. Dicitur enim per Vasidium emissus esse. Id quale sit, velim si in-  
ueneris, ad me scribas. De hs x, vt scribis, faciam. Vale. xvi I Kal. Quintil.

## CICERO ATTICO SAL.

226

DE TILLIVS ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris: cōtrāque opinio, valde esse  
impeditum. Itaque nec mitto, ut collitureram, Ciceronem: & te rogo ut me hinc expediias.  
Quoduis enim supplicium leuius est hac permanoscere. Hac de re & ad Antonium scripsi  
& ad Balbum & ad Oppium. Siue enim bellum in Italia futurum est, siue classibus vtetur,  
hic esse me minime conuenit: quorum fortasse vtrunque exire: alterum certe. Intellexi om-  
nino ex Oppii sermone, quē tu mihi scripsisti, quiz istorum via esset: sed ut eam flectas, te  
rogo. Nihil omnino iam expecto, nisi miserum. Sed hoc perditius, in quo nunc sum, fieri  
nihil potest. Quare & cum Antonio loquare velim & cum istis: & rem ut poteris expediias,  
& mihi quamprimum de omnibus rebus rescribas. Vale. xxi I Kal. Quintil.

## CICERO ATTICO SAL.

CVM tuis dare possem literas, non prætermisi, eti quid scriberem: nō habebam. Tu ad  
nos & ratius scribis quāmi solebas, & breuius: credo quia nihil habes quod me putes libe-  
ter legere, aut audire posse. Veruntamē velim, quid erit, qualemque erit, scribas. Est autem  
vnum, quod mihi sit optandum, siquid agi de pace possit, quod nulla equidem habeo in spe.  
sed quia tu leuiter interdum significas, cogis me sperare quod optandum vis: est. Philoti-  
mus dicitur Id. Sext. nihil habeo de illo amplius. Tu velim ad ea mihi rescribas quae ad te

## Ad Atticum

antea scripsi. Mihi tantum temporis satis est, dum ut in pessimis rebus aliquid caueam, qui nihil vnuquam caui. Vale. x i Kal. Sext.

## CICERO ATTICO SAL.

DECIMO SEPTIMO Kal. Sept. venerat die x - x VIII Seleucea Peria C. Trebonii, is qui se Antiochiae diceret apud Cesarem vidisse Q. F. cum Hirtio: eos de Q. quae voluissent, impetrasse nullo quidem negotio: quod ego magis gauderem, si ista nobis impetrata quidquam ad spem explorati haberent. Sed & alia timenda sunt, ab aliisque, & ab hoc ipso quae dantur, ut à domino, rusfus in eiusdem sunt potestate. Etiam Sallustio ignoruit. Omnia no dicitur nemini negare, quod ipsum est suspectum. notionem eius differi.

M. Gallius Q. F. mancipia Sallustio reddidit. Is venit ut legiones in Sicilium traduceret, & protinus iturum Cesarem Parris. Quod si faciet, ego quod ante mallem, aliquo propius accedam. Tuas literas ad eas quibus à te proxime consilium petui, vehementer expēcto. Vale. x i Kal. Septemb.

## CICERO ATTICO SAL.

227

ACCEPI VI Kal. Sept. literas à te, datas x i i Kal. dolorēmque quē ex Quinti scelere iampridem acceptū iam abicceram, lecta eius epistola, grauissimum cepi. Tu etiā nō potuisti villo modo facere ut mihi illam epistolam non mitteres, tamen mallem non esse missam. Ad ea autē quae scribis de testamento, videbis quid & quo modo de hummis: & illi sic scripsi ut ego ad te antea: & nos, siquid opus erit, ut temur ex eo de quo scribis. Ille ad Kal. Sept. Athenis non viderut fore. Multa eum in Asia dicuntur morari: maxime Pharnaces legio x ii, ad quam primum Sulla venit, lapidibus egisse hominē dicuntur. nullam putat se comoturam: illum arbitrantur protinus Patri in Sicilium. Sed si hoc ita est, hue veniar ne: cesse est, ac mallem illum, aliquo enim modo hinc euasiſsem. nunc metuo ne sit expectandum, & cum reliquis etiā loci grauitas hic miserrime perfendera. Quod me mones ut ea videam quae ad tempus accommodē, facerem, si res patceret, & si villo modo fieri posset: sed in tantis nostris peccatis, tantisque nostrorum iniuriis nihil est quod aut facere dignum nobis, aut simularē possim. Sullana cōfers, in quibus omnia genere ipso præclarissima furent, moderatione paulo minus temperata. Hęc autē eiusmodi sunt, ut obliuiscar: multo- que malim, quod omnibus sit melius, quorū utilitatē meam iunxi. Tu ad me tamē vellem + quam spissime scribas, eoque magis quod præterea nemo scribit: ac si omnes, tuas tamen maxime expectarem. Quod scribis illum per me Quinto fore placatiorem, scripsi ad te antea cum statim Q. F. omnia tribuisse, nostri nullam mentionem. Vale.

## CICERO ATTICO SAL.

228

DILIGENTER mihi fasciculum reddidit Balbi tabellarius: accepi enim à te literas: quibus videris vereri ut epistolas illas accepérim, quas quidem vellem mihi nunquam rediitas. auxerunt enim mihi dolorem: si in aliquem incidissent, quidquam noui attulissent: Quid enim tam perulatum, quam illius in me odium: & genus hoc literarum, quod ne Cesar quidem ad istos videret misisse, quasi quo illius improbitate offendetur: sed credo ut in noriora nostra mala essent. Nam quod te vereri scribis ne illi obsint, eisque rei mederi, ne rogari quidem se passus est de illo, quod quidem mihi molestum non est: illud molestius, istas imprestationes nostras nihil valere. Sulla, ut opinor, eras erit hic cum Messala, currunt ad illum pulsi à militibus, qui se negat vñquam, nū acceperint. Ergo ille huc veniet, quod non putabant, tarde quidē. itinera enim ita facit ut multis dies in oppidum ponat. Pharnaces autem, quoquo modo ager, afficeret moram. Quid raihi igitur censesiam enim corpori revix sustineo grauitatem huius coeli, qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc cunctibus mandem ut me excusent ipsi accedam proprius: quofo attende, & me, quod adhuc spē rogatus non fecisti, cōsilio iuuā. Scio rem difficultē, sed ut malis. Etiam illud mea magni interest, te ut videam. profecto aliquid profecero, si id acciderit. De testamento, ut scribis animaduertes. Vale.

## CICERO ATTICO SAL.

229

QVOD ad te scriferam, ut cum Camillio communicares, de eo Camilius mihi scri-

pfit, te cum eo locutum. Tuas literas expectabā: nisi illud quidem mutari, si aliter est, & o-  
porter, nō video posse: sed cū à nullo accepissem literas, desiderau tuas. Etsi putabam te cer-  
tiorēm factū non esse, modo valeres. scriperas enim te quodam valetudinis genere tētari.  
 • Augustus quidā Rhodo venerat V I I I Id. Quintil. Is nūc iabat Q. fratrem ad Cæsarē pro-  
fectum I I I I Kal. Iun. Philotimū Rhodum pridie eius diei venisse. habere ad me literas. ip-  
sum Augustum audies. sed tardius iter faciebat. eo feci, vt eo celeriter cuncti dare. quid sit in  
his literis nescio, sed mihi valde Q. frater gratulatur. Evidem in meo tāto peccato nihil,  
ne cogitatione quidem asequi possum quod mihi tolerabile possit esse. Te oro vt de hac  
, misera cogites: & illud, de quo ad te proxime scripsi, vt aliquid coficiarur ad inopiam pro-  
pulsandam, & etiā de ipso testamēto. Illud quoque vellem antea. sed omnia timuimus. Me-  
lius quidem in pēlūmū nihil fuit dissidio, aliquid fecissemus, vt viui vel tabularum nouarū  
• nomine, vel nocturnarum expugnationem, vel Metellz, vel omnīū maiorum, nec res pe-  
riūfier, & videremur aliquid doloris virilis habuisse. Memini omnino tuas literas. sed & tē  
 • pus illud & siquid vis p̄fstit. nunc quidem ipse viderū denūciare. Audimus enim de sta-  
turi ei: dī. generūmne nostrū potissimum, vt hoc vel tabulas nouas. Placet mihi igitur,  
 • & idem tibi, nūc iū remitti. Petet fortasse tertiam pensionem. Cōsidera igitur cū ne vim  
abusū nascetur: at prius ego, si villo modo potuero, vel nocturnis itineribus experiar, vt te  
videam. Tu & hzc, & siquid erit quod interferit me scire, scribas velim. Vale.

## CICERO ATTICO SAL.

230

Q. V AE dudum ad me, & quæ etiam antē bis ad Tulliam de me scripsisti, ea sentio esse ve-  
ra. Eo sum miseror, etiā nihil videbatur addi posse, quod mihi non modo irasci grauissima  
injuria accepta, sed ne dolere quidem impune liceat. Quare istud feramus, quod cum tule-  
rūs, tamen eadem erunt perpertenda, quæ tu, ne accidant, vt caueamus mones. Ea enim  
 • est à nobis contracta culpa, vt omni statu, omnīque populo cundē exitum habitura videa-  
tur. sed ad meā manū reddiderint, enim hæc occultius accedam. Vide quæsto etiā nunc  
 • de testamento, quod tum factū, cum illa querere cooperat, non credo & commoti. neque  
cum rogari, ne me quidem: sed quasi ita sit, quoniam in sermone iam venisti, poteris eam  
monere, vt alicui comittat, cuius extra periculum huius belli fortuna est. Evidem tibi po-  
tissimum velim, si idem illa vellet: quam quidē celo. miserum me in hoc timere de illo al-  
tero. Scio, evidem venire nūc nūl posse, sed seponi & occularti possunt, vt extra ruinam  
sint cā quæ impender. Nam quod scribis nobis nostra & tua Terentia fore parata, tua cre-  
do, nostra quæ poterunt esse. De Teretia autē (mitto cetera, quæ sunt innumerabilia) quid  
ad hoc addi potest? Scriperas vt he X I I permutteret: tantum esse reliquum de argento. Mi-  
 • sit illa C C L C mihi, & ascripit tantum esse reliquum. cum hoc tā paruum de paruo de-  
traxerit, perfpicis quid in maxima re fecerit? Philotimū nō modo nullus venit, sed ne per  
literas quidem, aut per nūc iū certiorēm facit me quid egerit. Epheso qui veniunt, ibi  
se cum de suis controversiis in ius adeūtem vidisse nūc iū, quæ quidem (ita enim veri-  
simile est) in adūtem Cæsaris fortesse reticuntur. Ita aut nihil puto cum habere, quod  
 • putet ad me celerius perferendum: & eo me magis esse despectum, aut etiam siquid haberet  
id nūc omnibus suis negotiis confectis ad me referre non curer. Ex quo magnum evidem  
capio dolorem, sed non tantum quantum video debere, nihil enim mea minus interesse  
puto, quam quid illinc afferatur: id quamobrem, te intelligere certo scio. Quod me mones  
de vultu & oratione ad tempus accommodanda, etiā difficile est, tamen imperarem mihi, si  
 • mea quidquam interesse putarem. Quod scribis literis putare Aphricanum negotium  
confici posse, velim scriberes eut ita putares. mihi quidem nihil in mentem venit quare id  
putem fieri posse. Tu tamen velim, siquid erit quod consolationis aliquid habeat, scribas  
ad me. fin, vt perfpicio, nihil erit, scribas id ipsum. Ego ad te, siquid audiero, citius scribam.  
Vale. V I I I Id. Sext.

## CICERO ATTICO SAL.

231

FACILE assentior tuis literis, quibus exponis pluribus verbis nullū consilium quo à te  
possim iūuari. Consolatio certe nulla est, quæ leuare possit dolorem meum. nihil est enim

Z.i.

contractum casu, nam id est ferendum: sed omnia fecimus his erroribus & miseriis & animi & corporis, quibus proximi vitinam mederi maluissent, quam obesse. Quoniam neque consilii tui, neque consolationis cuiusquam spes vlla mihi ostenditur, non queram hanc a te posthac: tantum velim, ne intermitas. seribas ad me quidquid venierit tibi in mente, cum habebis cui des, & dum erit ad quem des, quod longum non erit, illum discessisse Alexandria rumor est non firmus, ortus ex Sulpici literis, quas cuncti postea nuncii confirmarunt. quod verum, an falsum sit, quoniam me nihil intercessit, vtrum malum nescio. Quid ad te iampridem de testamento scripsi apud epistolas, velim ut possim aduersas, ego huius miserrima facultate confectus conflictor. nihil vnuquam simile natum puto. cui si qua re consulere aliquid possum, cupio a te admoneri. Video eandem esse difficultatem quam in consilio dato ante: tamen hoc me magis sollicitat, quam omnia. In pensione secunda ceci fuimus, alium mallem, sed praterit. Te oro ut in perditis rebus, siquid cogi confici potest, quod sit in tuto, ex argento, neque satis multa ex suppellectile, des operam. Iam enim mihi videtur adesse extrellum, nec vlla fore conditio pacis, eaque quae sunt etiam sine aduersatio peritura. Hec etiam, si videbitur, cum Terentia loquere opportune. Non quo omnia scribere. Vale. i i i Non. Quintil.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER XII.

CICERO ATTICO SAL.

232

V N D E C I M O die postquam a te discesseram, hoc literulatu exarau egrediens e villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano. Ibi vnum diem, v Kal. igitur ad constitutum: atque vtinam continuo ad complexum mez Tulliz, ad osculum Attice possum currere. Quod quidem ipsum scribe quasio ad me, ut dum consilio in Tusculano, sciam quid garriat: si rusticatur, quid scribat ad te. eique interea aut scribes salutem, aut nunciabis, itemque Piliae: & tamen, eti continuo congregari sumus, scribes ad me, siquid habebis.

Cum complicarem hanc epistolam, noctuabundus ad me venit cu epistola tua tabellarius, qua lecta, de Attica fabricula scilicet valde dolui. Reliqua qua expectabam, ex tuis literis cognoui omnia. Sed quid scribis igniculum matutinum, ~~et pernambus~~, est memoria vaillare. Ego enim i i i Kal. Axio dederam: ibi, i i i: Quinto, quo die venissem, id est v Kal. Hoc igitur habebis: noui nihil. Quid ergo opus erat epistola: quid cu coram sumus & garnimus quid in buccam? Est profectio quiddam ~~magis~~, qua habet, etiam si nihil subest, colloquitione ipsa suavitatem. Hic rumor est T. Murcum periisse naufragio, Alinium delatum viuum in manus militum. L. naus delata in Vticam refatu. hoc Pompeium non comparere, nec in Balearibus omnino fuisse, vt Patetus affirmat. sed auctor nullius rei quisquam. Habes quae dum tu abes locuti sunt. Ludi interea Prænesti. Ibi Hirtius & isti omnes: & quidē ludi dies octo, quae cenzizque dilicet: Res interea fortasse transfacta est. O miro homines. At Balbus edificat. ~~et non solum~~; Verum si queris homini non recta, sed voluptuaria querenti, nonne ~~perdona~~? Tu interea dormis. Iam explicandum est ~~perdona~~, siquid acturus es. Si queris quid putem, ego fructum puto. Sed quid multariam te videbo, & quidem (ut speculo) de via: recta ad me. Simul enim & diem Tyrannioni constituemus, & siquid aliud.

CICERO ATTICO SAL.

233

V N V M te puto minus blandum esse, quam me: aut si vterque nostru est aliquando aduersus aliquem, inter nos certe nunquam sumus. Audi igitur me hoc ~~et pernambus~~ dicentem, Ne viuam mi Attice, si mihi non modo Tusculanum, ubi ceteroqui sum libenter, sed ~~pernambus~~ tanti sunt, ut sine te sum totos dies. Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in codice meo. quod ita est profecto. Sed velim scire, hodiene statim de auctione, & quo die,

venias. ego me interea cum libellis. Ac moleste fero Vennoni historiam me nō habere. Sed tamen ne nihil de re, nomen illud, quod à Cesare: treis habet conditiones: aut emptionem ob hastam perdere malo (etsi prater ipsam turpitudinem, hoc ipsum puto esse perdere.) aut delegatione in mācipe annua die. quis erit cui credam? aut quando ipse Metonis annus veniet aut Veteri conditione scribim. ~~enī~~ igitur. Ac vereor ne iste iam auctionem nullam faciat, & sedulo iis factis Cypio subficio currat. Ne talis vir ~~āmōs~~, sed ~~āmōs~~. Tu Atticam queso cura, & ei salutem & Piliz, Tulliz quoque verbis plurimam.

## CICERO ATTICO SAL.

234

O R A T A S tuas mihi incūdāsque literas! quid queris? Restitutus est mihi dies festus. Angebar enim, quid Tiro ~~āmōs~~ te sibi esse visum dixerat: addam igitur, ut censes, vnu diem, sed de Carone ~~āmōs~~ est: non assequor, ut scribam, quod tui conuiuit nō modo libenter, sed etiam ex quo animo legere possint. Quinetiam, si à sententia eius dītis, si ab omni voluntate consilisque, quæ de rep. habuit, recedam, ~~āmōs~~ que velim grauitatem constantiamque eius laudare: hoc ipsum tamen iis odiosum ~~āmōs~~ sit, sed vere laudari ille vir non potest, nūi hac ornata sint: quid ille ea quæ nunc sunt & futura viderit, & ne fierent, contenderit. & facta ne videret, vitam reliquerit. Horum quid est, quod Atedio probare possimus sed cura obsecro ut valeas, eamque quam ad omnes res adhibes, in pri- mis ad conualefcendum adhuc prudentiam.

## CICERO ATTICO SAL.

235

Q V I N T U S pater quartum, vel potius millefimum, nihil sapit, qui latetur Lupero filio & Stathio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domū. addo etiam Philotimum tertium. O stultitiam (nisi mea maior esset) singularem! Quod autem os in hanc rem ~~āmōs~~ à te, fac nō ad ~~āmōs~~, sed ad ~~āmōs~~ cum venisse ~~āmōs~~, nisi ~~āmōs~~ ~~āmōs~~ (ut scribis) haurire, in tantis suis presertim angustiis, ~~āmōs~~, sed ipse viderit. Cato me quidē delectat, sed etiam Balsum Lucilium sua de Czlio tu queres, ut scribis. ego nihil noui. noscenda est natura, non facultas. Modo de Hortensio & Virginio, tu siquid dubitabis, & si quid magis placeat, ego quantum aspicio, non facile inuenies. Cum Mustella, quemadmodum scribis, cum venerit Crispus. Ad Aulum scripsi, ut ea quæ bene nossem de auro, Pisoni demonstrarem. Tibi enim sanè assentior, & ictud nimium diu duci, & omnia nunc vndique contrahenda. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud nisi quod ad me pertineat, facile perficio, mesique negotiis impediti cupiditatem tuam ad me veniendi. sed mecum esse te puto: non solum quod meam rem agis, verum etiam quod videre video quo modo agas. Neque enim illa hora cui mihi est operis ignota. Tubulum Praetorem video L. Melleo, Q. Maximo Coss. Nunc velim P. Scuola Pont max. quibus Coss. Tr. pl. equidē puto Cepione & Pompeio. Pr. enim Furio Sex. Atilio. Dabis igitur Tribunatum, & si poteris Tubulis quo criminis. Et vide queso L. Libo ille qui de Ser. Galba Cenforino & Manlio an T. Quintio Manlio Coss. Trib. pl. fuerit. cōturbor enim epitome Brutii Fanniana: in Brutii epitome Fannianorum scripti quod erat in extremo: idque ego secutus, hunc Fannium, qui scriptis historiam, generū esse scripsera Lelii. sed tu me ~~āmōs~~ refelleras: te autem nunc Brutus & Fannius. Ego tamen de bono auctore Hortensio sic acceperam, ut apud Brutum est. Hunc igitur locum expedes. Ego misi Tironem Dolabellam obuiam. is ad me Idibus reuertetur. te expectabo postridie. De Tullia mea tibi antiquissimum esse video. Idque ita ut sit, te vehementer rogo. Ergo & in iure omnia (sic enim scribis) mihi: eti Kalendz vitandz fuerunt, miserationumque ~~āmōs~~ fugienda, conficiend. & que tabula: nihil tamen tanti, ut te absensem, fuit, cum Romæ essent, & te iam iamque visiturum me puarem, cotidie tamen horæ, quibus expectabam, longe videbantur. Scis me minime esse blandum. Itaque minus aliquanto dico, quām sentio.

## CICERO ATTICO SAL.

236

D E C O E L I O vide queso ne quæ lacuna sit in auro. ego ista nō noui. sed certe in co- lybo est determinati satis, huc aurum si accedit. Sed quid loquor tu vidabis. Habes Hegefiz genus, quod Varro laudat. Venio ad Tyrannionem, alii' turverum hoc suis sine me. At ego

Z. ii.

quoties cum essem otiosus, sine te tamē nolui. Quomodo hoc ergo lues vno scilicet, si mihi librum miseris: quod vt facias, etiam atque etiam rogo. et si me nō magis liber ipse delebit, quām tua admiratio delectauit. Amo enim *merita eximia*, tēque istam tam tenuem *modum* tam valde admiratum esse gaudeo. et si tua quidem sunt eiusmodi omnia. Scire enim vis quo vno animus alitur: sed quælo quid ex ista acuta & graui referunt ad *modum*: sed longa oratio est, & tu occupatus in meo fortasse aliquo negotio, & pro isto allo sole, quo tu abusus es in nostro pratalo, à te nitidum solem vinculumque repetemus. Sed ad prima redco. Librum, si me amas, mire. tuus est enim proscelid: quoniam quidem est missus ad te. Chremes tantumne ab te tua est otū tibi, vt etiam oratorem legas? Macte virtute, mihi quidem gratum, & erit gratius, si non modo in libris tuis, sed etiam in aliorum per librarios tuos Aristophanem reposueris pro Eupoli. Cæsar autem mihi irridere vius est. Quælo illud tuum quod erat *modum* & *urbanum*, ita porr̄ te sine cura esse iustit, vt mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam dolco diu: sed quoniam iam sine horrore est, spero esse vt volumus. Quæ desideras, omnia serpsi in codicillis, cōsque Eroti dedi breuiter. sed etiam plura quām queris in iis. De Cicerone, cuius quidem cogitationis initiu tu mihi attulisti, locutus sum cum eo liberalissime, quod ex ipso velim, si modo tibi erit cōmodum, sciscitere. Sed quid differo? Exposui te ex me detulisse ecquid vellet, ecquid requireret: velle Hispaniam, requirere liberalitatem. De liberalitate dixi quantum Publius, quantum Flamen Léutilus filio. De Hispania duo attuli. primum idem quod tibi: me vereri viruperationem: non satis est, si hac arma reliquissimus, etiam contraria: deinde fore vt angeretur, cum à fratre familiaritate & omni gratia vinceretur. Velix magis liberalitate vti mea, quām sua libertate. sed tamen permisi, tibi enim intellexeram nō nimis displicere. Ego etiam atque etiam cogitabo, tēque vt idem facias rogo. Magna res & simplex est manere, illud anceps, verum videbimus. De Balbo & in codicillis scripsiteram, & ita cogito simulac redierit: fin ille tardius, ego tamen triduū, & quod præterii, Dolabella etiam mecum. De Cicerone multis res placet, comes est idoneus. Sed de prima p̄sione antē videamus. Adeit enim dies, & ille currit. Scribe quælo quid referat Celer egle Cæsarem cum candidatis: utrum ipse in sceniculis, an in Martium campum cogitet. Et sāc scire velim nunquid necesse sit comitiis esse Romæ: nam & Piliz farissaciendum est, & vtique Atticæ.

<sup>237</sup> Nū ego essem hic libenter, atque id cotidie magus, ni esset ea causa quam tibi superioribus literis scripsi. Nihil haec solitudine incundius, nū paulum interpellasset Amyntæ filius *et emperator Augustus*. Cetera noli putare amabiliora fieri posse villa littore, prospectu mari, tum his rebus omnibus. Sed neque hæc digna longioribus literis, nec erat quid scriberem, & somnus vrgebat.

<sup>238</sup> Male mehercule de Athamâte. Tuus autem dolor humanus is quidem, sed magnopere moderandus. Consolationum autē multæ viz: sed illa rectissima, Impetrat ratio, quod dies impetrantur est. Alexim vero curemus, imaginē Tironis, quem agrum Romam remisi: & siquid habet, collis, ad me cum testamento trâfferamus. Tota domus superior vacat, vt scis. hoo puto valde ad rem pertinere. Male de Seio, sed omnia humana tolerabilia: ducenda. Ipsi enim quid sumus: aut quandiu haec curaturi sumus? Ea videamus quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo: quid agamus de Senatu. Et vt nequid prætermittam, Cænionis ad me literas misit, Posthumiam Sulpicii, domum ad se venisse. De Pompei Magni filia, tibi rescripsi, nihil me hoc tempore cogitare: alteram vero illam, quam tu scribis, puto nosti, nihil vidi foedius. sed adiun, corām igitur.

Obsignata epistola accepi tuas. Atticæ hilaritatē libenter audio: cōmotiunculis *et amicis*. De doce tanto magis purpura. Balbi regia conditio est delegandi. quoquo modo confice turpe est rem impeditam iacere. Insula Arpinas habere potest germanam *et amicam*, habere videatur *et amicam*. Est igitur animus in hortis, quos tamen inspiciam cum venero.

<sup>239</sup> De Epicuro, vt voles, et si *et amicis* in posterum genus hoc personarum: incredibile est quām ea quidam requirant. Ad antiquos igitur, *et amicis*. Nihil habeo ad te quod perfetibam: sed tamen institui cotidie mittere, vt eliciam tuas literas: non quo aliquid ex his

expectem, sed nescio quomodo tamē exposto. Quare siue habes quid, siue nihil habes, scri-  
240 be tamen aliquid. Tēque cura. Cōmouer me Attica, etiā aspiciens Cratero. Bruti lite-

re scripta & prudenter & amico, multas mihi tamen lacrymas attulerunt. Me hæc solitu-  
do minus stimulat, quām ista celebritas, te vnum desidero. Sed literis non difficultius vtor,  
quām si domi esset. ardor tamē ille vrget & manet: nō mehercule indulgence me, sed tamē  
non repugnante. Quod scribis de Apuleio, nihil puto opus esse tua contentione, nec Balbo  
& Oppio: quibus quidem ille recepierat, mīque etiam iūferat nunciari, se molestū omnino  
non futurum: sed cura vt excūser morbi causa in dies singulos. Lēnas hoc recepereat. Prē-  
de C. Septimium, L. Statilium: denique nemo negabit se iuraturum, quem rogaris. quod si  
erit durius, veniam, & ipse perpetuum morbum iurabo. Cum enim mīhi carentum sit con-  
tinuis, malo id lēge videri facere, quām dolore. Cocceum velim appelles, quod enim dixe-  
rat, non facit. Ego autem volo aliquod emere latibulum & perfugium doloris mei.

241 De me excusando apud Apuleium dederam ad te pridie literas. Nihil esse negotii arbitror. 241

Quemcumque appellaris, nemo negabit, sed Septimiu vide & Lēnatē & Statilium, Tribis  
enī opus est: sed mihi Lēnas totū recepereat. Quod scribis à Iunio te appellatū, omnino  
Cornificius locuples est: sed tamē scire velim quando dicar spondisse, & pro patre, annc  
pro filio: neque eo minus, vt scribis, procuratores Cornificiū & Apuleium prædiatorem vi-  
debis. Quod me ab hoc morore recreari vis, facis vt omnia: sed me mīhi non defuisse tu  
testis es: nihil enim de morore mimimo scriptū ab illo est, quod ego nō domi tuz legi-  
rem, sed omnem consolationē vincit dolor. Quinetia feci quod profecto ante me nemo, vt  
ipse me per literas consolat̄: quē librum ad te mittam, si descriperint librarii. Affirmo ti-  
bi nullam consolationē esse talem. Tōto dies scribo, nō quo proficiam quid, sed tantisper  
impedior: nō equidem satis [vis enim vrget] sed relaxor tamen, ad omniāque nitor, non ad  
animum, sed ad vultum: ipsum, si quicam, reficiendum: idque facies interdum mihi pecca-  
re videor, interdū peccaturus esse nisi faciam. Solitudo aliiquid adiuvat: sed multo plus pro-  
ficeret, si tu tamen interesses, quā mihi vna causa est hīc discedendi: nā pro malis recte ha-  
beat, quāquam ipsum dolere: non enim iā in me idem esse poteris: perierūt illa quā ama-  
bas. De Bruti ad me literis scripsi ad te ante: prudēter scripsisse, sed nihil quod me adiua-  
rent. Quod ad te scripsit, id vellem vt ipse adesset: certe aliquid, quoniam me tam valde a-  
mar, adiuvaret. Quod siquid scies, scribas ad me velim, maxime autem Pansā quando de  
Attica dolco. Credo tamen Cratero. Pilī angī verbatis solitus est mettere pro omnibus:

Apud Apuleium (quoniam in perpetuum nō placet) in dies vt excusere videbis. In hac solitu-  
dine careo omnī colloquio: cumque mane me in syluam abstrusi densam & asperam, nō  
exeo inde ante vesperum. Secundū tū nihil est mihi amicus solitudine. In ea mīhi omnis  
sermo est cū literis: cum tamen interpellat flerus, cui repugno quoad possum: sed adhuc pa-  
res non sumus. Bruto, vt suades, rescribam: eas literas cras habebis: cum erit cui des, dabis.

Te tuis negotiis reliktis nolo ad me venire. Ego potius accedā, si diutius impediere: etiā ne  
decēssem quidē ē conspectu tuo, nisi me planē nihil vlla res adiuvaret. Quod si uel alii  
quod leuamē, id est in te vno: & cum primū ab aliquo poteris esse, à te erit. Nunc tamē  
ipsum sine te esse nō possum: sed nec tuz domi probatur, nec mea poteram: nec si proprius  
esset vspīa, tecum tamen esset. Idem enim te impedit quo minus meū es, quod nūc  
etiā impedit. Mihi adhuc nihil prius fuit hac solitudine: quam vereor ne Philippus tollat.  
heri enim vesperi venerat. Me scripsisse & literz nō leniunt, sed obturbāt. Martianus ad me  
scripsit, me excusatū esse apud Apuleium à Laterē, Nalone, Lēnate, Torquato, Strabone.  
His velim meo nomine reddendas literas cures, gratū mihi eos fecisse. Quod pro Cornificio  
me abhinc amplius annis x x v spondisse dicit Flavius, etiā reus locuples est, & Apu-  
leus prædiator liberalis, tamen velim des operam vt inuestiges ex consponorum tabulis,  
sine ita, mihi ante enim A Edilitatem meam nihil erat cū Cornificio. Potest tamē videri,  
sed scire certū velim, & appelles procuratores, si tibi videtur. quāquam quid ad me? Verū  
tamen. Pansā protectionem scribe, cū scies. Atticam saluere iube, & eam cura obsecro di-  
ligenter. Pilī salutē. Dum recordationes fugio, quā quasi mortu quādolorem efficiūt,

refugio à te admonentido. Quod velim mihi ignoscas cuismodi est: etenim habeo nōnullos ex iis quos nūc lectito auctores, qui dicāt fieri id oportere quod sape tecū egī, & quod āte approbari volo. de Fano illo dico, de quo tantum quantum me amas, velim cogites. Evidēne neque de generedubito, placet enim mihi Cluatiū: neque de re, statutū est enim, de loco nonnunquā. Velim igitur cogites. Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam consecrabo omni genere monumentorū ab omnium iugēnū scriptorum & Gracorum & Latinarū. Quae res forsitan sit refractura vulnus meum: sed iam quasi voto quodā & promisso me teneri pato: longumque illud tempus cū non ero, magis me mouet, quām hoc exigū, quod mihi tamē nimium longum videtur. Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus) in quo acquiescam: nā dum illud tractabā, de quo antea scripsi ad te, quasi souebam dolores meos. nūc omnia respuo, nec quidquā habeo tolerabilius, quam solitudinem. nā (quod eram veritus) non obturbauit Philippus: nam vt heri me salutauit, statim Romā profectus est. Epistolam quād ad Brutum vt tibi placuerat scripsi, misi ad te: curabis cum tua preferendam eius tamen misi ad te exemplum, vt si minus placeret, ne mitteres. Domestica quōd aīs ordine administrari, scribes quād sīt ea: quidquā enim expecto. Coccoeius vide ne fruſtretur. Nam Libo quod pollicetur, vt Eros scribit, non incertū puto. de forte mea Sulpicio confido & Egnatio scilicet. de Apulio quid est quod labores cū sit excusatio facilis tibi ad me venire, vt ostendis, vide ne non sit facile. Est enim longū iter, discedenterque re (quod celiter tibi erit fortasse faciendum) non sine magno dolore dimittā: sed omnia, vt voles. Ego enim quidquid feceris, id cum recte, tum etiā mea causa factū putabo. Heri cum ex aliorū literis cognouissim⁹ de Antonii aduentu, admiratus sum nihil else in tuis: sed erant pridie fortasse scriptæ, quām date: neque ista quidēn euro: sed tamē opinor propter prædes suos accucurrite. Quid scribis Terciam de obsignatorib⁹ mei testamenti loqui: primum tibi persuade, me iste non curare: neque esse quidquā aut paruz curz, aut nouz loci: sed tamē quid simile: Illa eos nō adhibuit quos existimat⁹ quāzifuturos, nisi scissent quid' esset. Num id eriam mihi periculi fui? Sed tamē faciat illa, quoad ego dabo meum testamentū legendum cui voluerit. Intelliget non potuisse honorificentius à me fieri de nepote quām fecerim. nam quid non adiocuai ad obsignandum, primum mihi non venit in mente: deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tunc scis (si modo meministi) me tibi tum dixisse, vt de tuis aliquos adduceres. Quid enim opus erat multis: Equidem domesticos iuferam. Tum tibi placuit vt mittere ad Silium. inde est natum, vt ad Publīum. Sed necesse neutrū fuit. Hoc tu tractabis vt tibi videbirūt. Est hic quidem locus amoenus & in mari ipso, qui & Antio & Circeis apisci possit: sed ineunda nobis ratio est, quemadmodum in omni mutatione dominorū, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo hæc stabunt) illud quasi consecratum remanere posuit. Equidem iam nihil ego vecigalibus, & parvo contentus else possum. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidē ob hanc causam maxime. nihil enim video, quod tam celebre esse possit. sed quos, corām videbimus. Ita tamen, vt hac zestate Fanum absolutum sit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis. De Coccoeio & Libone quā scribis, approbo: maxime quōd de iudicatu meo responsum sit. Siquid persperxeris, & tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim scire: ita vt in ea te te, cum tam occupatus sis, non multum operā velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer. Illis egī gratias. Te tamen, vt iam ante ad te scripsi, scire volo, me neque isto nuntio esse perturbatum, nec iam villo perturbatum iri. Pansa, si hodie vt putabas profectus est, posthac ī incipio scribere. Scribe ad me de Bruti aduentu quid exspectes, id est quos ad dies. Id, si scies vib⁹ iam sit, facile cōiectura assequere. Quid ad Tironē de Tertenia scribis, obsecro te mi Attice suscipere tonum negotium. vides & officium agi meum quoddam cui tu es conscius, & vt nonnulli pureant, Ciceronis tem. Me quidem id multo magis mouet, quod mihi est & sanctius & antiquius, prefertim cum hoc alterum neque sincerum, neque firmum putem fore. Nondum videris perspicere quām me nec Antonius commouerit, nec quicquam iam eiusmodi possit commouere.

De Terentia autem scripti ad te iis literis quas dederam pridie. Quod me hortaris, idque à ceteris desiderari scribis, ut dissimulem me tam grauiter dolere, possumne magis, quām quod totos dies cōsumo in literis? Quod etiā non dissimulationis, sed potius leniendi & sannandi animi causa facio, tamen si mihi minus proficio, simulatione certe facio satis. Minus multa ad te scripti, quod expectabam tuas literas ad eas quas ad te pridic dederam. Expectabam autem maxime de Fano, non nihil etiam de Terentia. Velim me facias certiorē proximis literis, Cn. Cepio Seruilius Claudii pater, viuōne patre suo naufragio perierit, an mortuo. Item Rutilia viuōne C. Cotta filio suo mortua sit, an mortuo. Per tinent ad eum librum, quem de lucu minuendo scriptimus.

- 242 Legi Bruti epistolam, cāmque tibi remisi, sanè non prudenter rescriptā ad ea quæ requieras: sed ipse viderit, quāquam illud turpiter ignorat. Catonē primum sententiam putat de animaduersione dixisse, quām omnes ante dixerant, præter Cæsarē. & cum ipius Cæsarē tā seuerā fuerit, qui tum Prætorio loco dixerit, Confluarium putat leniores fuisse Carthaginī, Seruiliū, Lucullorum, Curionis, Torquari, Lepidi, Gellii, Volcacii, Figuli, Cottræ, L. Cæsarē, C. Pisonis, etiam M. Annii Glabronis, Silani, Murenae dēf. C o s s. Cut ergo in sententiā Catoni: quia verbis luculentioribus & pluribus rem candem comprehenderat. Me autem hic laudar, quod retulerim, non quod pareficerim, quod cohortatus sim: quod denique antē quām consulerē, ipse iudicauerim. Quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in celū, percribendāque censuerat, idcirco in eius sententiam est facta discessio. Hic autem se etiam tribuere multū mihi putat, quod scripsiter optimū C o s s. Quis enim ieiunius dixit inimicus? Ad cetera vero, tibi quēadmodum rescriptū: tārum rogat de s.c. vt corrīgas. hoc quidem fecisset, etiam si tuo admonitus esset. sed hinc iterum ipse viderit. De hostiis, quāniam probas, efficie aliquid. Rationes meas nō sū. Si vero etiā à Faberio recedit, nihil negotii est: sed etiam sine eo posse videor contendere. Venales certe sunt Drusus Pertassus, & Tazianus Cassianus: sed coram De Terentia nō possum cōmodius scribere, quām tu scribis. Officium sit nobis antiquissimum: siquid nos fecellerit, illius malo me, quām mei penitentiae. Ouiz C. Lolii curanda sunt n.s.c. negat Eros posse sine me: credo, quod accipienda aliqua sit & danda estimatio. Vellem tibi dixisset: si enim res est, vt mihi scribit, parata, nec in eo ipso mentitur, per te confici potuit: cognoscas & cōficias velim. Quod me in forū vocas; cō vocas vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi forū sine iudicis, sine curiaz in oculos incurritibus iis, quos a quo animo videri nō possum? Quod autē homines à me postulare scribis vt Romæ sim, neque mihi, vt absim, concedere, aut quatenus eos mihi concedere: iam pridē scito esse cum vnum te pluris, quām omnes illos putemus: ne me quidem cōtemno, mēdōque iudicio multo stare malo, quām omnīū reliquorum. Neque tamen progedior longius, quām mihi doctissimi homines concedunt: quorū scripta omnia quācunque sunt in cā sententiam, non legi solum (quod ipsum erat fortis a grati accipere medicinam) sed in me etiam scripta transluli, quod certe afflicti & fracti animi non fuit. Ab his me remedii noli in istam turbā vocare, ne recidam. De Terentia, quod mihi om̄ne onus imponis, non cognōscō tuā in me indulgentiam. ista enim sunt ipsa vulnera, quā nō possum tractare sine maximo gemitu. Moderare igitur quæso, vt potes: neque enim à te plus quām potes, postulo. Potes autē quid veri sit, perspicere tu vnuis. De Rutilia quoniam videris dubitare, scribes ad me, cum scies: sed quamprimum, num Clodia D. Bruto Cōfulari filio suo mortuo, vixerit. Id de Marcello, aut certe de Postumia sciri potest: illud autem, de M. Cotta, aut de Syto, aut de Satyto. De hostiis etiā atque etiam rogo. omniibus meis, cōrūmque, quos scio mihi non defuturos, facultatibus, sed potero meis, eritendum mihi est. Sunt etiā quæ vendere facile possum: sed vt nō vendam, eique vñiram pendam: à quo emero, non plus annum possum alioquin quod volo. Si tu me adiuvas, paratissimi sunt. Drusus cupit enim vendere proximos puto Lamiae: sed abest. Tu tamē siquid potes, odorare, ne Si lius quidem quidquam vñitur, & iis vñris facillime sustentabitur. Habe tuum negotium: nec quid tēs mea familiaris postulet, quam ego non euro, sed quid velim exīstima.
- 243 Putaram te aliquid noui, quod ciui modi fuerat initium literarum, quāmuis non curarē Z. iiiii.

quid in Hispania fieret, tamen te scripturū sed videlicet meis literis respondisti, vt de foro & de curia. Sed domus est, vt aīs, forum. Quid ipsa domo mihi opus est carenti foro? Oe-  
cidiimus, occidiimus Attice, iam pridem nos quidē: sed nunc fatemur, posteaquā vnum quo  
tenebamur, amissimus. Itaque solitudinem sequor: & tamen si qua me res istō abduxerit, e-  
nitar, si quomodo potero (potero autem) vt præter me nemo dolorem meū sentiat: si villo  
modo poterit, ne tu quidem. Atque etiam illa causa est non veniendo. Meministi quid ex te  
Atedius quas fierit: quin etiā nunc molesti sunt. Quid existimas, si venero? De Terentia ita  
cura vt scribis, mēque hac ad maximas agititudines accessione non maxima libera. Et vt  
scias me ita dolere, vt nō iaceam, quibus C 0 5 5. Carneades & ea legatio Romam venerit,  
scriptū est in tuo annali. Hac nunc quero, quæ causa fuerit. De Oropo opinor, sed certum  
neficio. & si ita est, quæ controvacia præterea, qui eo tempore nobilis Epicureus fuerit A-  
thenis, qui praefuerit hortis, qui etiā Athenis ~~moral~~ fuerint illustres, quæ etiam ex Apol-  
lодori puto posse invenire. De Attica molestum: sed quoniam leviter, recte esse confido. De  
Magala dubium non mihi erat. vnde enim tam felix Litus paternam quid de me dicam,  
cui vt omnia contingent quæ volo, leuari non possum? De Drusi hortis quanti licuisse tu  
scribis, id ego quoque audieram, & vt opinor, heri ad te scripsoram. sed quanti quanti, be-  
ne emitur quod necesse est. Mihi, quoquo modo tu existimes (scio enim ego ipse quid de  
me existimem) leuatio quzdam est, si minus doloris, at officii debiti.

- 244 Ad Siccā scripsi quodd vtitur L. Cotta, si nihil conficeretur de Transiberinis, habet in O*244*  
stensi Cotta celeberrimo loco, sed pūfillum loci. Ad hanc rem tamen plus etiā satis. id ve-  
lim cogites. Nec tamen ista pretia hortorū pertinueris: nec mihi iam argento, nec veste o-  
pus est, nec quibundam amicis locis: hoc opus est. Video etiā à quibus adiuuari possum, sed  
loquere cū Silio: nihil enim est melius. Mandauit etiam Siecz, recripsit cōstitutum se cum  
eo habere. Scribat igitur ad me quid erigerit, & tu videbis. Bene fecit A. Silius, qui transfe-  
rit: neque enim ei deesse volebat, & quid possem timebat. De Ouia confice vt scribis. De Ci-  
cerone tempus esse iā videtur: sed quero quid illi opus erit Athenis, pertinutarine possit, an  
ipso ferendum sit: de totāque re quædmodum & quando placcat, velim consideres. Publius  
iturusne sit in Africā, & quando, ex Atedio scire poteris. queras, & ad me scribas velim. Et  
vt ad meas ineptias redeam, velim me certior facias. P. Crassus Vinuliz F. viuōne P. Cra-  
ffo Consulari patre suo, mortuus sit, vt ego meminisse videor, an post. Item quero de Regili  
Lepidi F. rectēne meminerim patre viuo mortuum. Cispiana explicabis, itēmque Pra-  
etiana. De Attica optime: id ei salutem dices & Piliz. Scriptū ad me diligenter Siecca de Si-  
lio, sequē ad te rē detulisse, quod tu idem scribis. mihi & res & cōditio placet, sed ita vt nu-  
merato malim, quām aestimatione. Voluptaria enim possessione nolet Silius. Veftigali-  
bus autē vt his possum esse contentus quæ habeo, sic vix minoribus. Vnde ergo numeratos  
~~ns D C~~ exprimes ab Hermogene, cū presertim necesse erit. Et domi video elīc ~~ns D C~~, reli-  
quæ pecunia vel vſuram Silio pendemus, dum à Faberio, vel ab aliquo qui Faberio deberet,  
repræsentabimus. Erit etiam aliquid alicūde, sed totam rem tu gubernabis. Drusianis vero  
hortis multo antepono, neque sunt vnquā comparata, mihi crede. Vna mea causa moueret, in  
qua scio me ~~wwwē~~. sed vt facis, obsequere huic errori meo. Nam quod scribis ~~tytē~~,  
actum iam de isto est, alia magis quero. Siecca, vt scribit, etiam si nihil conficeret cū A. Si-  
lio, tamen se scribit x Kal. elīc venturum. Cuius occupationibus ignosco, cōque mihi sune-  
notar. De voluntate tua vt simul simus, vel studio potius & cupiditate, nō dubito. De Ni-  
cia quod scribis, si ita me haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem illum  
mecum habere: sed mihi solitudo & recessus prouincia est. Quod quia facile cerebat Siecca,  
eo magis illum desidero. Præterea nosti Niciz nostri imbecillitatem, mollitatem, consuetu-  
dinem victus. Cur ego illi molefus velim, cū mihi ille iucundus esse non possit? Voluntas  
tamen eius mihi grata est. Vnam rem ad me scripſi, de qua decreui nihil tibi reſcribere.  
Spero enīm meā te impetrasset, vt priuares me illa molestia. Piliz & Atticū salutem.
- 245 De Siliano negotio, etiā mihi non est ignota conditio, tamē hodie me ex Sicca arbitror *245*  
omnia cognituru. Cotta quidem negas te nosse, sed vltra Silianam villam est (quam puto

tibi notam esse, villula sordida & valde pufilla. Nihil agri ad villam rem, loci satis, nihil ad eam quam quzo, sequor celebritatem. Sed si perficitur de hortis Silii, hoc est, si perficis est enim totum positum in te) nihil est scilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone vt scribis, ita faciam. ipsi permitemat de tempore: nummorum quantum opus erit vt permutteretur, tu videbis. Ex Aledio quod scribis, siquid inuenieris scribes. Et ego ex tuis animaduerto literis, & profecto tu ex meis, nihil habere nos quod scribamus: eadē cotidie, quia iam iamque ipsa contrita sunt. tamen facere non possum, quin cotidie ad te mittam, vt tuas accipiam. De Bruto tamen: siquid habebis scire enim iam puto vbi Panoram expectet, si, vt consuetudo est, in prima prouincia circiter Kal. affuturus videtur: velle tardius: valde enim vrbem fugio multas ob causas. Itaque idipsum dubito, an excusationem aliquam ad illum parem, quod quidem video facile esset. sed habemus satis temporis ad cogitandum. Piliz, Attice saltem.

## CICERO ATTICO : SAL.

246

D E Silio nihilo plura cognoui ex praesente Sicca, quam ex literis tuis. Scripteras enim diligenter. Si igitur tu illum conueneris, scribes ad me, siquid videbitur de quo putas ad me misum esse. sit misum necne, scio dictum quidem mihi. Certe nihil est. Tu igitur, vt ceteri pisi. Et siquid ita conficies (quod quidem non arbitror fieri posse, vt illi proberet) Cicero, nem, si tibi placet, adhibebitis. eius aliquid intereat videri illius causa voluisse, mea quidem nihil, nisi id quod tu scis, quod ego estimo. Quod me ad confuetudinem reuocas, fuit meū quidem iampridem temp. regere, quod faciebam, sed iniurias, erat enim vbi acquisescerem: nunc planè nec ego viatum, nec vitam illam colere possum: nec in ea te, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. Quod me ipse per literas consolatus sum, non penitet me quantum profecerim: micromi nui, dolorem nec potui, nec si possem, velle. De Triario bene interpretaris voluntatem meam: tu vero nihil, nisi vi illi volent. Amo illum mortuum: tutor sum liberis, totam domum diligo. De Castriciano negotio, si Castricius pro mancipiis pecuniam accepere volet, eamque ei solui, vt nunc soluitur, certe nihil est commodius: sin autem ita actū est, vt ipsa mancipia abduceret, non mihi certe esse æquum. Rogas enim me vt tibi scribam quid mihi videatur. Nolo enim negotii Q. fratrem quidquam habere, quod videor mihi intellexisse, tibi videri idem. Publius, si ex quoctium expectat, vt scribis Atedium ducere, nauigatur videtur: mihi autem dixerat per Siciliam. utrum & quando, velim scire. Et velim aliquando, cum erit tuum commodum, Lentulum puerum vias: eque de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Piliz, Attice salutem.

## CICERO ATTICO SAL.

247

S I L I U S vt scribis, hodie, etas igitur, vel potius cum poteris, scribes, siquid erit, cum videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo leuationem villam expecto: sed erant causæ cur hoc tempore istuc esse nolle: quia si manebunt, querenda erit excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansuræ videntur. De hortis, queso explicabis. Caput illud est, quod scis. Sequitur vt etiam mihi ipsi quiddam opus sit: nec enim esse in turba possum, nec à vobis absente. Huic meo consilio nihil reperio isto loco aptius. Et de hac re quid tui consilii sit, mihi perfusum est: & eo magis, quod idem intellexi tibi videri, me ab Oppio & Balbo valde diligi. Cum iis communices quanto opere & quare velim hortos, sed id ita posse, si expediatur illud Faberianum: sint igitur auctores futuri, si qua etiam iactura facienda sit in representando, quoad possum, adducito: turum enim illud desperatum denique intelliges, & quid inclinet ad hoc meum consilium adiunquendum. Siquid erit, magnum est adiumentum: si minus, quacunque ratione contendamus. vetus illud ~~litteræ~~ quemadmodum scripsi, vel ~~litteræ~~ putaro. De illo Ostiensi nihil est cogitandum, si hoc non assequimur. A Lamia non puto posse, Damasippi experientum est.

Quaro quid ad te scribam, sed nihil est: eadem cotidie. Quod Lentulum insuis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot & quos videbitur. De Silii voluntate vendendi, & de eo quanti, tu veteri videris primum ne nolis, deinde ne tanti. Sicca aliter, sed tibi assentior.

Quare ut ei placuit scripsi ad Egnatium. Quod Salas te cum Clodio loqui vult, potes id mea voluntate facere: commodiusque est, quam quod ille à me petit, meipsum scribere ad Clodium. De manciis Castricianis, commodissimum esse credo transligerem Egnatum. Quod scribis te ita futurum putare, cum Ovia, queso quidem ut conficiatur. Quoniam, ut scribis, nox erat, in hodierna epistola plura expecto. Silium mutatis sententiam Sicca mirabatur. Evidenter magis miror, quod cum in filium causam conferre, quia mihi non iniusta videtur (habet enim qualcum vult) ait te putare, si addiderimus aliud à quo refugiat, cum ab ipso id fuerit destinatum, venditurū. Quare à me, quod summum precium constitutum, & quantum anteire istos horitos Drusii accessi, nunquam Coponianam villam & vetetem, non magnam. Noui sylvam nobilem, fructum autem neutrius, quod tamen potius nos seire oportet: sed mihi vtrius istorum tempore magis meo, quam ratione astimandi sunt. Possim autem allequi nēcne, tu velim cogites. Si enim Faberianum venderem, explicare vel representatione non dubitarem. De Silianis, si modo adduceretur ut venderet (si vanales non haberet, transitum ad Drusum) vel ranti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. Magno etiam adjumento nobis Hermogenes potest esse in representando. Aut concede mihi quoso ut eo animo sim quo is debet esse qui emere cupiat, & tamen scriuo ita cupiditati & dolori meo, aut te regi velim. Egnatius mihi scriptis: is siquid tecum locutus erit (commodissime enim per cum agi potest) ad me scribes, & id agendum puto. Nam cum Silio non video confici posse. Piliz & Atticę salutem. Hic ad te mea manu. Vide quoso quid agendum sit.

249

<sup>249</sup> Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publio loqueretur, ad me cum illo venturam, & se vna si ego parcer. Orat multis & supplicibus verbis ut liceat, & ut sibi rescribam. Res quam molesta sit, vides. Rescripsi me etiam gravius esse affectū quam rum cum illi dixisset, me solum esse velle: quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. Potabā, si nihil rescripisset, illam cum matre venturam, minc non puto, apparebat enim illas litteras non illius esse. Illud autem quod fore video, ipsum volo vitare, ne illae ad me veniant, & vna est vitatio, ut ego nollem. sed necesse est. Te hoc nunc rogo ut explores ad quam diem hic ita possim esse ut ne opprimar. Ages, ut scribis, temperate. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen si tibi non unquam videbitur, ut sumptus huius peregrinariōnis (quisbus, si Romæ esset, dominumque conductoreret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus esset) accommoderet ad mercedes Argileti & Auentini. & cum ei proposueris, ipse velim reliqua modereret, quemadmodum ex his mercedibus suppeditemus ei quod opus sit. præstabo, nec Bibulum, nec Accidinum, nec Messalam, quos Athenis futuros audio, maioris sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. In que velim videoas, primum conductores qui sint & quanti: deinde ut sit qui ad diem soluat, & quid viatici, quid instrimenti satis sit. Iunero certe Athenis nihil opus sit: quibus autem in via vtatur, domi sunt plura quam opus erat: quod etiam tu animaduertis.

<sup>250</sup> Ego, ut heri ad te scripsi, si & Silius is fuerit quem tu putas, nec Drusus facilem se præbuerit, Damassippum velim aggrediare. Is opinor, ita partis fecit in ripa nescio quotenorum iugiter, ut certa pectia constitueret, quia mihi nota non sunt. Scribes ad me igitur quidquid egeris. Vehementer me solicitat Attica nostra valetudo, ut verear etiam ne quae culpa sit, sed & paedagogi probitas, & medici assiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rursus id suspicari verat. Cura igitur: plura enim non possum. Ego hic vel sine Sicca (Tironi enim melius est) facilissime possem esse, ut in malis. Sed cum scribas videntur mihi esse ne opprimar, ex quo intelligam te certum illius profecitionis diem non habere: putauis esse commodius me iustificare, quod idem video tibi placere. Cras igitur in Sicca suburbano: inde quemadmodum suades, puto me in Ficulensi forte. Quibus de rebus ad me scripsisti, quoniam ipse venio, coram videbimus.

<sup>251</sup> Tnam quidem & in agendis nostris rebus, & in consiliis incundis, mihique dandis, in ipsis literis quas mirtis benevolentia, diligentia, prudentia mirifice diligo. Tu tamen, siquid cum Silio, vel illo ipso die, quo ad Sicca venturus ero, certiore me velim facias, & maxime

cuius loci detractionem fieri velit. Quod enim scribis extremi, vide ne is ipse locus sit cuius causa de tota re, ut scis, est a nobis cogitatum. Hinc epistolam tibi misi & recentem, & benevolentiam scriptam. Antequam proxime discessi, nunquam mihi venit in mentem, quo plus insinuatum in monumentum esset, quam neficio quid quod lege conceditur, tantumdem populo dandum esse, quod non magnopere moueret, nisi neficio quomodo *aduersus*. Fortasse nolle illud vlo homine nisi Fani appellari: quod si volumus, veretur ne assequi nos possumus nisi mutato loco. Hoc quale sit, queso considera. Nam et si minus virgo, meque ipse proponemus collegi, ramen indigeo tui consilii. Itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quam a me vis aut patenis te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

252 Fanum fieri volo, neque hoc mihi crux potest. sepulcri similitudinem effugere, non tam propter peccatum legis studio, quam ut maxime assequatur *aduersus*, quod poteram, si in ipsa villa facerem. Sed ut sepe locuti sumus, commutatio[n]es dominorum reformido. In agro ubique fecero, milii videoꝝ assequi posse ut posteritas habeat religionem. Haec mea tibi ineptie (fateor enim) serendam sunt: nam habeo ne me quidem ipsum, quicum tam audacter communicem, quam te: si tibi res, si locus, si institutum placet. Lege quoꝝ legem, ubique eam in te. Siquid in mentem veniet quomodo eam effugere possumus, videntur. Ad Brutum siquid scribes, nisi alienum putabis, obiurgaro cum quod in Cumano esse noluerit propter eam causam quam tibi dixi. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice. Et si tibi placebit sic agere de Fano, ut ceepimus, velim cohortere & exaucere Clauitum: nam etiam si alio loco placebit, illius nobis opera consilioque venditum putto. Tu ad villam fortasse cras. A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datā Hilario, alteram codem die a tabellario: acceperique ab AEgypta literas codem die, Piliam & Atticā planē belle se habere. Tux literae mihi redditae sunt tertiodécimo die. Quod mihi Brutus literas, gratum: ad me quoque misit. Eam ipsam ad te epistolam misi, & ad eam exemplum mearum literarum. De Fano, si nihil mihi hortorum inueniunt (qui quidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis quācū certe facis) valde probō rationem tuam. De Tusculano, quamvis prudens ad cogitandum sis, sicut es, tamen nisi magna cura tibi esset ut ego conquerer id quod magnopere vellere, nunquam ea res tibi tam belle in mentem venire potuerit: sed neficio quo pacto celebritatē requireo. Itaque hortos mihi conficias necesse est. Maxima est in Scapulae celebritas, propinquitas praeterea vbi sis, ne totum diem in villam. Quare antequam discessis, Othonem, si Romam est, conuenias peruelim. Si nihil erit, et si tu mea stultitiam confusci ferre, sed tamen progrediar, ut mihi stomachare. Drusus enim certe vendere vult. Si ergo aliud erit, non mea erit culpa nisi emero: qua in re ne labar, queso prouide. Prouidendi autem una ratio est, siquid de Scapulanis possumus. Et velim me certiorem facias, quandiu in suburbano sis futurus. Apud Terentium gratia opus est nobis, tuaque auctoritate: sed facies ut videbitur. Scio enim, siquid mea interficit, tibi maiori cura solere esse quam mihi. Hiricius ad me scriptis Sex. Pompeium, Corduba exisse & fugisse in Hispaniam certioreme. Cn. fugisse neficio quod, neque enim euro. Nihil præterea noui. Literas Narbonenses dedit xiiii Kal. Mai. Tu mihi de Caninū naufragio quasi dubia misisti. Scribas igitur siquid erit certius. Quod me a mortalia vocas, multum leuaris si locum Fano dederas. Multa mihi *adversus* in mentem veniunt, sed loco valde opus est: quare etiam Othonem vide. non dubito quin occupatissimus fueris, qui ad me nihil literatum: sed homo nequam qui tuum commodum non expectarit, cum ob eam vnam causam missus esset. nunc quidem, nisi quid te tenuit, suspicor te esse in suburbano. At ego hic scribendo dies totos nihil quidem leuo, sed tamen aberro. Afinius Pollio ad me scriptis de impuro nostro cognato: quod Balbus Minor nuper fatis planè, Dolabella obscurè, hie apertissime. Ferrem grauiter, si nouaz regimonia locus esset. Sed ramen equid impurius: O hominem caendum: quanquam mihi quidem, sed tenendus dolor est. Tu quoniam necesse nihil est, sic scribes aliquid, si vacabis. Quod putas oportere prouideri iam animi mei firmitatem, grauius que quosdam scribis de me loqui, quam aut te scribere, aut Brutum: si qui me frater esse animo & debilitatum putant, sciāt quid literatū, & cuius generis conficiam. Credo (si modo

homines sint) existimant me, siue ita leuatus sum ut animum vacuum ad res difficilis scribendas afferam, reprehendendum non esse: siue haec aberrationem à dolore delegerim, quæ maxime liberalissima, doctórumque homine dignissima, laudari me etiam oportere. Sed cum ego faciam omnia quæ facere possim ad me adiuuandum, tu effice id quod video te non minus quam me laborare. Hoc mihi debere videor, neque leuari posse nisi soluero, aut videro me posse soluere, id est locum, qualem volo, inuenero. Heredes Scapulæ si istos hortos, ut scribis tibi Othonem dixisse, partibus quatuor factis, liceri cogitant, nihil est scilicet emptori loci: sin venibunt, quid fieri possit videbitur: nam ille locus publicanus, qui est Trebonii, & Cusinii, erat ad me allatus. sed scis aream esse, nullo pacto probo. Clodiz sanguine placent, sed non puto esse venalis. De Druis hortis quanvis ab his abhorreas, ut scribis, tamen eò confugiam, nisi quid inuenieris. A Edificatio me non mouet: nihil enim aliud edificabo, nisi id quod etiam si illos non habuero. sed mihi si placuit, ut cetera Antisthenes homines acuti magis, quam erudit.

<sup>253</sup> Tabellarius cum ad me sine literis tuis venisset, existimauit tibi eam causam non scribendi fuisse, quod pridie scripisses ea ipsa, ad quæ rescripsi haec epistola. Expectaram tamen aliquid de literis Alini Pollionis: sed nimium ex meo otium expecto: quanquam tibi remitto, nisi quid necesse erit, necesse ne habeas scribert, nisi eris valde otiosus. De tabellaris facerem quod suades, si essent viles necessariae literæ ut erant olim: cum tamen brevioribus diebus cotidie respondebant tempori tabellariorum: & erat aliquid Silius. Datus alia quaedam: nunc nisi Ortho exitisset, quid scriberemus non erat. Idipsum dilatum est, tamen alleuor: cum loquor tecum absens, multo etiam magis cum tuas literas lego. Sed quoniā & abes (sic enim arbitror) & scribendi necesse ras nulla est, conquecent literæ, nisi quid noui extiterit.

<sup>254</sup> Qualis futura si Cæsaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro quem Hiricus ad me misit, in quo colligit virtus Catonis, sed cum maximis laudibus meis. Itaque misi librum ad Muscam, ut tuus librarius daret. Volo enim eum diuulgari: quod quo facilius sit, imperabis tuis. ~~ad securius & seruissimus~~ & sepe conor, nihil reperio, & quidem mecum habeo, & ~~ad securius & seruissimus~~ ~~ad securius~~ Sed quid simile illi & quæ ipsi honesta essent scribant, & grata Alexandro: ecquid tu eiusmodi reperire Mihi quidem nihil in mentem venit. Quod scribis te vereri ne & gratia & auctoritas nostra hoc meo mecerore minuatur, ego quid homines aut reprehendant aut postulent nefcio. Ne doleam quid potest? Ne iaceam quis unquam minus, dum tua me domus leuabat? Quis à me exclususquis venir qui offenderetur?

<sup>255</sup> Ad Afroram sum à te profectus. Legere

isti Ieri, qui me reprehendunt, tam multa non possunt quam ego scripsi: quam bene, nihil ad rem: sed genus scribendi id fuit quod nemo abiecto animo facere posset. x x dies in hortis fui. Quis aut congruum meum aut facilitatem sermonis desideravit? Nunc ipsum ea lego, ea scribo, ut ii qui mecum sunt, difficilius orium ferant quam ego laborem. Siquis requirit cur Romæ non sim: quia discessus est, cur non sim in his meis prædiolis, quæ sunt huius temporis: quia frequentiam illam non facile ferrem. Ibi sum igitur, ubi si qui optimas Baias habebat, quoniam hoc tempus consumere solebat. Cum Romanum venero, nec vultu, nec oratione reprehendar. Hilaritatem illam qua hanc tristitiam temporum condicimus, in perpetuum amisi. Constantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. De hortis Scapulanis hoc videntur effici posse, aliud tua gratia, aliud nostra, ut praeconi subiiciantur. Id nisi sit, excludemur: sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis nostra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo scribis, non est in eo. Faberiana modo res certa sit: tuque enire, quod facis: quod volumus consequemur. Quod quarum quandiu hic: paucos dies, sed certum non habeo: simulac constituo, ad te scribam: & tu ad me, quandiu in suburbano sis futurus. Quo die ego ad te hæc misi, de Pilia & Attica mihi quoque eadem quæ scribis, & scribuntur & nunc inantrur.

<sup>256</sup> Nihil erat quod scriberet: scire tamè volebā vbi es: si abes, aut absfuturus es, quādo reditus es: facies igitur certiorem. Et quod tu scire volebas, ego quando ex hoc loco: postridie Id. Ianuarii constitui manere: inde postridie in Tusculano aut Romæ: utrum sim

facturus, eo ipso die scies: scis quām sit ~~enim~~, ~~enim~~. Minime in te quidem, sed tamen aude sum affectus de Fano: quod nisi, non dico effectum erit, sed fieri video, audebo hoc dicere (& tu, vt soles, accipies) incursum habet in te dolor meus: nō iure ille quidem, sed tamen feres hoc ipsum quod scribo, vt omnia mea fers ac tulisti. Omnes tuas consolationes, vnam hanc in rem velim conferas: si queris quid optem, primum Scapulz, deinde Clodiz, postea si Silius nolet, Drusus ager in iuste Culini & Trebonii: puto Terentium esse dominum, Rebilium fuisse certo scio. Sin autem tibi Tusculanum placet, vt significasti quibusdam literis, tibi assentiar. hoc quidem vtrique perficies, si me leuari vis: quem iam etiam grauius accusas, quām paritur tua consuetudo: sed facis summo amore & vicitus fortasse vitio meo: sed tamen si me leuari vis, hac est summa leuatio: vel (si verum scire vis) vna. Hirtii epistolam si legeris (quz mihi quasi ~~reverentia~~ videtur eius vituperationis quam Cesar scripsit de Catone) facies me, quid tibi visum sit (si tibi erit cōmodum) certior em. Redeo ad Fanū: nisi hac zestate absolute crit, quam vides integrum restare, scelerē me liberatum non putabo. Nullum à te desiderauit diem literarum, videbam enim quz scribis, & tamen suspicabar, vel potius intelligebam nihil fuisse quod scribeberes. Ad V 1 Id. vero & abesse te putabam, & planè videbam nihil te habere. Ego tamen ad te ferè cotidie mittam. Malo enim frustra quām te non habere cui des, siquid forte sit quod putas me scire oportere. Itaque accepi V 1 Id. literas tuas inaneas. Quid enim habebas quod scriberes? Mi tamen illud, quidquid erat, non molestem fuit, nihil aliud scireme, noui te nihil habere. Scripsi tamen nescio quid de Clodia. Vbi ergo ea est, aut quando ventura? Placet mihi res sic, vt secundum Othonem nihil magis, sed neque hanc vedituram puto. delectatur enim, & copiosa est. & illud alterū, quām sit difficile, te non fugit. Sed obsecro enitamus vt aliquid ad id quod cupio, excogitemus. Ego me hinc postridie exiitum puto, sed ant in Tusculanum, aut domum, inde fortasse Arpinum. cum certum sciero, scribam ad te. Venerat mihi in mentem monere te vt idipsum quod facis faceres. Putabam enim commodius te idem istud domi agere posse, interpellatione sublata. Ego postridie Id. vt scripsi ad te ante, Lanuui manere constitui; inde aut Romz, aut in Tusculano. Scies ante vtrunque.

257 Quod scies recte illam rem fore leuamento, bene facis, cum id esse (mihi crede) perinde, 257 vt existimat tu non potes. Res indicat quantopere id cupiam, cum tibi audeam cōfiteri, quem id non ita valde probare arbitter. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus simmo vero etiā adiuuandus. De Othonē diffido, fortasse quia cupio: sed tamen maior etiam res est quām facultates nostræ, presertim aduersario & cupido & locuplete, & hærede. Proximum est, vt velim Clodiz. Si ista minus confici possunt, effice quiduis. Ego me maiore religione, quām quisquam fuit vilius voti, obstrictum puto. Videbis etiam Trebonianos, eti abfūnt domini. Sed, vt ad te hinc scripsi, considerabis etiam de Tusculano, ne zetas effluat, quod certe non est committēdum. Et Hirtium aliquid ad te ~~mutuam~~ de me scripsi, se facile patior (fecit enim humane) & te eius epistolam ad me non misisse multo facilius; tu enim etiam humanius. Illius librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo divulgi ab tuis, vt ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio. Quid per Mustelam agis, habes hominem valde idoneum, meique sanū studiosum iam inde à Pontiano. Perfilce igitur aliquid. Quid autem aliud, nisi vt aditus sit emproti, quod per quenvis hæredem potest effici? Sed Mustelam id perfecturum, si rogaris, puto. mihi vero & locum quem opto ad id quod volumus, dederis, & præterea ~~litteras~~; nam illa Silii & Drusi non satis ~~inclusa~~ mihi videntur. Quid enim federe totos dies in villa illa? Igitur malum primum Othonis, deinde Clodiz. Si nihil fieri, aut Druso ludus est suggestus, aut vtendum Tusculano. Quid domi te inclusisti, ratione fecisti, sed quoz confice, & te vacuum reddere nobis. Ego hinc, vt scripsi ante, postridie Id. Ian. deinde postridie in Tusculano. Contudi enim animatum, & fortasse vici, si modo permanero. Scies igitur fortasse eras, summum perendie. Sed quid est queso? Philotimus nec Cartini Pompeium tenerit: qua de re literarum ad Clodium Patauinum missarum exemplum mihi Oppius & Balbes miserant, se id factum arbitrari, bellumque narrat reliquum satis magnum. Solet omnino esse Fulius in aſter.

Sed tamen si quod habes. Volo etiam scire de naufragio Gabiniano quid sit. Ego hic duo magna ~~curia~~<sup>curia</sup> absolu*m*. Nullo enim alio modo à miseria quasi abertare possum. Tu mihi etiam si nihil erit quod scribas (quod fote ita video) tamen id ipsum scribas velim, te nihil habuisse quod scriberes, dummodo ne his verbis. De Attica optime. ~~in~~<sup>in</sup> tua me moueret, et si scribis nihil esse. In Tusculano eo commodius ero quod & crebrius tuas literas ac cipiam, & te ipsum nonnunquam video. Nam ceteroqui ~~shame~~<sup>shame</sup> erant Asturz: nec hoc, que refricant, hie me magis angunt, et si tamen vbiunque sum, illa sunt mecum.

258 De Cæfare vicino scripsiteram ad te, quia cognoram ex tuis literis, cum ~~in~~<sup>in</sup> Quirini malo, quam Salutis. Tu vero per uulga Hirtium: id enim ipsum putaram quod scribis: ut cum ingenium amici nostri probaretur, ~~in~~<sup>in</sup> vituperandi Catonis irridetur. Vincam, opinor, animum: & Lanuino pergam in Tusculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo caretum est (nam dolor idem manebit, tantummodo oītius) aut nefeo quid intersit, utrum illue nunc veniam, an ad decem annos. Neque enim ista maior admonitio, quam quibus assidue conficior & dies & noctes. Quid ergo, inquit, nihil literæ? In haec quidem re, vereor ne etiam contraria: nam essem fortasse durior. Exulto enim animo nihil agrestis, nihil inhumanum est. Tu igitur, vt scripsisti, nec id incommodo tuo: vel(bina) enim poterunt literæ) occurram etiam, si necesse erit. Ergo id quidem vt poteris. De Mustella, vt scribis, et si magnum opus est: eo magis delabor ad Clodium: quanquam in utroque Faberianum nomen explorandum est: de quo nihil nocuerit, si aliquid cum Balbo eris locutus: & quidem, vt res est, emere nos velle, nec posse sine isto nomine, nec audere incerta. Sed quando Clodia Roma futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malum, sed & magna res est & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede, et si de cupiditate nemini concedam, ceteris rebus inferiores sumus. Sed hæc coram Hirtii librum, vt facias, diuulga. De Philotimo idem & ego arbitraber. Domum tuam pluris video futuram vicino Cæfare. Tabellarium meum hodie expectamus: nos de Pilia & Attica certiores faciet. Domi te libenter esse facile credo, sed velim scire quid tibi rellet, aut iamne confeceris. Ego te in Tusculano expecto, cōque magis quod. Tironi statim te venturum, scripsi, & addidisti, te putare opus esse. Senticbam omnino quantum mihi præsens prodest, sed multo magis post discessum tuum sentio, quam ob rem, vt antò ad te scripsi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, quod licet.

259 Heri non multo post quam tu à me discessisti, puto quidam urbani, vt videbantur, ad me mandata & literas attulcrunt à C. Mario C. F. cum multis verbis agere mecum per cognitionem, quæ mihi secundum esset, per eum Marium quem scripsi, per eloquentiam L. Crassi cui sui, vt se defendicerem, causamque suam mihi perscripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Cæsar is propinquus eius omnis potestas esset, virtu optimi, & hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. O tempora, fore cum dubitet Curtius Consulatum petere, sed hæc hactenus.

260 De Tironem mihi curæ est, sed iam sciam quid agat. Heri enim misi qui videret, cui etiam ad te literas dedi. Epistolam ad Cæarem tibi misi. Horti, quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Ut me leuarat tuus aduentus, sic discessus affixit. Quare cum poteris, id est cum Sexti auctioni operam dederis, resuies nos, vel vnuus dies muli erit utilis: quid dicam gratis? Ipse Romanum venirem, vt vna essemus, si satis consilium quadam de te haberes. Tironem habeo citius, quam verebar, venir etiam Nicias, & Valerium hodie audiebas esse venturum: quamvis multi sint, magis tamen ero solus, quam si vnuus es. Sed expecto te à Peducco utique, tu autem significas aliquid etiam ante: verum id quidem vt poteris. De Virgilio, vt scribis: hoc tamen velim scire, quando auctio. Epistolam ad Cæarem miti, video tibi placere. Quid queris? Mihi quoque hodie maxime placuit, & eo magis quod nihil est in ea nisi optimi eius: sed ita optimi, vt tempora quibus parere omnes ~~in~~<sup>in</sup> præcipiant: sed sic nobis esse visum, vt isti ante legent. Tu igitur id curabis: sed nisi planè illi intelliges placere, mittenda non est. Id autem utrum illi sentiant, an te simulent, tu intelliges: sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit. ~~in~~<sup>in</sup> & ~~in~~<sup>in</sup>. De Cerelia quid tibi pla-

cerer, Tiro mihi narravit: debere, non esse dignitatis meæ: prescriptionem tibi placere: hoc metuere, alterum in meo non ponere. Sed & hæc & multa alia coram. Sustinenda tamen (si tibi videbitur) solutio est nominis Cereliani, dum & de Metione & de Faberio sciamus. L. Tullium Montanum nosci, qui cum Cicero profectus est, ab eius sororis viro literas acceperit, Montanum Plancus debere, quod præs pro Flaminio sit, nō x x. de ea re nefcio quid te à Montano rogatum. Sanè velim, siue Plancus est rogandus, siue qua re potes illū iuuare, iuuus: pertinet ad nostrum officiū, si res tibi forte notior est, quām mihi: aut si Plancum rogandum putas, scribas ad me velim, ut quid rei sit, & quid rogandum, sciām. De eis pīstola ad Cæfarem quid egeris, expecto. De Silio non ita sanè labore, tu mi aut Scapulanos aut Clodianos officias necesse es. Sed nefcio quid videris dubitare de Clodia, vtrū quādo veniat, aut sintne venaleis. Sed quid est quod audio? Spinterem fecisse diuortium? De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia conscribis. ~~et~~, ~~et~~, ~~et~~ sunt, minore labore sunt, verba tantum affero quibus abundo.

Ego etiā nihil habeo quod ad te scribam, scribo tamen, quia tecum loqui video. Hic nobiscum sunt Nicias & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortassis altere postmeridianæ, nisi te Epirotice literæ impediunt, quas ego non interpellō. Misisti ad te epistolæ, ad Martianum & ad Montanum, eas in eundem fasciculum velum addas; nūl forte iam dedisti.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER XIII.

CICERO ATTICO:

261

**A**D CICERONEM ita scripsi, ut neque severius, neque temperantius scribi potuerit, nec magis quam quemadmodum ego maxime velle. Prudētissime etiam ad Tullios. Quare aut ista proficiens, aut aliud agamus. De pecunia vero, video à te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam. Et si effici, à te hortos habebo. Nec vero vobis genus possessionis est quod malum: maxime scilicet ob eam causam quæ suscepimus: cuius festinationem mihi tollis, quoniam de aestate polliceris, vel potius recipis. Deinde etiam ad ~~temporalem~~, moestiamque minuendam, nihil mihi repertiri potest acrius, cuius rei cupiditas impellit me, interdum ut te hortari velim, sed me ipse reuoco. Non enim dubito quin quod me valde velle putas, in eo tu meipsum cupiditate vincas. Itaque istue iam pro facto habeo. Expecto quid ictis placeat de epistola ad Cæfarem. Nicias te (vt debet) amat, vehementerque tua sui memoria delectatur. Ego vero Peducum nostrum vehementer diligio: nam & quanti patrem feci, totum in hunc ipsum, per se æque amo atque illum amavi. te vero plurimum, qui hoc ab utroque nostro fieri velis. Si hortos impexeris, & si de epistola certiore me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: si minus, scribam tamen aliquid: nunquam enim dicit. Gratior milite celeritas tua, quām ipsa res, quid enim indigetus? Sed iam ad ista obduruum, & humanitatem omnem exsumus. Tuas literas hodie expectabam, nihil equidem ut ex his noui. Quid enim verū tamen Oppio & Balbo epistolas deferri iubebis, & tamen Pisonem sicuti de Auio. Faberius si yenerit, videbis ut tantum attributatur, si modo attribuetur, quantum debetur. accipies ab Erote. Ariarathes Ariobarzani filius Romanum venit: vult opinor regnum aliquod emere à Cæfare. Nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo non habet: omnino eum Sestius noster parochus publicus occupauit, quod quidem facile patior. Verutamen quod mihi summo beneficio meo magna cum fratribus illius necessitudo est, inuitu cum per literas ut apud me diuersetur. Ad eam rem cum mitterem Alexandrum, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peduci, cum poteris ergo, etiā impedit fortasse Faberius, sed tamen cum licet. Dionysius noster grauter queritur, & ramen iure, à discipulis abesse rádiu, multis verbis scripsit ad me, credo

- item ad te. mihi quidē videtur etiā diutius absfuturus ac nollē: valde enim hominē desidero.
- 262 A te literas expectabam. nondum scilicet: nam has mane reſcribebam. Ego vero iſta no  
mina ſic probo, vt nihil aliud me moueat, niſi quod tu videris dubitare. Illud enim non ac  
cipio in bonam partem, quod ad me refers. Quidiſe negotium meum gerere niſi conſi  
lio tuoſed tamen intelligo, magis te id facere diligentia, qua ſemper vteris, quām quod du  
bites de nominibus iſtis. Etenim Cœlium non probas, plura non viſ, vtrunque laudo. His,  
igitur vtrendum eſt: præ aliquando factus eſſet in hiſ quidem tabulis. A me igitur omnia  
quod dies longiores: teneamus modo quod volumus. Puto fore iſtam etiam à präcone  
diem, certe ab haeredibus. De Crifo & Mustela videbis: & velim ſcire quæ ſit pars duorum.  
De Bruti aduentu eram factus certior: attulerat enim ab eo AEgypta libertus literas. Miſi  
ad te epiftolam, quia commode ſcripta erat.
- 263 Habeo munus à te elaboratum decem Legatorum, & quidē puto. nam filius anno poſt 163  
Quæſtor fuit, quām Consul Mumius. Sed quoniam ſapiens de nominibus quæritis quid pla  
ceat, ego quoque tibi ſapiens reſpondeo placere. Si quid poteris cum Pifone, conficies: A  
uius enim videtur in officio futurus. Vclim antè poſſis: ſi minus, vtrique ſimus ſimul cum  
Beatus veniet in Tusculanum. Magni intereft mea, vñā nos eſſe. ſciens autem qui dies iſi fu  
turus eſt, ſi puero negotium dederis vt querar. Spuriū Mumium putaram in decem Le  
gatis fuſſe, & videlicet: etenim ſuſſe fratris fuſſe, fuit enim ad Corinthum. Miſi tibi Tor  
quatum. Colloquere tu quidem cum Silio, vt ſcribis, & vrge. Illam diem negabat eſſe men  
ſe Maio. iſtam non negabat. Sed tu, vt omnia, iſtuc quoque ages diligenter. De Crifo &  
Mustela ſciliſſet cum quid egeris, quoniam ad Beati aduentum fore te nobis ſum polliceris,  
ſatis eſt, preſertim cum hi tibi dies in magno noſtro negotio conſumantur.
- 264 De aqua duetu probe feciſti. columnarium vide, ne nullum debeamus. quanquam mihi 264  
videor audisse à Camillio commutatam eſſe legem. Pifoni quid eſt quod honestius reſpon  
dere poſſimus, quām ſolitudinem Caronis nec cum haeredibus ſolum Herennianis, ſed etiā  
vt ſciſſtu enim mecum egifſt) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque  
ad rem pertinet) in Achaea ſumptuerat. Sed agit liberaliter, quoniam negar ſe quidquam fa  
ctuum contra noſtram voluntatem. corām igitur, vt ſcribis, conſtituimus quemadmodū  
rem explicemus. Quod reliquos coheredes conueniſti, planè bene. Quod epiftolam meam  
ad Brutum poſcis, non habeo eius exemplum, ſed tamē ſaluum eſt: & ait Tiro te habere  
oportere, & vt recordor, vñā cum illius obiurgatoria tibi meam quoque, quam ad eum re  
ſcriperam, miſi. Iudiciali moleſtia vt caream, videbis. Tuditaniū iſtum proauum Hor  
tentii planè non noram, & filium, qui tum non potuerat eſſe Legatus, fuſſe putaram. Mu  
mium fuſſe ad Corinthū pro certo habeo. ſaſe enim hic Spurius, qui nuper eſt, epi  
ſtolas mihi pronuntiabat verſiculis faceris, ad familiaris miſtas à Corintho. ſed non dubito  
quoniam fratri fuerit Legatus non in decem. Atque hoc etiam accepi, non ſolitos maiores  
noſtros legare in decem, qui eſſent Imperatorum neceſſarii, vt noſ ignari pulcherrimorū +  
inſtitutotum aut negligentes potius, M. Lucullum & L. Murenam & ceteros ad L. Lucullū  
miſimus. Illudque ſuſſe, iſtum fratri in primis eius legatis fuſſe.
- 265 Operam tuam multam, qui & hæc cures, & mea expediās, & ſis in tuis multo minus di  
ligens quām in theis. Seſtius apud me fui & Theopompus pridie. veniſſe à Cæſare narra  
bar literas, hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere, cauſamque eam aſcribere, quæ e  
rat in epiftola noſtra, ne ſe abſente leges negligerentur, ſicut eſſet neglecta ſumptuaria. Eſt  
ſuſſe, idque eram ſuſpicatus: ſed iſtis moſ gerendus eſt, niſi placet hanc ipſam ſententiam,  
noſ persequi, & Lentukum cum Metella certe feciſſe diuortio. Hæc omnia tu melius. Re  
ſcribes igitur quidquid voles, dummodo ne quid, iam enim non reperio quid te reſcriptu  
rum putem, niſi forte de Mustela, aut ſi Silium videris. Brutus heri venit in Tusculanum  
poſt horam decimam. hodie igitur me videbit: ac velleſ, cum tu adefles: miſi equidem ei  
nunciari, te quoad potuiffes, expeſtasse ciuſ aduentum, venturūque, ſi audiſles: mōque, vt  
facio, continuo te certiore eſſe facturum.
- 266 Planè nihil erat quod ad te ſcriberem. modò enim diſceſſtas, & paulo poſt triplices re  
166

miseras. Velim cures fasciculum ad Veturium deferendum, & alicui des negotium, qui querat Q. Faberii fundus nunquid in Pompeiano Nolano venalis sit. Epitomen Bruti Cœlianorū velim mihi mittas, & à Philoxeno ~~transcribere~~ <sup>reponere</sup>. Te Idibus videbo cū tuis.

267 Commodum discelles heri, cum Trebatius venit, paulo post Curtius hic salutandi cau <sup>267</sup> sa, sed manſit inuitatus. Trebatium nobis cum habemus. Hodie mane Dolabella, multis fermo ad multum diem, nihil possum dicere ~~trahitur~~, nihil ~~conspicimus~~. Ventum est tamen ad Q. Multa ~~est~~, ~~ad~~, ~~in~~, sed vnum eiusmodi, quod nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderet scriberet, sed haec tenus ~~ad~~ ad me venit, cum haberem Dolabellam, Torquatus: humanissimeque Dolabella, quibus verbis secum egifsem, exposuit: commodum enim egeram diligentissime, quz diligentia grata est via Torquato. A te exspecto, siquid de Bruto, quamquam Nicias confectum putabar, sed diuortium non probari, quo etiam magis labore idem quod tu. Siquid est enim offensionis, hac res mederi potest. Mihi Arpinum cundum elnam & opus est constituta nobis illa praediola, & vereor ne excludi potestas non sit cum Cæsar venerit: de cuius aduentu eam opinionem Dolabella habet, quam tu conjecturam faciebas ex literis Messalz. Cum illuc venero, intelleixerique quid negotii sit, cum ad quos dies redditus sit, scribam ad te.

268 Minime miror te & grauerit ferre de Marcello, & plura vereri periculi genera. Quis e- 268 nim hoc timet, quod neque acciderat ante, nec videbatur natura ferre ut accidere posset? Omnia igitur metuenda, sed illud ~~magis~~ ~~in~~ ~~is~~, tu presertim me reliquum Conflarem. Quid tibi Seruus quid videtur: quamquam hoc nullam ad partem valet scilicet, mihi presertim, qui non minus bene actum cum illis putem. Quid enim sumus: aut quid esse possumus: domine, an foris: Quod nisi mihi hoc venisset in mentem scribere ista nescio, quz, qud verterem me, non haberem. Ad Dolabellam, vt scribis, ita puto faciendum, ~~an~~: ~~magis~~ ~~quazdam~~ & ~~metuenda~~. faciendum certe aliquid est: valde enim desiderat. Brutus siquid, curabis ut sciām: cui quidem quamprimum agendum puto, presertim si statuit. Sermunculum enim omnem ait refinxerit aut fedat. Sunt enim qui loquuntur etiam mecum, sed hæc ipse optime, presertim si etiā tecū loquetur. Mihi est in animo proficiisci x 1 Kal. Hic enim nihil habeo quod agam, ne hercule illic quidem, nec visquam: sed tamen illic hodie Spintherem expecto. Misit enim Brutus ad me, per literas, purgat Cæsarē de interitu Marcelli, in quem ne si insidiis quidem ille interfecit esset, caderet villa suspicio. Nūc vero, cū de Magio constet, nōne furor eius omniē causam subinerit Planè quid sit nō intelligo: ex planabis igitur: quamquā nihil habeo quod dubitē, nisi ipsi Magio quz fuerit causa amenitatis, pro quo quidē etiam sponsor factus. & nimis id fuit, soluendo enim nō erat: credo eū petuisse à Marcello aliquid, & illum, vt erat, constantius respondisse. Credebā esse facile: totum est aliud, postea quām sum à te diūnctior: sed fuit faciendum, vt & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obseruantiz Bruto nostro imponerem. Posthac enim poterimus commodi colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tempore cum ille me cotidie videre velleret, ego ad illum ire non possem, priuabatur omni delectatione Tusculani. Tu igitur, si Seruilia veneris, si Brutus quid egerit, etiam si confituerit quādo obuiam, quidquid denique erit quod seire me oporteat, scribes. Pisonem si poteris, conuenias. vides quām maturum sit: sed tamen quod commodo tuo fiat.

269 Valde me momorderunt epistola tua de Attica nostra: exdem tamen sanauerūt. Quod enim te ipse consolabare cūdem literis, id mihi erat satis firmum ad leniendam agitudinem. Ligarianam præclare vendidisti: pothac quidquid scripsero, tibi præconium deferā. Quod ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intextere. Postea autē quām hæc ceipi ~~possim~~, iam Varto mihi denunciauerat magnam sanē & grauem ~~afflictionem~~. Biennium præterit cum ille ~~afflictus~~ assiduo cursu cubitum nullum processerit. Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, vt ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~, si modo potuissent, nam hoc etiam Hesiodus ascribit ~~ad~~ ~~ad~~. Nunc illam ~~ad~~ ~~ad~~ ~~ad~~ sanē mihi probatam, Bruto, vt tibi placuit, despōdimus, idque cū nō nolle mihi scripsi. Ergo illā ~~afflictionem~~, in qua homines no-

biles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus: etenim sunt *alii*, quæ ille valde probat. Catulo & Lucullo alibi reponemus: ita tamen si tu hoc probas, dique eo mihi rescribas velim.

- 270 De Brinniana auctione accepi à Vestorio literas: ait sine villa controversia rem ad me esse 270 collatam: Romæ videlicet aut in Tusculano me fore putauerunt ad v i i i Kal. Quint. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohæredi meo, vel Labeni nostro, paulum profrant auctionem, me circiter Non. in Tusculano fore cum Pisone. Ero tem habes. De Scarpulanis hortis toto peccore cogitemus: dies adeat.
- 271 Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scriperas, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in qua tuor: grandiores sunt omnino quam erant illi, sed tamen multa detracta. Tu autem mihi peruelim scribas, qui intellexeris illum velle. Illud vero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo *conservare*. nisi forte Brutū id ei de te stabat, sed tamen scire peruelim. Libri quidē ita exierunt (nisi forte me cōmunitis *conservare* decipit) vt in tali genere, ne apud Gracos quidem simile quidquam. Tu illam iacturam feres *quo* animo, quod illa quæ habes de Academicis, fructuaria descripta sunt: multo tamen hac erunt splendidiora, breuiora, meliora.
- 272 Nunc autem *tempū* quid me vertam. Volo Dolabellæ valde desiderante, non reperio quid: 272 & simul *tempū* quod mea. neque, si aliud qui potero *tempū* effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid hac leuia curamus: Attica mea, obsecro te, quid agit? quæ me valde angit. Sed crebro regusto tuas literas: in his acquiesco, tamen expecto Nonas. Brinnii libertus cohæres noster scripsit ad me velle, si mihi placet, cohæredes: & Sabinum Albium ad me venire. Id ego planè nolo. hereditas tanti non est, & tamen obire auctionis diem facile poterunt (est enim i i i Id.) si me in Tusculano poltridie Non. mane conuenient. Quod si laxius volent proferre diem, poterunt, vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim interest. Quare nisi iam profecti sunt, retinebis homines. De Bruto siquid erit, de Cesare siquid scies, siquid erit præterea, scribes. Illud etiam atque etiam consideres: velim, placatne tibi mitti ad Varronem quod scripsimus, et si etiam ad te aliquid pertinet: nam scito te ei Dialogo adiunctum esse, tertium opinor. Igitur consideremus: et si nomina iam facta sunt, sed vel induci, vel mutari possunt.
- 273 Quid agit obsecro te Attica nostra: nam triduo abs te nullas accepseram. nec mirum, ne mo enim venerat, nec fortasse causa fuerat. Itaque ipse quid scriberem non habebam. Quo autem die has Valerio dabam, expectabam aliquem meorum: qui si venisset, & à te quid aratissimum, videbam non defuturum quid scriberem. Nos cum flumina & solitudinem sequeremur, quo facilius sustentare nos possemus, pedem è villa adhuc egressi non sumus: ita magnos & assiduos imbris habebamus. Illam Academicen *tempū* totam ad Varronem traduximus, modo fuit Catuli, Luculli, Hortensii. Deinde quia *magis* & *spicim* videbatur, quod erat hominibus ignota, non illa quidem *tempū*, sed in his rebus *et tempū*, simulac veni ad villam, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli.
- 274 Ecce tuz literæ de Varrone. Nemini vifa est aptior *tempū* ratio, sed tamē velim scribas 274 ad me primum, placatne tibi aliquid ad illum: deinde si placebit, hōcne porissimum. Quid Seruilia, iamne venire Brutus etiā quid agit, & quando de Cesare quid auditur? Ego ad Nonas quemadmodū dixi: tu cum Pitone siquid poteris. v i. expectabam Roma aliquid. Non imperiale igitur aliquid tuis. nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, & quid à Cesare. Sed quid ista que minus curio Attica nostra quid agat scire cupio. etiā tuz literæ (sed iam nimis veteres sunt) recte sperare iubent, tamen expecto recens aliquid.
- 275 Vides propinquitas quid habet. nos vero conficiamus hortos, colloqui videbamus, in 275 Tusculano cum essem, tanta erat crebritas literarum. sed id quidem iam erit. Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem, sed tamen expecto quid ad ea quæ scripsi ad te. primum qui intellexeris eum desiderare à me cum ipse homo *tempū* nunquam me lassissuet: deinde quam *tempū* multo Hortensium minus, aut eos qui de repub. loquuntur. Planè hoc mihi explices velim. in primis, mancavne in sententia, vt

- mittam ad eum quæ scripsi: an nihil necesse putas. sed haec coram.  
 276 Commodum discesserat Hilarus librarius 1111 Kal. cui dederam literas ad te, cum ve-  
 nit tabellarius cum tuis literis pridie datis, in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod  
 Attica nostra rogar te, ne tristis sis, quodque tu ~~in~~ scribis. Ligarianam, ut video,  
 præclare auctoritas tua commandauit. Scriptis enim ad me Balbus, Oppius, mirifice se  
 probare, ob eamque causam ad Cesarem eam se oratiunculam misisse. Hec igitur idem tu  
 mihi antea scriperas. In Varrone ista causa me non moueret, ne videret ~~enim~~. sic enim  
 constituebam, neminem includere in dialogos, eorum qui viuerent. sed quia scribis &  
 desiderari à Varrone, & magni illum estimare, eos confici & absolui, nescio quām bene, sed  
 ita accurate, ut nihil posset suprà. Academicam omnem questionem libris quatuor. In eis  
 que erant contra ~~accusationes~~ præclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi: ad ea ipse re-  
 spondeo: tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam & Varronem fecissem inter se disputan-  
 tes, ut à te proximis literis admoneas, mecum ~~ad~~ esses effet. hoc in antiquis perlo-  
 nis suauiter sit, vt & Heraclides in multis, & nos sex de Repub. libris fecimus. Sunt etiam  
 de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati: in eis quoque ex personz sunt, ut mihi  
 tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius frater Catu-  
 li, Cotta, Sulpicius. Puer me hic sermo inducit, ut nullus esse possent partes meæ. Quæ  
 autem his temporibus scripsi, ~~adversarii~~ morem habent, in quo sermo ita inducitur cete-  
 torum, ut penes ipsum si principatus. Ita confici quinque libros ~~ad~~ tuos, ut Epicurea  
 Lucio Torquato, Stoica M. Catoni, ~~adversaria~~ M. Pisoni daremus. ~~adversarii~~ id fore pu-  
 taram, quod omnes illi dececerant. Hec academicæ, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Horten-  
 sio contuleram. sanè in personas non cadebant. Erant enim ~~adversarii~~ quām ut illi de iis  
 somniaisse vñquam viderentur. Itaque ut legi tuas de Varrone, tanquam ~~adversarii~~ arripui. ap-  
 tius esse nihil potuit ad id philosophiaz genus, quo ille maxime mihi delectari videretur, eaf-  
 que partes ut non sim consecutus, ut superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer  
~~adversarii~~ Antiochitis, quæ diligenter à me expressa acumen habent Antiochi, nitorem oratio-  
 nis nostris, si modo es et aliquid in nobis. Sed tu dandosne putas hos libros Varroni, e-  
 tiam atque etiam videbis. Mihi quazdam occurunt, sed ea coram.  
 277 A Calfare literas accepi consolatorias, datas Prid. Kal. Mai Hispali. De vrbe augenda  
 quid sit promulgatum, non intellexi, id sancte scire velim. Torquato nostra officia grata es-  
 se facile patior, eaque augere non definam. De vxore Tuberonis & priuigna, neque possum  
 iam abdere (est enim res perulgata) neque Tuberonem volo defendere. Mirifice est enim  
~~adversarii~~. Theatrum quidem sanè bellum habuisti. Ego eti hoc loco facilissime sustentor, ta-  
 men te videre cupio, itaque ut constitui, adero. Fratrem credo à te esse conuentum: scire  
 igitur studio quid egeris. De fama nihil sanè labore, eti scripsieram ad te tunc stulte, nihil  
 melius: curandum enim non est, atque hoc in omni vita sua quenque à recta conscientia  
 transuersum vnguem non oporet discedere. Vidēn' quām ~~adversarii~~ tu nos frustra exi-  
 stimas hec in manibus habere. ~~Ad~~, te nollem, quod nihil erat (Redeo enim rursus eo-  
 dem) Quidquāme me putas curare in toro, nisi ut ei ne defim: Id ago scilicet, ut iudicia  
 videar tenet, ~~si pugnem~~. Vellem tam domellicâ fere possem, quām ista contempnere. Pu-  
 tas autem me voluuisse aliiquid quod perfectum non sit: Non licet scilicet sententiā suam:  
 sed tamen quæ tum acta sunt non possum non probare, & tamen non curare pulchre pos-  
 sum, sicuti facio. sed nimium multa de nugis.  
 278 Ad Hirinium dederam epistolam sanè grandem, quam scriperā proxime in Tusculano: 278  
 huic quam tu mihi misisti, rescribam alias: nunc alii malo. Quid possum de Torquaro, ni-  
 si aliquid à Dolabella: Quod simulac, cōtinuo sciens. Expectabā hodie, aut summum eas  
 ab eo tabellarios: qui simulac venerint, mittentur ad te. A Quinto expecto, proficisciens  
 enim è Tusculano V 111 Kal. ut scis, misi ad eum tabellarios. Nunc ad tem ut redeam. In-  
 hibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer dispiicit. Est enim verbum to-  
 tum nauticum: quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, cum inhabe-  
 ri essent temiges iussi: id non esse eiusmodi didici heri, cum ad villam nostrā nauis appelle-

retur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant. Id ab ~~litteris~~ remotissimum est. quare facies ut ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. Nec est melius quidquam quam ut Lucullus

Sustineat currum, ut bonus sepe agitar equusque:

semperque Carnades ~~et~~ ~~etiam~~ pugilis, & retentionem aurigae similem facit ~~litteris~~. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiori quidem remigationis nauem conuentis ad puppim. Vides quanto hoc diligenter curem, quam aut de rumore aut de Pollio ne. De Pania etiam siquid certius. credo enim palam factum esse. De Critonio siquid esset, certe de Metello & Balbino. Dic mihi, placetne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo ~~litteras~~ ~~litteras~~. Quid illud rectumne existimas cuiquam antequam Brutus cum te auctore ~~et~~ ~~et~~? Scriptis enim Balbus ad me, se a te quintum de Finibus librum descripsisse, in quo non sanè multa mutauit, sed tamen quedam. Tu autem commode feceris, si reliquos continuebis, ne & ~~disceperit~~ habeat Balbus, & ~~te~~ Brutus. Sed haec haec tenus, ne videar ~~litteras~~ ~~litteras~~, et si nunc quidem maxima mihi sunt haec. Quid est enim aliud Varroni quidem que scripti te auctore, ita proprio mittere, ut iam Romanam misericordem describenda, ea si volles, statim habebis. Scripti enim ad librarios, ut fieret tuus, si tu velles, describendi potestas. Ea vero continebis, quoad ipse te videam. quod diligentissime facere soles, cum a me tibi dictum sit. Quomodo autem fugit me tibi dicere, mirifice Cerelia studio videlicet philosophix flagrans, describit a tuis. Istos ipsos de Finibus habet. Ego autem tibi confirmo (possum falli, ut humanus) eam non habere: nunquam enim ab oculis meis absuerunt. Tantum porrò aberat, ut binos scriberent, vix singulos consercerunt. tuorum tamen omnium delictum arbitror. Idemque te volo existimare: a me enim praetermissum est, ut dicere eos exire nondum velle.

279 Hui quandiu de nugis! De te enim nihil habeo quod loquar. De Dolabella tibi assenserem, cohæredes, ut scribis in Tusculano. De Cæsar's aduentu scriptis ad me Balbus non ante Kal. Sext. De Attica optime, quod leuis ac lenius, & quod fert ~~litteras~~. Quod autem de illa nostra cogitatione scribis, in qua nihil tibi cedoreta quæ noui, valde probo: hominē, domum, facultates: quod caput est, ipsum non noui, sed audio laudabilia de Scrofa: etiam proxime accedit, siquid hoc ad rem: ~~litteras~~ est etiam quam pater: coram igitur & quidem in propenso animo ad probandum. Accedit enim quod patrem (ut scire te puto) plus etiam quam non modo tu, sed quam ipse scit, amo & digne & merito & iandiu.

280 De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquirio. Occurrunt mihi quedam, sed ea coram. Te autem ~~litteras~~ intexui, faciamque id crebris. Proximis enim tuis literis primū id te nō nolle cognoui. De Marcelllo scripsierat ad me Cassius antea: ~~litteras~~ ~~litteras~~ Scripui, rem acerbam. Ad prima redco. Scripta nostra nusquam malo esse quam apud te, sed ea tum foras dari, cum utriusque nostrum videtur. Ego & librarios tuos culpa liberor, neque te accuso, & tamen aliud quiddam ad te scripsera, Cereliam quedam habere, quæ nisi a te habere non potuerit. Balbo quidem intelligebā satissimè fuisse, tantū nobebam, aut obsoletū Bruto, aut Balbo inchoatū dari. Varroni simulac te video (si tibi videbitur) mirā. Quid autē dubitarim, cū video te scies. attributos quod appellas, valde probe. Te de prædio autem exerceri moleste fero. De Bruto nostro perdiōsum, sed vita fert. Muliæ autem vix fati humanæ, quæ inimico animo ferant, cū utraque officio pareat. Tullium scribam nihil fuit quod appellarès: nam tibi mādassim, si fuiserit. Nihil enim est apud eum positum nomine voti, sed est quiddam apud illum meum. Id ego in hanc rem statui conferre. Itaque & ego recte tibi dixi, vbi es, & tibi ille recte negauit, sed hoc quoque ipsum continuo adoriamur. Locum hominibus nō sanè probo, quod est desertior, sed habet ~~litteras~~, verū hoc quoque, ut censueris: quippe qui omnia. Ego ut cōstitui adero, atque utinā tu quoque codē die: fin quid(multa enim utriusque) postridie: etenim cohæredes, a quis sine te, opprimenti malitia est. Alterius iam literis nihil ad me de Attica, sed id quidē in optimâ spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quidem: a tu & illi, & Pilia plurimam, nec me tamen irasci iudicaris. Epistolam Cæsaris misi, si minus legiles.

- 281 Antemeridianis tuis literis heri statim rescripti, nunc respondeo vespertinis. Brutus mal-  
lem me arecesserit: nam & aquius erat, cum illi iter instaret & subiectum & longum: & me-  
hercule nunc, cum ita sumus affecti, ut non possimus planè simul vivere (intelligis enim  
profectio quo maxime posita sit ~~multum~~) facile patiebar nos potius Romæ vna else, quam  
in Tusculano. Libri ad Varronem non morabantur. Sunt enim defecti, ut vidisti, tantum  
librariū menda tollitur. De quibus libris scis me dubitas, sed tu videris. Itē quos Bru-  
to mittimus, in manibus habent librarii. Mea mandata (vt scribis) explica, quanquā ista re-  
tentione omnis ait uti Trebatius, quid tu istos putas. Nostri domum, quam confice ~~soles~~.  
Incredibile est quam ego ista non eurem. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi cre-  
das velim, mihi maiori offensioni esse quam delectationi possessiunculas meas. Magis enim  
doleo, me non habere cui tradam, quam habere qui vtr. Atque illud Trebatius te tibi di-  
xisse narrabat. Tu autem veritus es fortasse ne ego iniurias audirem. Fuit id quidē huma-  
nitatis, sed mihi crede, iam ista non curio. Quare da te in sermonē & perfeca & cōfīce, ex-  
cita, cōpella, loquere, ut te cū illo Scuola loqui putes. Ne existimes, eos qui nō debita con-  
fetti soleant, quod debeatur remissiōs. De die tantum videro, & idipsum bono modo.  
282 Quid est, quod Hermogenes mihi Clodius, Andromenem sibi dixisse, se Ciceronem vi-  
disse Corcyrae. Ego enim audira tibi putaram. nihil igitur ne ei quidem literarum non  
vidit. Facies ergo ut sciam. Quid tibi ego de Varrone recribam? Quatuor ~~ad~~ <sup>ad</sup> sp̄s sunt in  
tua potestate. quod egerris, id probabo nec tamen ~~ad~~ <sup>ad</sup> sp̄s. Quid enim, sed ipsi quam  
res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipitur in alteram aurem de retentio-  
ne, rescripti ad tuas accurate scriptas literas. Conficies igitur & quidem sine villa dubitatio-  
ne, retractatione, hoc fieri & opertus & opus est. De Andromene, ut scribis, ita putarā;  
Scis enim, mihi que dixisses, tu tamē ita mihi de Bruto scribis, ut de te nihil: quid autē  
illum putas? Nam ego Romam pridie Id. ita volui Bruto scribere: sed quoniam te legis  
scribis, fui fortasse ~~ad~~ <sup>ad</sup> sp̄s, me ex tuis literis intellexisse, nolle cum me, quasi prosequen-  
di sui causa, Romam nunc venire. Sed quoniam iam adest meus aduentus, fac quælo ne  
quid cum Idus impediatur, quo minus suo commodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabu-  
lam cūm desideraturus eram. In tali enim negotio cur tu vnuis non satis es, sed ad tefta-  
mentum volcam, quod iam malo alio die, ne ob eam causam Romā venisse videar. Scri-  
psi igitur ad Brutum iam illud, quod putassem, Idibus nihil opus esse. Velim ergo totum  
hoc ira gubetnes, ut ne minima quidem te villa Bruti commodum impidiamus. Sed quid  
est tandem, quod perhorrefas, quia tuo periculo iubeam libtos dari Varroni: etiam nunc  
si dubitas, fac ut sciamus. Nihil est enim illis elegantius: volo Varronem, presertim cum il-  
le desideret: sed est, ut scis, ~~meus~~ <sup>ad</sup> ~~tuus~~ <sup>ad</sup> sp̄s ~~meum~~ <sup>tuum</sup> ~~sciam~~. Ita mihi saepe occurrit vultus  
eius, querentis fortasse vel hoc, meas partis in iis libris copiosius defensas esse, quam suas:  
quod mehercule intelliges non esse, si quando in Epeirum veneris: nam nunc Alexionis epi-  
stolis cedimus. Sed tamen ego non despero probatum iri Varroni: & id, quoniam impen-  
sam fecimus in Macrocolla, facile patior teneri. sed etiam atque etiam dico, tuo periculo  
fier. Quare si addubitas, ad Brutum transeamus. Est enim is quoque Antiochius. O Acade-  
miam volatīcā & sui similem, modo huc, modo illue. Sed quælo epistola mea ad Varro-  
nem valdē tibi placuit? Male mi sit, si vnuquam quidquam tam enitar. At ego, ne Tiro  
ni quidem dictau, qui totas ~~meas~~ <sup>ad</sup> sp̄s persecui soleret, sed Spintato syllabatim. De Virgilii  
parte valde probo. Sic ages igitur, quidem id erit primum, proximum Clodiz. Quod si  
neutrū, menu ne turbem, & irruam in Drufum. Intemperans sum in eius rei cupiditate  
quam noſti. Itaque reuoluor identidem in Tusculanum. Quiduis enim potius quam ut  
non haec ztate absolutur. Ego (vt tempus est nostrum) locum habeo nullum vbi facilius  
esse possim, quam Astur. Sed quia qui mecum sunt (credo quod mocturam meam non  
ferunt) domum properant: eti poteram remanere, tamen ut icripti tibi, proficisci car hinc;  
ne relictus videar. Quo autem Laniuioz conor quidem in Tusculanum, sed faciam te  
statim certiore. Tu literas conficies. Evidem credibile non est quantum scribam, quin  
etiam noctibus. Nihil enim somni. Heri etiam effeci epistolam ad Casarem. tibi cūm

placebat, quam non fuit malum scribi, si forte opus esse putares: ut quidem nunc est, nihil sancè est necesse mittere. sed id quidem, ut tibi videbitur, mihi tam ad te exemplum fortasse Laniuio, nisi forte Rotnam: sed cras scies.

183 Epistola ad Cæfarem, nobis vero semper rectissime placuit ut isti ante legerent. Alter enim fuissimus & in hos inofficios, & in nos metipos, si illum offensuri fuimus, penè periculosis. Iste autem ingenuus: mihiq[ue] gratum, quod quid sentirent, non retinuerunt. Illud vero vel optime, quod ita multa mutari volunt, ut mihi de integro scribendi causa non sit: quanquam de Parthico bello quid spectare debui, nisi quod illum velle arbitrabar. Quod enim aliud argumentum epistole nostræ, nisi ~~rebus~~ fuit? An si ea quæ optima putaram, suadere voluisse, oratio mihi defuisset? Totis igitur literis nihil opus est. Vbi enim ~~est~~ magnum nullum fieri possit, ~~est~~ vel non magnum, molestem futurum sit. quid opus est ~~negocia~~, presertim cum illud occurrat, illum cum antea nihil scriptum existimaturn me, nisi toto bello confecto, nihil scripturum fuisse. Atque etiam vereor ne puter me hoc quasi Catonis ~~rebus~~ esse voluisse. Quid queritur? Valde me peponit: nec vt in hac quidem re quidquam magis ut vellem, accidere potuit, quæ quod ~~avertit~~ nostra non est probata. Incidimus etiæ in illos, in eis in cognatum tuum. Sed redeo ad horos. Planè illic te ire nisi tuo magno commodo nolo. Nihil enim virget, quidquid erit, operam Faberio ponamus. De die tamen auctionis, si quid scies: cum qui è Cumano venerat, quod & planè valere Atticam nunciabat, & literas le habere aiebat, statim ad te misi. Horos quoniam hodie eras inspecturus, quid visum tibi sit, cras scilicet. De Faberio autem cum venerit. De epistola ad Cæfarem (jurato mihi crede) non possum. Nec me turpitude deterret, etiæ maxime debebat: quæcum turpis est assentatio, cum viuere ipsum turpe sit nobis sed ut coepi, non me hoc turpe deterret, ac vellem quidem (escem enim qui esse debebat) sed in mente nihil venit. Nam quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentium & doctrinæ suasiones, vides quibus in rebus versentur. Adolescentem incensum cupiditate verissima gloriæ, cupientem sibi aliquid confilii dari, quod ad laudem sempiternam valerer, cohorantur. ad decus non decet oratio. Ego quid possum: tamen nescio quid è queru exculperem, quod videretur simile simulactri. In eo quia nonnulla erant paulo meliora, quæ ea quæ sunt, & facta sunt, reprehenduntur, quod me minime peponit. Si enim peruenient iusta literæ, mihi crede, nos pecciterem. Quidam non vides ipsum illum Aristotelii discipulū summo ingenio, summa modestia, postquam Rex appellatus sit, superbū, crudelem, immoderatum fuisse? Quidam hunc de potestate Quirini contubernalem, his nostris moderatis epistolis lataturum putas? Ille vero potius non scripta desideret, quæcum scripta non proberet. Postremo, ut voleret. Abiit illud quod tum me stimulabat, quod tibi dabam ~~rebus~~ aperte. multo mehrercule magis nunc opto casum illum quæcum tum timebam, vel quemlibet: nisi quid te aliud impedit, mi optato veneris. Nicias à Dolabellā magno opere arcessitus, (legi enim literas) etiæ inuito me, tamen codem me authore profectus est. Hoc manu mea.

184 Cum quasi alias res quartæ philologis è Nicia, incidimus in Talmam. Ille de inge- 184 nio nihil nimis, modelum & frugi: sed hoc mihi non placuit. Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q.F. vetulam sanè & multarum nuptiarum non esse probatum mulieribus, quod ita reperirent rem non maiorem D C C C. Hoc purauit te scire oportere. De hortis ex suis literis cognoui, & Chrysippo in villa, cuius insulsitatem bene noram. video nihil, aut pauca mutata, balnearia tamen laudat, maiora de minoribus ait hiberna effici posse. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est: quam ut tantâ faciamus, quantam in Tusculano fecimus, propè dimidio minoris constabit isto loco. Ad id autem quod volumus ~~est~~, nihil aptius videtur quæcum lucus, quem ego noram, sed celebritatem nullam turn habebat, nunc audio maximam. Nihil est quod ego malim. In hoc ~~rebus~~ non ~~rebus~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~. Reliquum est, si Faberius nobis nomen illud explicat, nil querere quanti. Otho nem vincas volo: nec tamen insanitum illum puro. nosc enim mihi hominem videor. Ita male autem audio ipsum esse tractatum, ut mihi ille eructor non esse videatur. Quid enim patretur? Sed quid argumentor? Si Faberium explicas, emamus vel magno: sin-

minus, ne paruo quidem possumus. Clodium igitur, à qua ipsa ob eam causam sperare videor, quod & multo minoris sunt, & Dolabellæ nomen iam expeditum videtur, ut etiam reprobatione concludam. De hortis satis, cras aut te, aut causam, quam quidem futuram Faberianam, sed si poteris.

285 Ciceronis epistolam tibi remisi. O te ferreum, qui illius periculis non moueris! me quoque accusat, eam tibi epistolam missem: nam illam alteram de rebus gestis, codem exemplum puto in Cumānum. hodie misi tabellarium, ei dedi tuas ad Vestitorium, quas Pharnaci dederas. Commonum ad te miseram Demeam, cum Eros ad me venie: sed in eius epistola nihil erat noui, nisi auctionem biduum. Ab ea igitur, ut scribis & velim confessio negotio Faberiano, quemquidem negat Eros hodie, cras manu putat, à te colendus est. Itz autem non longe absunt à Icelere: te vt spero perendit. Sicunde potes, eruere qui decem Legati Mumio fuerunt, Polybius non nominat. Ego memini Albinū Consularem, & Sp. Mumium, video ex Hortensio Tuditānum. sed in Libonis annali x i i i i annis post Prator est factus Tuditānus, quām Consul Mumius. Non sanè quadrat vlo aliquem olympia aut vbi visum, more Dicæarchi familiaris tui.

286 V. Kal. mane accepi à Demea literas pridie datas, ex quibus aut hodie, aut cras expectare deberem. Sed vt opinor, idem ego, qui expecto tuum adventum, morabor te. Non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam si est futurum, vt non habeat aliquid moræ. cum poteris igitur, quoniam etiam dum abes. Dicæarchi quos scribis liberos, sanè velim mihi mittas, addas etiam ~~etiam~~. De epistola ad Cesarem ~~etiam~~, atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se nisi constitutis rebus non iturum in Parthos, idem ego suadebam in illa epistola: vtrum liberet, facere posset auctōte me. Hoc enim ille expectat videlicet, neque est facturus quidquam nisi de meo consilio. Obscero abiiciamus ista, & semiliberi saltem simus: quod affequemur & tacendo & latendo. Sed aggredere Othonem, vt scribis. Confice mi Attice istam rem. Nihil enim aliud reperio, vbi & in foro non sim & tecum esse possim. Quanti autem hoc, mihi venit in mentem. C. Albanus proximus est vicinus. Is ~~co~~ iugurta de M. Pilio emit (vt mea memoria est) usq; C x v, omnia scilicet nunc minoris, sed accedit cupiditas, in qua prater Othonem non puto nos volumn aduersarium habituros: sed cum ipsum tu poteris mouere, facilius etiam si Kanum haberes. O gulam insulam! pudet me patris. Referibes, si quid voles.

287 Alteram à te epistolam cum hodie accepissim, volui te vna mea contentum. Tu vero age quod scribis de Faberio. In eo enim totum est positum id quod cogitamus: quz cogitatio si non incidisset, mihi crede, istuc, vt cetera, non laborarem. Quāsobrem vt facis istuc enim addi nihil potest) virge, insta, perfice. Dicæarchi ~~etiam~~ ~~etiam~~ vtrosque velim mittas, & ~~etiam~~ non inuenio & epistolam eius, quam ad Aristoxenū misit. Tris eos libros maxime nunc vellem, apti essent ad id quod cogito. Torquatus Romz est, iussi ve tibi daretur. Catulū & Lucullū, vt opinor antea. His libris noua proceria sunt addita, quibus corum vterque laudatur. Eas literas volo habeas, & sunt quzedam alia. Et quod ad te de x Legatis scripsi, parum intellexi: credo quia ~~ad~~ ~~ad~~ scripsoram. De C. Tuditano enim querebam, quem ex Hortensio audieram fuisse in x. eum video in Libonis Prætorem. I. Popilio, P. Rupilio c o s s. annis x i i i i ante quām Prator factus est, Legatus esse potuisse, nisi admodum sero. Quæstor est factus, quod non arbitror. Video enim Curules magistratus cum legitimis anni perfacile cepisse. Postumium autem, cuius statuum in Isthmo meminisse te dicit, sciebam fuisse. Is autem est qui cum Lucullo fuit, quem tu mihi addidisti. Sanè ad illum ~~etiam~~ personam idoneam. Videbis igitur, si poteris, ceteros, vt possimus ~~mutuari~~ ~~etiam~~ ~~mutuari~~ negligenter miram, semelne puras mihi dixisse Balbum & Faberium professionem relatam: quinetiam corum iussu militerum qui proficeretur. Ita enim oportere dicebant. Professus est Philotimus libertus. Noſti credo librarium; sed scribis & quidem confessum. Ad Faberium, vt tibi placet, literas misi. Cum Balbo autem puto te aliquid fecisse H. in Capitolio. In Virgilio mihi nulla est ~~mutuari~~: nec enim eius causa sanè debeo. Et si emero, quid erit quod postulet? Sed videbis, ne ē cū sit in Africa, vt

Celius. De nomine tu videbis cum Cuspio, sed si Plancus destinat, tum haberes difficultatem. Te ad me venire vterque nostrum cupit, sed ista res nullo modo relinquenda est.

- 288 Othonem quid speras posse vinci, sanè bene narras. De estimatione, ut scribis, cum age re cooperimus, et si nihil scriptis, nisi de modo agri. Cum Pifone liquid poterit. Dic earchi librum accepi, & ~~litteras~~ expecto. negotium dederis. Reperies ex eo libro, in quo sunt s.c. Cn. Cornelio Lucio Coss. De Tudirano autem quod putas, ~~est~~, est: tum illum, quoniam fuit ad Corinthum. Non enim temere dixit Hortensius ad Quaestorem Trib. mil. id. que potius fuisse credo. Sed tu de Antiocho scire poteris. Vide etiam quo anno Quaest. aut Trib. mil. fuerit, siue utrum eadem in Praef. aut in cōtuber. fuerit, modo fuerit in eo bello. De Varrone loquemur. Lupus in fabula: venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset. sed ego ita egi, ut non scinderem penulam. Memini enim tunc, & multi erant, nosque imparati. Quid refert? Paulo post C. Capito cum T. Carrinate. Horum ego vix attigi penulam: tamen remanerunt, cecidit belle. Sed calu sermo à Capitone de virbe augenda, à Ponte Mulvio Tiberim duci secundum montes Vaticanos, Campum Martium tum adificari. Illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. Quid ais inquam? At ego ad tabulam, ut si recte possem Scapulanos hortos. Cae facias, inquitnam ista lex perficeretur. Vult enim Cesar. Audi rem. Facile passus sum, fieri autem moleste fero. Sed tu, quid ait: quanquam quid queror? Nostri diligentiam Capitonis in cibis nouis perquirendis, non concedit Camilio. Facies me igitur certiore de Idibus. Ista enim me res adducebat: eo adiunxeram ceteras, quas consequi tamen biduo aut triduo post facile potero. Te tamen in via confici minime volo, quin etiam Dionysio ignosco. De Bruto quod scribis, feci ut ei liberum esset, quod ad me attineret. Scripti enim ad eum heri Id. Mai. eius opera mihi nihil opus esse. Asturam veni V 1 11 Kal. Iul. vitandi enim caloris causa Lanii, uii 1 1 H. acquiesceram. Tu velim, si graue non erit, efficias ne ante Nonas mihi illuc venientium sit. Id potes per Egnatium Maximum. Illud in primis cum Publilio me penè absente conficias, de quo, que fama sit scribes. Id populus curat scilicet. non mehercule arbitror. etenim haec decantata erat fabula, sed completere paginam volui. Quid plura? Ipse enim adsum, nisi quid tu prorogas. Scripti enim ad te de hortis. O rem indignantem. Gentilis tuus urbem auger, quam hoc biennio primum vidit, & ei parum magna vila est, que etiam ipsum capere potuerit. Hac de re igitur expecto literas tuas. Varroni scribis, te simulac vererit. Dati igitur iam sunt, nec tibi integrum est. Hui si scias quanto periculo tuo. Aut for, tasse literæ metu te retardarunt, si eas nondum legeras, cum has proximas scripsisti. Scire igitur aucto quomodo res se habeat.

- 289 De Bruti amore vestrāque ambulatione, et si mihi nihil noui affers, sed idem quod saepe, tamen hoc audio libentius, quo sapius: eoque mihi iuscundius est, quod tu eo letaris: certiusque eo est, quod à tēdicitur. Has alteras hodie literas de Xenonis nomine & de Epicureis x x x, nihil potest fieri nec cōmodius, nec aptius, quam ut scribis. Id erat locutus mecum codem modo Balbus Minor. Noui nihil sanè, niū Hirtiū, cum Quinto accerime pro me litigasse: omnibus cū locis facere, maximēque in cōsuius, cū multa de me, nū tediē ad patrem. Nihil autem ab eo tam ~~affinis~~ dici, quam alienissimos nos esse à Cæsare: fidem nobis habendam non esse, me vero etiam caendum ~~et pugnare~~, nisi viderem scire Regem, me animi nihil habere. Ciceronem vero meum vexari, sed id quidem arbitratu suo. Laudationem Porciz gaudeo me antē dedisse Leptæ tabellario, quam tuas accepimus literas. Eam tu igitur, si me amas, curabis: si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio & Bruto. De gladiatoriis, de ceteris que scribis ~~etiam pugnam~~, facies me cotidie certiore, velim (si tibi videtur) appelles Balbum & Offilium, de auctione proscribenda, equidem locutus sum cum Balbo. Placebat puto conscripti habere Offilium omnia. Habet & Balbus, sed Balbo placebat propinquum diem, & Romam: si Cæsar moraretur, posse in diem, diem differri. Sed is quidem adesse videtur. Totum igitur considera: placet enim Vestorio.

- 290 Ante lucem cū scriberem contra Epicureos, de codem oleo & opera exataui nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde cū somno repetito simul cū sole exspectatus essem, datur

mi epistola à fororis tuz filio, quam ipsam tibi misi, cuius est principiū non sine maxima cōtumelia, sed fortasse ~~in iisēus~~. Est autē sic, EGO ENIM NON PROBO QVID QVID NON BELLE IN TE DICI POTEST. posse vult in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare, hoc quidquā potē impurius; lá cetera leges (misi enim ad te) iudicabisque. Bruti noltri cotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberí permulti mihi renūcierunt, commotū illūnum aliquando scripūti aliquid ad me, credo & ad te: idque vt sciam facies: nam ad patrē de me quid scripsierit nescio: de matre quām pīc VOLVERAM, inquit, VT QVAM PLVRIMVM TECVM ESSEM, CONDVCI MIHI DOMVM, ET ID AD TE SCRIPSERAM. NEGLE XISTITA MINVS MVLTVM VNA ERIMVS. NAM EGO ISTAM DOMVM VIDERE NON POSSVM. QVA DE CAVSA, SCIS. hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nūc me iuua mi Attice consilio, ~~in iisēus~~, ~~in iisēus~~ nūc id est vtrū aperte hominem alperner, & tēspuam: ~~in iisēus~~, ~~in iisēus~~, vt enim Pindaro, sic ~~the pīc mīc iisēus~~: omnino moribus meis illud aptius. sed hoc fortasse temporibus. Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum putato. Equidem viceror maxime ne in Tusculano opprimar. In tubra hæc esent faciliora. Vtrum igitur Asturæ: quid Caesar subiutor: iuua me quofo consilio, vtar co quod tu decreueris. O incredibilem vanitatem ad patrem domo sibi carendum propter matrem plenam pietatis. Hic autem iam languescit, & ait tibi illum iure iratum: sed vtar tuo consilio. ~~in iisēus~~ enim tibi video placere. Romanū vt censes, veniam, sed inuitus: valde enim in scribendo haereo. Brutum, inquis: eadem scilicet, sed nisi hoc cīst, res me ista non cogerer. Nec enim inde venit vnde mallem, neque diu absiur, neque villani literā ad mesed tamē scire aueo qualis ei totius itineris summa fuerit: Libros mihi, de quibus ad te anteā scripti, velim mitras, & maxime ~~quod~~ ~~in iisēus~~, & ~~in iisēus~~ & ~~in iisēus~~ Itāc nūc Brutus illū ad bonos viros ~~in iisēus~~, ~~in iisēus~~ sed vbi eosmū forte se suspedit. Hic autem, vt fultum est. Vbi igitur ~~in iisēus~~ illud tuumquod vidi in Parthenone Alani & Brutum. Sed quid faciat illud optime: sed ne is quidem qui omniū flagitorum auctor, bene de nostro. At ego verebar ne etiam Brutus cum diligenter. Ita enim signifcarat his literis quas ad meas. At vellem aliquid degustasse de fabulis: sed corām vt scribis. Et siquid mi auñor es, aduolōne, an manco? Evidē & in libris haereo, & illum hic excipere nolo: ad quē vt audio, pater hodie ad Saxa Acrinoma, mirū quām inimicus ibat, vt ego obiurgarem: sed ego ipse ~~in iisēus~~. Itaque post fac. Tu tamē vide quid de aduentu meo censes & ~~in iisēus~~. Cras, si perspici potuerint, mane statim, vt sciam. Ego vero Quinto epistolam ad so- rorem misi, cū ille quereretur filio cū matre bellum, & se ob eam cauillam domo cœlūrum filio diceret. Dixi illum commodas ad matrē literas, ad te nullas. Ille alterum mirabatur. de te autem suam culpam, quod sapere grauitate ad filium scripūisse de tua in illum iniuria. Quod autem relanguisse se dicir, ego et tuus literis lectis ~~in iisēus~~, ~~in iisēus~~ significau me non foretum enim mentio Canai. Omnino, si id confilium placeret, esset necesse. Sed vt scribis, ratio est habenda grauitate, & vtriusque nostrū idem confilium esse debet, eti in me graviiores iniuriae & certe notiores. Si vero etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio est: sed corām. Magna enim res & multa cautionis. Cras igitur, nisi quid à te commotus:

291 Venit ille ad me ~~in iisēus~~. Et ego, ~~in iisēus~~, Rogas, inquit, quod iter instet: Et iter ad bellum, idque cum periculoso, tum etiam turpe. Quia vis igitur inquam: AEs inquit alienum, & tamen neviaticum quidē. Hoc loco ego sumptū quiddam de tua eloquentia: nam tacui. At ille: sed me maxime angit anunculus. Quidnam inquam? Quod mihi, inquit, iratus est. Curpateris inquam: Malo enim ita dicere, quām cur committis. Non patiar, inquit, causam enim tollam. Et ego, Rectissime quidem. Sed si graue nō est, velim scire quid sit causa. Quia dum dubitabam quam ducerem, nō fatissimam matri, ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est: faciam quod volun. Feliciter velim, inquam, tēque laudo. sed quando: Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. At ego, inquam, censco prius, quām proficisceris. Ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, vt censes. Hic dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, dicim meum scis esse IIII Non. Ian. Aderis igi-

## Ad Atticum

tur. Scriptaram iam. Ecce tibi, orat Lepidus ut veniam. opinor Augures nil habere ad templum est. Iandū, catur ~~M A C R O P A T~~. Videbimus te igitur. Ego vero utrū prorogatione dici: tūque humanissime fecisti, qui me certiorē feceris, atque ita, ut eo tempore acciperem litteras quo non expectarem: tūque ut ab iudis scriberes. Sunt omnino mihi quædam agentia Romæ, sed consequemur biduo.

- 292 Post suauis tuas literas, eti acerba pompa, veruntamen scire omnia nō acerbum est, vel de Cota. Populū vero præclarum, quod propter malum vicinū, ne viatoriz quidē plauditur. Brutus apud me fuit: cui quidē valde placebat, me aliquid ad Cesarem. Annueram, sed pompa videtur: tu ramen ausus es Varroni dare. Expecto quid iudicet. quando autem perlegit? De Attica probo. Est quiddam etiam animū leuirum expectatione, tum etiam testimoniū opinionis & fama. Cotam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Cæsam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nunciauit, quod appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana: erratum esse meum, sed ut aiunt, ~~unumq[ue] iudicem~~. Sciebam Curfidium perneccarium Ligariorum, sed cum video antē esse mortuum. Da igitur quæso negotiū Pharnaci, Antæo, Saluio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.
- 293 Fui apud me Lamia post discessum tuum, epistolāmque ad me attulit missam sibi à Cæsarique quanquam ante data erat, quām ille Diocharinus, tamen planè declarabat illum ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararer, neve committeret ut frustra ipse properasset. Profrus ex his literis nō videbatur esse dubium quin ante eam diem venturus esset: idēmque Balbo cum eam epistolam legisset, videri Lamia dicebat. Dies feriarum mihi additos video: sed quām multos, fac si me amas, sciām. De Babio poteris, & de altero vicino Egnatio. Quod me horraris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem, sed cum Dolabella viendum esse ipsis diebus vides. Quod nisi me Torquati causa teneret, satis erat dierum, ut Putcolos excurrere possem, & ad tēpus redire. Lamia quidem à Balbo (ut videbatur) audierat, multos nummos domi esse numeratos, quos oportet quamprimum diuidi. magnum pōdus argenti, auctionem præter prædia, primo quoque tempore fieri oportere. Scribas ad me ve lim quid tibi placeat. Evidem, si ex omnibus esset eligendum, nec diligentiores nec officiosiores facile delegisem Vestorio: ad quem accuratissimas literas dedi, quod idem te feliciter arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicas? Num enim pungit, ne negligenter esse videamus. Expectabo igitur tuas literas.
- 294 Pollex quidem, ut dixerat, ad Id. Sextil. ita mihi Laniui prid. Id. præsto fuit. sed planè Pollex, non index: cognoscet igitur ex ipso. Balbum conueni, Lepa enim de sua vi in curatione laboras, me ad eū perdiuxerat. Me autem Laniuio, quod Lepido tradidit, ex eo hoc primum. paula antē acceptā cas litteras, in quibus magnopere confirmat ante ludos Romanos. Legi epistolam. Multa de meo Catone, quem sp̄cillime legendō se dicit eopiosiorem factū: Bruti Catone lecto se sibi visum dilectum. Ex eo cognoui cretionem Cluui, Vestorium negligentem, liberam cretionem: testibus præsentibus sexaginta diebus metuebam ne ille arcessendus esset. Nunc mittendum est, ut meo iussu cernat: idem igitur Pollex: etiam de hortis Cluianis egi cum Balbo liberalius: se enim statim ad Cesarem scripturū: Cluuium autem à Tito Hordeonio legare & Terentiaz ~~L C C O~~, & sepulcro multisque rebus, nihil à nobis. Subaequa quæso Vestorium. Quid minus probandum, quām Plociū vnguentarium per suos pueros omnia tanto ante Balbo: illum mi ne per meos quidē: De Cofinio dolco, dilexi hominem. Quinto delegabo, siquid zri meo alieno superabit, & emptionibus, ex quibus mi etiam as alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil scio. Vestoriū nihil est quod accuses. Nam enim obsignata hac epistola, noctu tabellarius noster venit, & ab eo literas diligenter scriptas atruit, & exemplum testamenti.
- 295 Posteaquam abs te Agamemnon non ut venirem (nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset) sed ut scriberē, tetigit, omisi ea quæ in manibus habebā, abieci, quod iussitas edolau. Tu velim è Pollice cognoscas rationes nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis illū, qualis cuncte est, hoc primo anno egere: post moderabimur diligentius. Idem Pollex re-

- mittendus est, ut ille cernat: planè Puteolos nō fuit eundum, cum ob ea quæ ad te scripsi, tū quòd Cæsar adest. Dolabella scribit se ad me postridie Id.O magistrum molestū Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio:nam ibi erat: habet enim domum, quā nos vendidimus. Rogat magnopere vt sim Kal.in Senatu:me & sibi & Cæsari vehementer grauum esse facturum. Puto equidem nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius, quoniam Balbus est æger. Sed tamen malim venire frustula, quām desiderari: si opus esset, moleste ferem posse. Itaque hodie Antii, etas ante meridiæ, domi. Tu velim (nisi te impediuit) apud nos pr.Kal.cum Pilia. Te spero cū Publio consecuisse. Equidem Kal.in Tusculanum recurrat: me enim absente omnia cū illis transfigi malo. Q.fratris epistolā ad te misi, nō satis humane illam quidem respondentē meis literis, sed tamen quod tibi satis sit, ut equidē existimo. tu videbis. Heri nescio quid in strepitu video exaudisse, cū dices te in Tusculanum venturum: quod vtinā iterum, vtinam, tuo tamen commodo. Lepta me rogat ut siquid sibi opus sit accurram: mortuus enim Babulius. Cæsar, opinor, ex vncia, etiū nihil adhuc, sed Lepta ex triente. Veretur autem ne non liceat tenere hereditatem à omnino, sed veretur tamen. Is igitur si accierit, accurrā: si minus, antequā necesse erit. Tu Pollicē, cum poteris.
- 296 Laudationem Porcius tibi misi correctam: ac eo properauit, ut si forte aut Domitio filio, 296 aut Bruto mitteretur, hac mitteretur. Id si tibi erit commodum, magnopere cures velim: & velim M.Varro & Olliis mittas laudationem. Olliis vtrique nam illam legi. volo tamē regustare: quazdam enim vix mihi credo legisse. Atticæ primum salutem, quam equidē rūri esse arbitror. Multam igitur salutē & Pilio. De Tigellio siquid noui: qui quidem ut mihi Gallus Fabius scriptis, <sup>ad</sup> mihi quādam inquisitissimam, me Phamez defuisse, cum eius causam receperim: quā quidem receperam contra pueros Octavios Cn.F.non libenter, sed & Phamez causa volebas: erat enim, si meministi, in Consularis petitione per te mihi pollicitus, siquid opus esset. Quod ego perinde tuebar, ac si vñsus essem. Is ad me venit, dixitque iudicem operā dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Seftio nostro lege Pompeia in cōsilium iri necesse erat. scis enim dies illorum iudiciorum præstitutos fuisse. Respondi non ignorare cum quid ego deberem Seftio: quē veller alium diem, si sumplisset, me ei non defuturum. Ita tum ille discessit iratus, puto me tibi narrasse. Non laborauit scilicet, nec hominis alieni iniustissimam iracundiam mihi curandam putauit. Gallo autem narrauit, cum proxime Roma fui, quid audissem, neque nominauit Balbum minorem. Habuit suum negotium Gallus, ut scribit, ut illum me animi conscientia, quòd Phameam destituisse, defere suspicari. Quare tibi haec tenus mando, de illo nostro, siquid poteris exquiras: de me nē quid labores. Est bellum aliquem libenter odisse, & quemadmodum non omnibus seruire: etiū mehercule, ut tu intelligis, magis mihi illi seruunt, si obseruare seruire est.
- 297 Admonitus quibusdam tuis literis, ut ad Cæsarem vberiores literas mitterem, instituerā, 297 cum mihi Balbus nuper in Lanuino dixisset, se & Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonē, & vehementer probasse. Conlripsi his ipsis libris epistolam Cæsari, quia deferetur ad Dolabellam: sed eius exemplum misi ad Oppium, & Balbum: scripsique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam iuberet meas literas, si ipsi exemplum probassent. Ita mihi rescripsierunt, nihil vñquam se legisse melius, epistolamque meam iussierunt dari Dolabellæ. Veltorius ad me scriptis ut iuberem mācipio dari seruo suo pro mea parte Hetercio cuidam fundum Brinnianum, ut ipse ei Puteolis teste mancipio dare posset: cum seruum, si tibi videbitur, ad me mittes. Opinor enim ad te etiam scripsisse Veltorium de aduentu Cæsaris idem quod à te mihi scriptum est, ab Oppio, & Balbo. Miror te nihil dū cum Tigellio, vel ut hoc ipsum, quantum accepiterit: prorius aucto scire, nec tamen floccifico. Quaz quis cogitare obviū itione. Quid centes nisi Alsiuni: & quidem ad Murenā de hospitio scriperā, sed opinor cū Mario prefectum. Salustius igitur vrgebitur. Scripto iam superiore versiculo, Eros mihi dixit, sibi Murenam liberalissime respondisse. Eo igitur vrumur: nā Silius culcitas non habet. Dida autē, opinor, hospitibus totā villam concessit.
- 298 Ad Cæsarem quam misi epistolam, eius exemplum fugit me tum tibi mittere, nec id fuit 298 quod suspicaris, ut me pudenter tui. Nā ridicule Micillus. Nec mehercule scripsi aliter, ac si

etiamque scriberem: bene enim existimo de illis libris, ut tibi cotam. Itaque scripti & etiamque: & tamen sic, ut nihil eum existimem lecturu libentius. De Attica nunc demum mihi est explorat: itaque ei deinceps gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quamprimum. nam pendo animi. Narrabo tibi, Q. Cras. sed ad me, an ad te necio. mi scripti Romae VIII Kal. sed misi, qui inuitaret: et si hercule iam Romam veniendum est, ne ille ante aduolet.

O hospitem mihi tam graue, fuit enim pericula. Sed cum secundis Saturnalibus ad Philippum vespri venisset, villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi cenaturus ipse Cesar esset, vacaret: quippe hominum 1000. Sanctum sum commotus quid futurum esset postridie: ac mihi Barba Cassius subuenit: custodes dedit. Castra in agro, villa defensa est. Ille tertius Saturnalibus apud Philippum ad H. V III. nec quenquam admisit. rationes opinor cum Balbo. Inde ambulauit in lirore. Post H. V III. in balneum, tum audiuit. De Mamurra non murauit, vincitus est, accubuit, invictus agebat. Itaque & edit, & bibit aetas, & iuscunde copipare sanè, & apparate: nec id solum, sed bene cocto, & cōditō sermone, bono, & si queris, libenter. Præterea tribus tricliniis accepti in mea aula valde copiose. Libertis minus lauti, seruisque nihil defuit: nam lauiores eleganter acceperunt. Quid multa: Homines vii sumus, Hospes tamen non is, cui dices: amabo te, codice ad me cu reuertere semel fatis cito: in sermone, multa. Quid queris? Delectatus est, & libenter fuit. Puteolis se aiebat unum diem forte, alterum ad Baiae. Habet hospitium, sicut in Tusculanum. Dolabellæ villam cu præteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equum, nec usquam alibi. Hoc ex Nicia.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER. X. I. I.

CICERO ATTICO SAL.

299

**D**IVERTI ad illum, de quo tecum mane: nihil perditius, explicari rem non posse: etenim si ille rati ingenio exitum non reperiatur, quis nunc reperiatur? Quid queris? Periisse omnia aiebat, quod haud scio an ira sit, verum ille gaudet, affirmatque minus diebus x x tumultum Gallicum. In sermonem se post Id. Mart. præterquam Lepidi, venisse nemini. ad summam non posse istuc sic abire. O prudente Oppium, qui nihilo minus illum desiderat: sed loquitur nihil quod quenquam bonum offendat: sed haec haec tenus. Tu queso quidquid noui (multa autem expecto) scribere ne pigtere. in his, de Sexto satirine certum, maxime autem de Bruto nostro, de quo quidem ille, ad quem diuerti, Cæsarem solitum dicere, Magni refert, hic quid velit: sed quidquid vulnus, valde vult. Idque eum animaduertisse, cum pro Deiorato Nicæa dixerit, valde vehementer cum visum, & libere dicere: atque etiam (ut enim quidque succurrat, liber scribere) proxime, cum Sestii rogatu apud eum fuisse, expectare: me ledens quoad vocarer, dixisse eum, Ego dubitem quin summo in odio sum, cu M. Cicero sedeat, nec suo comodo me conuenire possit. Atqui si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito quin me male oderit. Haec & eiusmodi multa. Sed ad propositum, quidquid erit modo magnum, sed etiam paruum scribes, eisdem nihil intermittam.

CICERO ATTICO SAL.

300

**D**VAS à te accepi epistolas heri. ex priore theatrum, Publiliūmque cognoui, bona signa consentientis multitudinis, plausus vero L. Cassio datus, etiam facetus mihi quidem visus est. Altera epistola de Madato scripta, apud quē nullum ~~convenit~~, ut putas. processit enim, sed minus diutius: sermone enim sum retentus. Quod autem ad te scriperam, obfure fortasse, id eiusmodi est, Aiebat Cæsarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, cum expetarem sedens, dixisse, Ego nunc tamen stultus, ut huc ipsum faciem hominem, putem mihi esse amicum, cu tandem ledens meū cōmodum expecte: Habet igitur ~~convenit~~ inimicissimum otium, id est Bruti. In Tusculanū hodie, Lanuui cras, inde Altura cogitabam. Pilis pa-

ratum est hospitium, sed vellem Atticam. Verum tibi ignosco: quia rurum utriusque salutem.

## CICERO ATTICO SAL.

301

TRANQVILLAE tuæ quidem literæ, quod utinam diutius: nā Marius posse negabat. Ecce autem istructores nostri ad frumentū profecti, cum inanes tediuerint, rumorem affectū magnum, Romæ domum ad Antonium frumentū omne portari. ~~mensa~~ certe, scripſiles enim. Corobus Balbi nullus adhuc, & mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur archi- tectus: ad obsignandum tu adhibitus nō sine causa videris. volunt enim nos ita putare, ne- scio cur nō animo quoque sentiant: sed quid hac ad nos odorare ramen Antonii ~~ad ipsam~~, quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, quam quidquam mali co- gitare. Tu, siquid pragmatico habes, scribe: si minus, populi ~~ad ipsam~~, & humorum dicta perscribo. Piliz & Attica salutem.

## CICERO ATTICO SAL.

302

NVN C quid putas me Laniu: At ego te istie cotidie aliquid noui fulpicor, tument negotia. Nam cū Marius, quid censes ceteros quidem dolco, quod nunquam in villa ciuitate accidit, non vñā cum libertate rem publicam recuperaram. Horribile est quz loquantur, quz minitentur, ac vicer Gallicz enī bella: ipse Sextus qud euadat: sed omnia licet con- currant, Idus Martiz cōsolantur. Nostri autē ~~ipsas~~ quod per ipsos confici potuit, gloriouſissimi me & magnificentissime cōficerunt. Reliquæ res, opes & copias desiderant, quas nullas ha- benuſ. Hzc ego ad te, vt siquid noui (nam cotidie aliquid exspecto) confidim ad me: & si noui nihil, nōtore more tamen ne patiamur intermitte literulas: quidem non cōmittam.

## CICERO ATTICO SAL.

303

S PER O tibi iam esē vt volumus, quoniā quidem ~~mensa~~ quām leuiter cōmotus esē, sed tamen velim scire quid agas. Signa bella, quōd Caluena moleſte fert, sc̄ suspectum esse Bruto. Illa signa non bona, si cum lignis legiones veniūt ē Gallia. Quid tu illas putas, quz fuerunt in Hispania: nōnne idem postulaturas? Quid quas Annus transportauit? Caniniū volui, sed ~~mensa~~ ~~mensa~~, ab aleatore ~~quām~~ ~~mensa~~. Nam illa quidem Cæſaris libertorum coniuratio facile optimeretur, si recte saperet Antonius. Meā stultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne desertere vider hunc rerū tumorem, cui certe si possem mederi, decess̄ nō deberem. sed vides magistratus, si quidē illi magistratus: vides tamen tyrañi satellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in latere veteranos, quz sunt ~~mensa~~ omnia. Eos autem qui orbis terræ custodiūs non modo septi, verum etiā magni esē debebant, tantūmodo laudari, atque amari, sed parietibus contineri, atque illi quoquo modo beati, ciuitas misera. Sed velim scire quid aduentus Octauii: num qui concursus ad eū, numquā ~~mensa~~ suspicio. Non puto quidem, sed tamen quidquid est, scire cupio. Hzc scripū ad te proficisciens Astura 111 Id.

## CICERO ATTICO SAL.

304

P R I D. Id. Fundis accepi tuas literas cenas, primum igitur melius esē: deinde meliora te nunciare. Odiosa illa enim fuerant, legiones venire. Nam de Octauio sūsque déque, ex- pecto quid de Mario: quem quidem ego ſublatum rebar ē Cæſare. Antonii colloquium cū Heroibus nostris pro re nata non incommodum, sed tamen adhuc me nihil delectat pre- ter Id. Mart. nam quoniā Fundis sum cū Liguri nostro: diſcructor, Seſtuli fundum à Ver- berone Curtilio possideri: quod cū dico, de toto genere dico. Quid enī miserius, quām ea nos tueri, propter quz illum oderamus? Etiāmine cōss. & Tribb. pl. in biennium, quos ille voluit: nullo modo repricio quemadmodum possim ~~mensa~~: nihil enim tam ~~mensa~~ quām ~~mensa~~ in celo esē, tyrañi facta defendi. sed vides cōss. vides reliquos magi- stratus, si isti magistratus: vides languorem bonorum: exultant lætitia in municipiis. dici enim non potest quantopere gaudent, vt ad me concurrant, vt audire cupiant verba mea de re, nec villa interea decreta. Sic enim ~~mensa~~, vt viatos metueremus. Hzc ad te scripsi apposita secunda mensa. Plura, & ~~mensa~~ poſta, & tu quid agas, quidque agatur. Poſtridic Id. Paulum in Caieta vidi. Is mihi de Mario & de tēp. aliqua quædam fācē pessima. à te scilicet nihil: nemo enim meorum. Sed Brutū nostrum audio viſum sub Laniu: vbi

randum est futurus nam cum celiqua, tum de hoc scire aueo omnia. Ego ē Formiano exiens x v i i Kal. vt inde altero die in Puteolanum, scripsi hæc. A Cicerone mihi literæ sanè & bene longæ. Cetera autem vel singi possunt: nō literarum significat doctiorē. Nunc magnopere à te pero, de quo sum nuper tecum locutus, vt videoas nequid ei desit. Id cum ad officium nostrum pertinet, tum ad existimationem, & dignitatem: quod idem intellexi tibi video omnino. Si ergo est, volo mensē Quintili in Graciam. Sunt omnia faciliora: sed cum sum ea tempora, vt certi nihil esse possit, quid honestum mihi sit, quid licet, quid expedit, quæsto da operam, vt illum quahonestissime copiosissimeque tuemur. Hæc & cetera, quæ ad nos pertinebunt, vt soles, cogitabis: ad mēque aut quod ad rem pertineat, aut si nihil erit, quod in buccam venerit scribes.

## CICERO ATTICO SAL:

305

T V M E iam rebare, cum scribebas, in actis esse nostris: & ego accepi x v i i Kal. in diuerforiolo Sinuclano tuas literas. De Mario probe, eti dolco L. Crassi nepotem optimè, tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Nam quòd Cluiani scribis moderate, & amice scriptas literas attulisse, mihi Paulus dedit ad se à fratre missas: quibus in extremis erat, sibi insidias fieri, se id certis auctoribus compreseris: hoc nec mihi placebat, & multo illi minus. Reginz fuga mihi nō molesta: sed Clodia quid egerit, scribas ad me velim. De Byzantiis curabis, vt cetera, & Pelopē ad te arcesses. Ego, vt postulas, Baiana negotia, chorūmque illum, de quo scire vis, cū perspexero, tum scribam, ne quid ignores. Quid Galli, quid Hispani, quid Sextus agat, vehementer expecto. Ea scilicet tu declarabis, qui cetera. Naufragiam tibi tum causam otii dedisse facile patiebar: videbar enim mihi legenti tuas literas, requiesce paulisper. De Bruto semper ad me omnia perscribito, vbi sit, quid cogiter: quæ quidem ego spero iam tuto, vel solum tota vrbe vagari posse. Veruntamen de rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidem multi uiges accepi vno tempore à Vestori liberto. Ad ea autem quæ requiris, breui respondebo. Primum vehementer me Cluiana delectant. Sed quid quæris quid arcesserim Chrysippum: tabernæ mihi duas corruerūt, reliquæque rimas agunt: itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt. Hanc ceteri calamitatem vocant, ego ne incommodum quidem. O Socrates, & Socratici viri, nunquam vobis gratiam referam: Dii immortales, quām mihi ista pro nihilos sed tamē ea ratio adificandi initiat, consiliario quidem, & auctore Vestorio, vt hoc damnū quæstus ofum sit. His turba magna est, eritque, vt audio, maior. Duo quidem quasi desig. c o s s. O Dii boni, viuvi tyrannis, Tyrannus occidit, eius interfecti morte læramur, cuius facta defendimus. Itaque quām seueri nos M. Curtius accusat, vt pudeat viuere, nequé iniuria. nam mori millies præfuerit, quām hæc pati, quæ mihi videntur habitura etiam veruſtatē, & Balbus hic est, multumque mecum: ad quem à Vetere literæ datæ pr. Kal. Ian. cum à se Cæcilius circunfederetur, & iam teneretur, venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum. ita sibi esci cum eruptum multis suis amissis, in qua re accusat Voleatium. ita nihil videatur bellum illud instare: sed Dolabella, & Nicias viderint. Idē Balbus meliora de Gallia x i die literas habebat: Germanos, illāsque nationes re audita de Cæſare, Legatos misisse ad Aurelium, qui et prepositus ab Hirtio, se quod imperatum esset, esse facturos. Quid quæris? Omnia plena pacis, aliter ae mihi Caluenna dixerat.

## CICERO ATTICO SAL:

306

I T A N E vero hoc meus, & tuus Brutus egit vt Lanius esset: vt Trebonius itineribus deus proficisci ceteret in prouincia: vt omnia facta, scripta, dicta, promissa, cogitata Cæsar is plus valerent, quām si ipse viuere Meminisse clamaet illo ipso primo Capitolino die: Senatum in Capitolium à Prætoribus vocari: Dii immortales, quæ tum opera effici potuerunt, lætanibz omnibus bonis, etiā sae bonis, fractis laronibus! Liberalia tu accusas: quid fieri tū potuit? Iampridem perieramus. Meminisse te clamare causam perille, si funere elatis esset: at ille etiā in foro cōbusitus, lauda tūisque miserabiliter, serulique, & egentes in recta nostra cū facibus immisisti. Quæ dcindet audeat dicere, nūne contra Cæsar is nutuit? Hæc & alia ferre non possum. itaque jēs jēs cogito. Tua tamen iustitia, naufraga iamne planic

abütemihi quidem ex tuis literis cōiectanti ita videbatur. Redeo ad Thebassos, Sceuas, Frācones, hos tu exiftimas confidere se illa habituros stantibus nobis, in quibus plus virtutis putarunt, quām experti sunt pacis iſti scilicet amatores, & non latrociniū auctores. At ego cū tibi de Cattilio scripti, Sextulitanōque fundo, scripti de Cesforino, de Mellala, de Plan-  
co, de Posthumo, de genere toto. melius fuit petuisse illo interfecto, quod nunquā accidisset,  
+ quām hæc videre. Octauius Neapolim venit x 1111 Kal. Ibi eum Balbus mane postfridie,  
codēmque die mecum in Cumano illū hereditatem adiuturū. Sed vt scribis eiōque magna  
cū Antonio. Burhrotia mihi tua res est, vt debet, eritque curz. Quid queris? Iamne ad centena Cluianū aduentare videtur? Sed primo anno, L x x x detersimus. Q. patet ad me gra-  
uia de filio, maxime quōd matri nunc indulget, cui antea bene merenti fuerit inimicus,  
ardenteis in eum literas ad me misit: ille autem quid agat, si scis, neque dum Roma es pro-  
fектus, scribas ad me velim, & hercule siquid aliud. vehementer delector tuis literis.

## CICERO ATTICO SAL.

307

N V D I V S T E R T I V S dedi ad te epistolam longiorē: nunc ad ea quæ proxime. velim  
mehercle Asturz Brutus: ~~etiam~~ istorum scribis, an censēbas aliter? Equidem etiā maiora  
expecto. cum equidem concionem lego de tanto viro, de clarissimo cui, ferre nō quoce. et si  
ista iam ad risum: sed memento, sic alitur consuetudo perditarum cōcionum: vt nostri illi  
non Heroes, sed dii futuri quidem in gloria sempiterna sint, sed non sine periculo quidem;  
Verū illis magna confortatio conscientia maximī, & clarissimi facti, nobis quæ: qui interfex-  
tō Rege liberis non sumus. Sed hæc fortuna viderit, quoniā ratio non gubernat. De Cice:  
rone quæ scribis, iucunda mihi sunt, velim sint prospera. Quod curz tibi est, vt ci suppodi-  
tetur ad vsum, & cultū copiose, per mihi gratum est, idque vt facias te etiam togo. De Bu-  
rhotriis & tu recte cogitas, & ego non dimitto istam curā, suscipiam omnem etiam actionem,  
quam video cotidie faciliorem. De Cluiano, quoniā in te mea me ipsum diligētia  
vincis, res ad centena perducitur. Ruina'reni non fecit deteriorē, haud scio an iam fructuo-  
fiorem. Hic mecum Balbus, Hirtius, Panis. modo venit Octauius, & quidem in proximam  
villam Philippi mihi totus deditus. Lentulus Sp̄nter hodie apud me, cras mane vadit.

## CICERO ATTICO SAL.

308

C O M I Attice, vereor nō nobis Idus Martiz nihil dederint prater latitudinē & odii pœnā  
ac doloris. Quæ mihi ilitine afferuntur: Quæ hic videoſ ~~etiam~~ ab eo, ~~etiam~~ & scis quām  
diligam Siculos, & quām illam clientelam honestam iudicem: multa illis Cæsar, neque me  
inuitò, etiā latinitas erat non ferenda. verutamen, ecce autem Antonius accepta grandi  
pecunia, fixis legēs à Dictatore comitiū latrā, qua Siculi ciues Romani, cuius rei viuo illo  
mentio nulla. Quid: Deiotari nostri causa nō sumilis? Dignus ille quidem omni regno, sed  
non per Fuluiam. Sexcenta familia. Verum illuc refero rām claram tamque testatam rem,  
tamque iustum. Burhrotiam non tenebimus aliqua ex parte & eo quidem magis, quo ista  
plura: nobis cum hic per honorifice & amice Octauius, quē quidem sui Cæsarem salutabāt,  
Philippus non itaque ne nos quidem, quem nego posse bonū ciuem, ita multi circumstant,  
qui quidem nostri mortem minitantur, negat hæc ferri posse. Quid censes, cum Romanum  
puer venerit, vbi nostri liberatores ruti esse nō possunt? Qui quidē semper erunt clari, con-  
scientia vero facti sui etiā beati, sed nos(nisi me fallit) iacebimus. Itaque exire aueo, vbi nec  
Pelopidaram inquit. Haud amo vel hos designatos, qui etiam declamare me coegerunt, vt  
ne apud aquas quidem acqūscere liceret, sed hoc mez nimis facilitaris. Nā id erat quon-  
dam quāsi necesse: nunc quoquo modo se res habet, non est itē. Quandadum nihil habeo  
quod ad te scribam, scribo tamen, nō vt delectem his literis, sed vt ciliacis tuas. Tu siquid  
erit de ceteris, de Bruto vriue quidquid. Hæc conscripsi x Kal. accubans apud Veltorium  
hominem remortum à Dialecticis, in Arithmeticis satis exercitatum. Septimo denique die  
literæ mihi redditæ sunt, quæ erāt à te x 1111 Kal. dare: quibus queris, atque etiā me ipsum  
ne cire arbitraris, vtrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione ~~an~~ delester. Est  
mehercle, vt dicis, vtriusque loci tanta amoenitas, vt dubitem vtra anteponenda sit.

~~ANNA~~ è dicitur in meo libro misericordia,

ad te non misera tempora desperantes, deinceps  
distulimus, certe & Ciceronius, & ceteris.

Quamvis enim tu magna & mihi iucunda scripseris de D. Brutis aduentu ad suas legiones, in quo spem maximam video: tamen si est bellum ciuile futurum (quod certe erit, si Sex. in armis permanebit, quem permanetur esse certo scio) quid nobis faciendum est ignoro. neque enim iam licebit quod Cesaris bello licuit, neque huc, neque illuc: quemcunque enim haec pars perditorum latatum Cesaris morte putabitis (latitudinem autem apertissime tulimus omnes) hunc in hostium numero habebitis: que res ad eadem maximam spectat. Restat ut, in castra Sex. aut si forte, Brutis nos conferamus. Res odiosa, & aliena nostris exercitibus, & incerto exitu belli. & nescio quo pacto tibi ego possim, mihi tu dicere,

Tuus quis, et tu illorum tuorum quis?

Alia autem informata vobis dabo.

Sed haec fors viderit ea, quae talibus in rebus plus quam ratio potest. Nos autem id videamus quod in nobis ipsis esse debet, ut quidquid acciderit, fortiter, & sapienter feramus, & accidisse hominibus meminerimus: nonque cum multum literarum, tum non minimus Idus quoque Martis consolentur. Sufcipe nunc mea deliberationem, qua sollicitor: ita multa veniunt 309 in mentem in tranquillitate. Proficiscor, ut constitueram, Legatus in Graciam: creditissimum pendentis periculi nonnullum vitare video: sed casurus in aliquo vituperationem, quod reip. defuerim tam graui reporte, sicut mansero, equidem video in discrimine. Sed accidere posse suspicor, ut prodece possum reip. Ia illa consilia priuata sunt, quod sentio valde esse utile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia causa profectionis mihi villa fuit tum, cum consiliu cepi legati ab Cesarre. Tota igitur hac de re, ut isolles, quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epistolam tuam. Scribis enim esse rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minusculum vero villam utique Quinto traditum, vel impenso prelio, quo introducatur, ut tibi Q. F. dixerit, dotata Aquilia. Ego vero de venditione nihil cogito, nisi quid, quod magis me delebet, inuenero. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore: satis enim torquetur debitio[n]e docis, in qua mirificas Q. Egnatio gratias agit. Adducenda autem vxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam iucundius. Sed haec quoque haec tenus: redeo enim ad miseram, seu nullam potius rem. M. Antonius ad me scripsit de restitutione Sexti Clodii: quam honorifice, quod ad me attinet, ex ipsis literis cognoscet, mihi enim tibi exemplum: quam dissolute, quam turpiter, quamque ita perniciose, ut nonnunquam Cesar desideratus esse videatur, facile existimabis. Quae enim Cesar nunquam neque fecisset, neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. Ego autem Antonio facilissimum me praebui: etenim ille, quoniam semel induxit animum, sibi licere quod yelleret, fecisset nihilominus me inuitu. Itaque mearum quoque literarum mihi tibi exemplum.

ANTONIVS COS. SAL. DIC. M. CICERONI.

OCCUPATIONIBVS est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coram de hac te agerem: quam ob causam vereor ne absentia mea leuior sit apud te, quod si bonitas tua responderet iudicio meo quod semper habui de te, gaudeo. A Cesarre petui ut Sextum Clodium restitueret, impetravi. Erat mihi in animo etiam tum sic vt beneficio eius, si tu concessisses: quo magis labore, & tua voluntate id per me facere nunc. Quod si duriorem te cius miser & afflictus fortunz praebes, non contendam ego aduersus te: quiaquam video debere tueri commentarium Cesaris. Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto praebabis, & voles P. Clodium in optimis spe pueri repositum, existimare, non te infectatum esse, cum potueris amicos paternos. Patere obsecro te, pro rep. videri gelissimam similitatem cu[m] patre eius: non contempseris hanc familiam: honestius enim & libentius deponimus inimicitias teip. nomine susceptas, quam contumaciz. Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere pueri, & tenere animo eius persuadere, non esse tradendas polteris inimicitias, quanquam tuam fortunam Cicero ab omni periculo absese certum habeo, ramen arbitror malie te quietam senectutem & honorificam potius agere, quam sollicitam. Postremo, meo iure te hoc beneficiu rogo: nihil +

¶ enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Cludio daturus non sum, ut intelligas, quanti apud me auctoritas tua sit, atque eo te placabidiorem praebes.

CICERO ANTONIO COS. S.D.

311

Q.V O D mecum per literas agis, vñā ob causam mallem coram egisses. Non enim solum ex oratione, sed etiā ex vultu, & oculis, & frōte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses. Nam cū te semper amauī, primum tuo studio, pōst etiam beneficio prouocatus, tum his tēporibus resp. te mihi ita commēdauī, vt cariōem habeam neminē. Literæ vero tuae tum amanissime, tū honorificentissime scriptæ, sic me affecterunt, vt non dare tibi beneficium videret, sed accipere à te ita petente, vt inimiciū meum necessarium tuū, me inuitō seruare nolles, cū id nullo negotio facere posset. Ego vero tibi istuc mi Antoni temitto: atque ita, vt me à te, cū his verbis scriferis, liberalissime atque honorificentissime tractarū existimem. Idque cū totum, quoquo modo se res haberet, tibi dandum putarē, tum do etiā humanitati & naturæ meæ. nihil enim vñquam non modo acerbū in me fuit, sed ne paulo quidē tristius aut severius, quām necessitas recip. postulauit. Accedit, vt ne in ipsum quidem Clodiū, meum insigni odium fuerit vñquā semperque ita statui, nō esse insectando inimicorum amicos, prefertum humiliores, nec his præfidiis nosmetip̄os esse spoliandos. Nam de puero Cladio tuas partis esse arbitror, vt eius animum tenerū, (quemadmodum scribis) his opinionibus imbuas, vt ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Contēdi cū P. Cladio, cum ego publicam causam, ille suā defenderet: nostras cōcertationes resp. di- iudicauit: si viueret, mihi cū illo nulla contentio iam manereret. Quare quoniā hoc à me sic petis, vt quæ tua potestas est, ea neges te me inuitō vñrum, puero quoque hoc à me dabis; si tibi videbitur: nō quo aut ætas nostra ab illius ætate quidquā debeat periculi suspicari, aut dignitas mea vñlā contētionem extimescat, sed vt nosmetip̄i inter nos cōiunctiores sumus quām adhuc fuimus. interpellatis enim his inimicitiis, animus tuus magis patuit, quām domus. sed hec haec tenus. Illud extremū, Ego quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, semper sine villa dubitatione summo studio faciā. hoc velim tibi penitus persuades.

CICERO ATTICO SAL. DICIT.

312

I T E R A X D V M eadem ista mihi. Coronatus Quintus noster Parilibus: Parilibus. fo- lñs ne etiā addis Lamiā, quod demiror equidem. Sed scire cupio qui fuerint alii. quanquā fatis scio, nisi improbum neminem. Explanabis igitur hoc diligenter. Ego autem eis cū dedisem ad te literas vñ Kal. satis multis verbis, tribus ferē horis pōst accepi tuas, & ma- gni quidem ponderis. Itaque iocia tua plena facetiarum. de hæresi Vettorina, & de Pherio : num more Putcolano risisti me satis, nihil est necesse rerebtere. illa videamus: Ita Brutos Cassiūmque defendis, quasi eos ego reprehendam, quos satis laudare non pos- sum. Rerum ego virtia collegi, non hominum. Sublato enim Tyranno, tyrannida manere video. Nam quæ ille facturus non fuit, ea fiunt, vt de Cladio, de quo mihi exploratum est; illum non modo non facturus, sed etiam ne passum quidem fuisse. Sequetur Rufo Ve- storianus vīctor omniā scriptus, ceteri, quis noncū lœvare ipsi non potuimus, eius li- bellis patemus. Nam Liberalis quis potuit in Senatum non venire? Fac id oportuisse ali- quo modo: num etiam cum venissimus, libere potuimus sententiam dicere? nōnne omni ratione veterani, qui armati aderant, cum præfidiis nos nihil haberemus, defendendi fue- runt? Illam sc̄issionem Capitolinam mihi non placuisse tu testis es. Quid ergo ista culpa Brutorum? Minime illorum quidem, sed aliorum Brutorum, qui se cautos ac sapientes putant, quibus fatis fuit lœtari, nonnullis etiam gratulari, nullis permanere. Sed præterita omittamus: istos omni cura præsidioque tueamur, & quemadmodum tu præcipis, conten- ti Id. Mart. simus. Quæ quidem nostris amicis diuinis viris aditum ad cœlum dederunt; libertatem Populo Ro. non dederunt. Recordare tua: nōnne meministi clamare te omnia periisse, si ille funere elatus esset? Sapienter id quidem. itaque ex eo quæ manarint, vides. Quæ scribis Kal. Jun. Antonium de prouincia relatinum, vt & ipse Gallias habeat, & v- trisque dies prorogeretur, licebitne decerni liberet? Si licuerit, libertatem esse recuperatam libertabot: si non licuerit, quid mihi attulecit ista domini mutatio p̄tēter lœtitiam, quam

BB.i.

oculis cepi iusto interitu Tyrannis Rapinas scribis ad Opis fieri, quas nos quoque tum videbamus. ne nos & liberati ab egregiis viris, nec liberi sumus: ita laus illorum est, culpa nostra. Et hortaris me vt historias scribam, vt colligam tanta eorum scelera, à quibus etiam nunc obsidemur. Poterōne eos ipsos nō laudare, qui te obsignatorē adhibuerunt? Nec mercede me Raudusculū moue: sed homines benevolos, qualescumque sunt, graue est infamia cōtumelia. Sed de omnibus meis consilii, vt scribis, existimo exploranus nos ad Kal. Iun. statuere posse: ad quas adero, & omni ope atque opera enitar, adiuuante me scilicet auctoritate tua & gratia, & summa exequitate causa, vt de Buthrotiis s. C. quale scribis, fiat. Quod me cogitare iubes, cogitabo equidem: et si tibi dederam superiore epistola cogitandum. Tu autem quasi iā recuperata rep. vicinis tuis Massiliensibus sua reddis. Hæc armis (quæ quād firma habeamus, ignoro) restitui fortasse possunt, auctoritate non possunt.

<sup>33</sup> Epītola brevis quæ postea a te scripta est, sanè mihi fuit iuscunda. Dc Brutii ad Antoniū <sup>33</sup> & de eiusdem ad te literis, posse videtur esse meliora, quād adhuc fuerunt: sed nobis, vbi sumus, & quod iā nunc nos conferamus, prouidendum est. O mirificum Dolabellam meum! Iam enim dico meum, antea (crede mihi) subdubitabam. Magnam <sup>34</sup> res haber. de faxo in crucem columnam tollere, locum illum sternendum locare. Quid quāris Heroica. Sustulisse mihi videtur simulationē desiderii, adhuc quæ serpebat in dies & inueterata, reverbar ne periculosa nostris Tyrannothonis esset. Nunc prorsus assentior tuis literis, sperō quæ meliora, quāquam illos ferre non possum, qui dum se pacē velle simulant, acta nefaria defendunt, sed nō possunt omnia simul. Incipit res melius ire, quād putaram: nec vero discedam, nisi cum tu me id honeste putabis facere posse. Bruto certe mox nullo loco decreo: idque etiā si mihi cum illo nihil fuisset, facarem, propter eius singularēm incredibilēmque virtutem. Pilis nostris villam totam, quāque in villa sunt trado. In Pompeianū ipse proficiens Kal. Mai. Quād velim Bruto persuades ut Astur sit!

## CICERO ATTICO SAL.

34

Q V I N T O Non. cōscendens ab hortis Cluianis in phæclum cōpīopū, has dedi literas, cū Pilis nostris villam ad Lucrinum, villicōque procuratores tradidisse. Ipse autē eo die in Pæti nostri Tyrocarium imminēbā, perpaucis diebus in Pompeianū, pōst in hac Putolana & Cumana regna renaūigare. O loca ceteroqui valde expetenda, interpellantū autem multitudine penē fugienda! Sed ad rē vt veniā. O Dolabellæ nostri magnā <sup>35</sup> ~~āsīmā~~, quāta est <sup>36</sup>. Equidē laudare cum & hortari nō defisito. Recht tu omnibus epistolis signicas quid dare, quid de virō sentias. Mihi quidē videtur Brutus nostri ī vel coronam auream per forū ferre posse. Quis enim audeat violare, proposita cruce aut faxo, p̄fūctū tātis plausib⁹, tāta approbatione infimorū. Nunc mi Attice me fac vt expediā, cupio (cū Bruto nostro affatim fatissēcerim) excurtere in Graciā. Magni interest Ciceronis vel mea potius, vel mehercule vtriusque me interuenire dissentī. Nā epītola Leonidz, quam ad me misisti, quid habet, quāso, in quo magnopere latēmur? Nunquā ille mihi satis laudari videbitur, cū ita laudabitur, Q V O M O D O N V N C E S T. nō est fidētis hoc testimoniū, sed potius timētis. Herodi autē mandarā, vt mihi <sup>37</sup> scriberet, à quo adhuc nulla litera est. Vereor ne nihil habuerit, quod mihi cū cognoscem, iuscundū putaret fore. Quod ad Xenonem scripti, valde mihi grātū est. Nihil enim decēs Ciceroni, cū ad officium, tum ad existimationem meam pertinet. Flammā Flaminium audio Romæ esse. Ad eum scripsi, me tibi mandans per literas, vt de Mōtani negotio cum eo loquerere: & velim cures epītolam, quā ad eum misi, reddendam, & ipse (quod cōmodo tuo fiat) cū eo colloquere. Puto siquid in homine pudoris est: p̄fātūrū eum, ne pro se quodammodo depēdatur. De Attica, p̄gratū mihi fecili, quidē curasti antē scirem, recte esse, quād non belle fuisse. In Pompeianum veni v. Non. Mai. cū prid. (vt antea ad te scripti) Piliam in Cumano collocaūsem. Ibi mihi cenāti litera tūz sunt redditz, quas dederas Demetrio liberto prid. Kal. in quibus multa sapienter, sed tamē talia (quē admodum tute scribebas) vt omne consiliū in fortuna positum videretur. Itaque his de rebus ex tēpore, & corām. De Buthrotio negotio veinam quidem Antoniū conueniā: multum profecto proficiā, sed nou arbitrantur cum à Capua

declinaturum: quod quidē metuo ne magno reip. malo venerit: quod idē L. Cæsari videbatur, quem pridie Neapoli affectū grauerit videram. Quamobr̄ ista nobis ad Kal. Iun. tractanda & perficienda sunt. Sed haec tenus. Q. filius ad patrem acerbissimas literas misit, quae sunt ei redditæ, cū venissemus in Pompeianū: quarum tamē erat caput, Aquiliam nouercā non esse laturum. sed hoc tolerabile fortasse illud verō se ab Cæsare habuisse omnia, nihil à patre, reliqua sperare ab Antonio. Operditum hominē sed p̄m̄. Ad Brutum nostrum, ad Cassium, ad Dolabellam epistolas scripsi: earum exempla tibi misi, nō vt deliberarem redicendā ēssent (planè enim iudico esse reddendas) sed quod nō dubito quin tu idem existimaturus sis. Ciceroni meo mi Attice suppeditabis quānū videbitur, m̄que hoc tibi onus imponere patiē. Quā adhuc fecisti, mihi sunt gratissima. Librū meum illum nō dum, vt volui, perpolui. Ista vero quā tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant. Ego autē (credas mihi velim) minore periculo existimo cōtra illas nefarias partes viuō tyranno dici potuisse, quām mortuo. Illi enim necio quo pacto cerebat me quidē mirabiliter: nunc quacūque nos cōmouimus, ad Cæsare nō modo acta, verūmetiā cogitata resocamur. De Montano, quoniā Flamma venit, videbis. puto rē meliore loco esse debere.

CICERO DOLABELLA COS. SVO SAL.

315

ET SI contentus erā mi Dolabella tua gloria, satisque ex ea magnam lētitia voluptatē capiebā, tamen nō possum non cōfiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominū opinio sociū me alcritat tuis laudibus. Nemīnē conueni: conuenio autem cotidie plurimos: sunt enim permulti optimi viri valerudinis causa in his locis. Cōueniunt præterea ex municipiis frequentes necessarii mei, qui omnes, cū te summis laudibus ad cœlū extulerunt, mihi cōtinuo maximas gratias agunt. Negant enim se dubitare quin tu meis p̄ceptis & consiliis obtemperans, p̄fiantilium te ciuem & singularem cōs. præbeas quibus ego, quāquā verissime possum respondere, quā facias, tuo iudicio & tua sponte facere, nec cuiusquā egere consilio: tamē neque planē allentior, ne imminuē tuā laudē, si omnis à meis consiliis profecta videatur: neque valde nego. Sū enim audior etiā quām satis est gloriæ. Et tamen non alienū est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni Regū Regi fuit honorabilis, habere aliquem in cōsiliis capiendis Nestorem: mihi vero gloriolum te iuuenem cōs. florere laudibus, quasi alumnū disciplinæ mez. L. quidem Cæsar, cū ad cum argrotū Neapolim venissem, quāquā erat opprelitus totius corporis doloribus, tamen antequā me planē salutauit, O mi Cicero, inquit, gratulor tibi cū tantū vales apud Dolabellam, quantū si ego apud fororis filiū valerem, tā salui esse possemus. Dolabellæ vero tuo ei gratulor & gratias ago: quem quidē post te Consulem, solum possum vere Consulē dicere. Dein multa de facto, ac de re gesta: tum nihil magnificentius, nihil præclarius actū vñquam, nihil reip. salutarius. atque hæc vna vox omnīus est. A te autem peto, vt me hanc, qualū fallam hæreditatē alienaz gloriæ, finas cernere, m̄que aliqua ex parte in societate tuarum laudū venite patiare quāquam mi Dolabellæ (hæc enim iocatus sum) libentius omneis meas, si modo sunt aliquæ mez, laudes ad te transfigurari, quām aliquā partem exhauserim ex tuis. Nā cum te semper tantū dilexerim, quantū tu intelligere potuisti, tum iis tuis factis sic incensus sum, vt nihil vñquam in amore fuerit ardenter. Nihil est enim (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrins, nihil amabilius. Sēper amauī, vt seis, M. Brutum propter eius summū ingenium, sua uissimos mores, singularē probitatem atque constantiam: tamen Id. Mart. tantum accessit ad amorem, vt mirarer locū huius augendi in eo, quod mihi iampridē cumulatum etiā videbatur. Quis erat qui putaret ad cū amorem, quem erga te habebā, posse aliquid accederes. Tantū accessit, vt mihi nū denique amare videar, antea dilexiisse. Quare quidē est quod ego te horter, vt dignirati & gloriæ seruias? Proponam tibi claros vitos, quod facere solēt qui hortantur? Nemīnē habeo clariorem, quām te ipsum: te imitare oportet, tecū ipse certes: ne licet quidem tibi iā tantis rebus gelitis, nō tui simile ēst. Quod cum ita sit, hortatio nō est necclaria, gratulatione magis vtēdum est. Cōgitit enim tibi quod haud scio an nemini, vt summa seueritas animaduersionis, nō modo non inuidioſa, sed etiā popularis ēst, & cū bonis omnibus, tū infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadā contigisset, gratularet

BB.ii.

felicitati tuz, sed contigit magnitudine cum animi, tum etiam ingenii atque consilii. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientius. ita pedentem cum accessus à te ad causam facti, tum recessus, vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret. Liberalisti igitur & urbem periculo, & ciuitatem metu. Neque solum ad tempus maximam utilitatem artulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te positam esse temp. tibique non modo tuendos, sed etiam ornando illos viros, à quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram gloria propediem, vt spero. Tu quoniam temp. nō que conferas, fac vt diligissime te ipsum mi Dolabellae custodias.

## CICERO ATTICO SAL.

316

S A E P I V S me iam agitas, quod rem gestam Dolabellae nimis in celum videat efferre. Ego autem quanquam sane probo factum, tamen vt tanto opere laudare adductus sum tuis & vni & alteris literis: sed totū se à te abalienauit Dolabella, ea de causa qua me quoque fibi inimicissimum reddidit. O hominem pudenter! Kal. Ian. debuit, adhuc non soluit: perfectum cum se maximo ære alieno Faberii manu liberarit, & opem ab eo petierit. Licer enim iocari, ne me valde conturbatū putes. Atque ego ad eū V 111 Id. literas dederam bene mane. Eodem autē die tuas literas vespere accepit am in Pompeiano, sanè celestiter, tertio abs te die. Sed vt ad te eo ipso die scriperā, satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi: que si nihil profeccrint, puto fore vt me præsentē non suffineat. Albiani te confecisse arbitror. De Patulciano nomine, quod mihi suppeditatus es, gratissimum est, & simile tuorum omnium. Sed ego Erotem ad ista expedienda factum mihi videbar reliquise. cuius non sine magna culpa vacillarunt. sed cum ipso video. De Montano, vt sape ad te scripsi, erit tibi tota res curæ. Seruius proficisciens, quod desperanter tecum locutus est, minime miror, neque ei quidquam in desperatione concedo. Brutus noster singularis vir, si in Senatum nō est Kal. Iun. venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Sed hoc ipse melius. Ego ex his quæ parari video, non multum id. Mart. profectum iudico. Itaque de Graecia cotidie magis & magis cogito: nec enim Bruto meo exilium, vt scribis, ipse meditari video quid prodeſſe possum. Leonidae me literæ non satis delectarunt. De Herode tibi assentior. Saufeni legisse vellem: Ego ex Pompeiano v 1. Id. Mai. cogitabam.

## CICERO ATTICO SAL.

317

N O N. Mai. cū essem in Pompeiano accepi binas à te literas: alteras sexto die, alteras quartas: ad superiores igitur prius, quām mihi iucundum opportune tibi Barnacū literas reddidisse! Tu vero cum Cælio, vt cetera: quām commode autē, quod id ipsum, quod me mones, quadriduo ante ad eum scriperā, exemplumque meatum literarum ad te miseram. Sed cū Dolabellæ auaritia (sic enim tu ad me scripferas) magna desperatione affactus essem, ecce tibi & tuz literæ, ille exilium meditari. Nos autem alium portū propriorem huic ætati videbamus, in quem mallē equidem peruchi, florente Bruto nostro constitutaque repub. Sed nunc quidem, vt scribis, nō vtrumuis: assentires enim mihi nostram zatæ perfectum à castris ciuilibus abhorrete. M. Antonius ad me tanrū de Clodio rescripsit, meā lenitatem & clementiam, & fibi esse grata, & mihi voluptati magnæ fore. Sed Panā furete videtur de Clodio, itemque de Dætoraro, & loquitur scuere, si velit credere. Illud tamen non belle, vt mihi quidem videtur, quod factum Dolabellæ vehementer improbat. De coronatis, cum fororis tuz filius à patre accusatus esset, rescriptū se coronā habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia. Postremo se libenter vituperationem subire, quod amaret etiā mortuum Cæsarem. Ad Dolabellam, quemadmodū tibi dicas placere, scripsi diligenter. Ego etiam ad Sicam: tibi hoc oneris nō impono, nolo te illum iratum habere. Serui orationem cognosco, in qua plus timoris video, quām consilii. Sed quoniam perterriti omnes sumus, assentior Seruius. Publius tecum tricatus est: huc enim Cerelia missa ab ictis est legata ad me: cui facile persuasi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere. Antonium si video, accurare agam de Bithroto. Venio ad recentiores literas, quanquam de Seruius iam rescriptū, me facere magnā rāgi Dolabellæ: mihi in hercule ita videtur, nō ponuisse maior tali re, talique tempore: sed tamen quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis.

Tibi vero assentior maiore ~~tempore~~ cius fote, si mihi, quod debuit, dissoluerit. Brutus velim sit Alturz. Quod autem laudas me, quod nihil ante de profectione constitutum, quam ista quod euasura sint, video: muto sententiam, neque quidquam tamen ante quam te video. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo, cui quidem ego totam villam cellamque tradidi, camque cogitabam v. Id. videre. Tu Attice salutem dices, nos Pilam diligenter tuebimur.

## CICERO ATTICO SAL.

38

E POMPEIANO navi adactus sum in Luculli nostri hospitiu V i. Id. hora ferè tertia: egressus autem è navi accepi ruas literas, quas tuus tabellarius in Cumanu attulisse dicebatur. Non. Mai datas à Lucullo postridic eadem ferè hora, qua veni V II Id. Lanuui datas. Audi igitur ad omnes. Primū quz de re mea gesta, & in solutione, & in Albiano negotio grata. De tuo autem Burthroto, cù in Pompeiano essem, Misenum venit Antonius: inde ante discisit, quā illum venissem audissem, à quo in Saminiu: vide quid spes. Romz igitur de Burthroto. L. Antonii horribilis concio. Dolabella præclara iam, vel sibi habeat nūmos, modo numeret Id. Tertullz nonnullum abotrum. tam enim Cassii sunt iam, quam Bruti serendi. De Regina velim, atque etiā de Cæsare illo. Persolui primz epistolz, venio ad secundam. De Quinti Burthroto, cum venero, vt scribis. Quod Ciceroni suppeditas, gratum. Quod errare me putas, qui temp. putem pendere è Bruto: sic se res habet, aut nulla erit, aut ab isto istisve scrupulis. Quod me hortatis, vt scrip̄ā concionem mittam, accipe à me mi Attice ~~ad~~ ~~ad~~ earum rerū, in quibus satis exercitati sumus. Nemo vñquam neque poeta, neque otator fuit, qui quenquā meliore quam se arbitratetur. Hoc etiam malis contigit. Quid tu Bruto putas & ingenioso & eruditiorde quo etiā expertus sum nuper in edito, scrip̄eram rogatu tuo, meum mihi placebat, illi suum. Quinetiam cum ipsius precibus penè adductus, scripsisse ad eū de Optimo genere dicendi, nō modo mihi, sed etiam tibi scripsit, sibi illud, quod mihi placeret, nō probari. Quare sive quazof sibi quenque scribere. Suam cuique sponſam, mihi meā: suum cuique amorem, mihi meū: non scire, hoc enim Attilius poeta dutissimus. Atque vñnam licet illi concionatici si esse in vrbē tutò licebit, vicimus. Duce enim noui belli ciuilis, aut nemo sequetur, aut si sequentur qui facile vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuisse meas literas Bruto & Cassio gaudeo: itaque iis rescripsi. Quod Hirtiū per me meliorē fieri volunt, do equidem operā, & ille opime loquitur: sed vi uir habitare que cū Balbo, qui item bene loquitur, quid credas, videris. Dolabella valde placet tibi video, mihi quidem egregie. Cū Panfa vixi in Pópetano: i planè mihi probabat se bene sentire, & cupere pacem. Causam armorū queri plane video: editum Bruti & Cassii probo. Queris vt suscipiam cogitationem, quidnā istis agendū putem. Consilia temporū sunt, quz in hotas cōmutati vides. Dolabella & prima illa actio, & hæc contra Antoniū concio, mihi profecisse permultum videtur. profrus ibat res: nūc autem videmur habituri, ducem, quod vñm municipia bonique desiderant. Epicuri mentionem facis, & aedes dicere ~~in~~ ~~in~~. Non te Bruti nostri vulticulus ab ista oratione deterret: Q. F. vt scribis, est dex tella. per eū igitur, quod volemus, facile auferemus. Expecto, si vt putas L. Antonius produxit Octauium, qualis concio fuerit. Hæc scripsi: statim enim Cassii tabellarius, etiam continuo Pilam salutatus. Deinde ad epulas Veltorii nauicula. Atticē plurimam salutem.

## CICERO ATTICO SAL.

39

CVM pauloante dedissem ad te Cassii tabellario literas, v. Id. venit noster tabellarius, & quidem (potestē simile) sine tuis literis: sed ciro conieci Lanuui te fuisse. Eros autem festinavit, vt ad me literaz Dolabella perferrentur, nō de re mea (nondum enim meas accepserat) sed rescripsit ad eas, quarum exemplum tibi miserā, sanè luculente. Ad me autem, cum Cassii tabellarī dimisissim, starim Balbus. O di boni quam facile perspiceres timere otium: & nosti virum, quam rectus: sed tamen Antonii consilia narrabat, illi circumire veteranos, vt acta Cæsaris saneirent, idque se facturos esse iuraret, vt rata omnes haberent, eaque Durumiri omnibus mensibus inspicerent. Quelus est etiā de sua inuidiaz: eaque omnis eius otatio fuit, vt amare videretur Antoniū. Quid queris: nihil synceris: mihi autem non est dubium quia res specter ad castra. acta enim illa res est animo virili, cōsilio puerili. Quis enim hoc nō vidit,

regni hæredem relictum: Quid autem absurdius, hoc metuere, alterū in metu non ponere: Quinetiam hoc ipso tempore multa. Ponit Neapolitanum à matre Tyrannotonī possideri. Legendus mihi sèpius est Cato Maior ad te missus. Amariorē enim me se-nectus facit, stomachor omnia, sed mihi quidem. videlicet iuuenes. Tu mea cura-  
bis, vt curas. Hæc scripsi seu dictavi, appolita secunda mensa apud Veltoriū. Postridic apud  
Hirtium cogitabam: & quidem si hominem traducere ad optimates paro. nō  
nemo est istorum qui otium non timeat. quare talaria videamus. quiduis enim potius  
quām castra. Attice sal. plur. velim dicas. Exspecto Octauii concionem, & siquid aliud. ma-  
xime autem equid Dolabella tinniat: an in meo nomine tabulas nouas fecerit.

CICERO ATTICO SAL.

310

C E R T I O R à Pilia factus mitti ad te Id. tabellarios, statim hoc nescio quid exaraui. Primum igitur scire te volui, me hinc Arpinum x vi Kal. Iun. Eò igitur mittes, siquid erit posthac. quanquam ipse iam iamque adero. Cupio enim antequam Romanum venio, odora-  
ri diligentius quid futurū sit: quanquam vereor ne nihil cōiectura abertem. Minime enim  
obscurum est quid isti moliantur. Meus vero discipulus, qui hodie apud me cenat, valde a-  
mat illum quem Brutus noster fauiauit: & si quatis (perspexi enim plancè) timent otium,  
autem hanc habent, cāmque p̄ se ferunt, virum clarissimum interfectum, totam  
temp. illius interitu perturbat: irrita fore quæ ille egisset, simulac defisimus timere. ele-  
mentiam illi malo fuisse: quia si v̄sus nō esset, nihil ei tale accidere potuisse. Mihi autem ve-  
nit in mentem, si Pompeius cum exercitu firmo veniat, quod est certe fore bellū. Hæc  
me species cogitatiōque perturbat, neque enim iam, quod tibi tum licuit, nobis nunc lice-  
bit: nam aperte lateti sumus. Deinde habent in ore, nos ingratos, nullo modo licebit quod  
tum & tibi licuit & multis. ergo & in castra: Milices mori melius, huic  
preferim̄ etati. Itaque me Id. Mart. non tam consolantur, quām antea: magnū enim men-  
dum continent, eti illi iuuenes. Sed si tu melius quippiam  
speras, quid & plura audis, & interes consiliis, scribas ad me velim: similique cogites quid  
agendum nobis sit super legatione votiu: equidem in his locis moneor à multis, ne in Se-  
natū Kal. Dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparati, & quidē in ictis qui mi-  
hi videntur vbius tutius, quām in Senatu fore. Vale.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER XV.

CICERO ATTICO SAL.

311

O F A C T U M male de Alexione! Incredibile est quanta me molestia afficerit, nec me-  
hercule ex ea parte maxime, quid plerique mecum. Ad quem igitur te medicum cō-  
fres? Quid mihi iam medico, aut si opus est, tanta inopia est: Amore erga me, humanitatē  
fauitatemque desidero. Et iā illud quid est quod non pertinet: cendū sit, cum hominē  
temperantem, summum medicū, tantus improposito morbus oppreserit: Sed ad hæc omnia  
vna consolatio est, quid ea condicione nati sumus, vt nihil quod homini accidere possit,  
recusare debemus. De Antonio iam antea tibi scripsi, non esset cum à me conuentū: venit  
enim Misenum, cum ego esset in Pompeianis, inde ante profectus est, quām ego eum ve-  
nisse cognoui, sed casu cū legerem tuas literas, Hirtius erat apud me in Puteolano: ei legi, &  
egi primū, quod attinet. Nihil mihi concedebat. Deinde ad summū, arbitrum me statue-  
bat non modo huius rei, sed totius Consulatus sui. Cū Antonio autē sic agemus, vt perspi-  
ciat, si in eo negotio nobis satisficerit, totū me futurū suū. Dolabellam spero domi esse.  
Redeamus ad nostros, de quibus tu bonam spem te significas habere, propter edictorū hu-  
manitatem. Ego autem perspexi, cū à me x vii Kal. de Puteolano Neapolim Panis: con-  
ueniendi causa proficisceretur Hirtius, omnē eius sensum. Seduxi enim, & ad pacem sum +  
cohortatus: non poterat scilicet negare, se velle pacem: sed non mirus se nostrorū arma ti-

mere, quam Antonii: & tamen utrosque non sine causa praesidium habere: se autem utraque  
arma metuere. Quid quixisti? vixit. De Q.F. tibi assentior patri quidem certe gratissimae, &  
bellie tua litera fuerunt. Credite vero facile satifeci, nec valde laborare mihi visa est: & si  
illa, ego certe non laborarem. Istam vero, quam tibi molestem scribis esse, auditam a te esse  
omnino demiror. Nam quod eam collaudauit apud amicos, audientibus tribus filiis eius: &  
filia tua TOBEC TOTOT. Quid est hoc? quid est autem, cur ego personatus ambulem? Parum  
ne bona persona est ipsius senectutis? Quod Brunus rogat, ut ante Kal. ad me quoque scrip-  
tit, & fortasse faciam: sed plane quid velit nefcio. Quid enim illi asserte consilii possum, cu  
ipse egeam consilio: & cum ille iuxta immortalitati melius, quam nostro otio consuluerit?  
De Regina rumor extinguetur. De Flamma obsecro te, siquid potes. Here dederam ad te  
literas exiens e Puteolano, diuenter amque in Cumam. Ibi penitus valente videram Pilam,  
quoniam etiam paulo clam iis eam vidi: venerat enim in funus, cui funeri ego quoque operam  
dedi. Cn. Luculus familiaris noster matrem effecbat. Mali igitur eo die in Sinuflano, at-  
que inde mane postridie Arpinum proficiscens hanc epistolam exarauit. Erat autem nihil no-  
ni quod aur scriberem, aut ex te quererem: nisi forte hoc ad rem putas pertinere: Brutus no-  
ster traxit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina: peccavimus quia te ut ea  
ne ambitione corrigerem, ante quoniam ederet. Est autem oratio scripta elegantissime senten-  
tias, verbis, ut nihil possit ultra cogitari. tamen si illam causam habuisssem, scripsisse arde-  
tius volebam. Vides quae sit persona dicentes, itaque ea corrige non potui. Quo enim in ge-  
nere Brutus noster esse vult, & quod iudicium haberet optimo genere dicendi, ita confe-  
cutus in ea oratione est, ut elegans esse nihil possit: sed ego solus alius sum, sius hoc recte,  
sicut non recte: tu tamē velim orationem legas, nisi forte iam legitimi, certiorenamque me facias  
quid iudices ipse. quoniam vero te cognomine tuo lapsus hyperatticus sis in indicando:  
sed si recordabere super hos fulmina, tum intelliges posse & armatum grauiissime dici. sed  
huc coram. Nunc nec sine epistola, nec cum inani epistola volui ad te Metrodorum venire!

CICERO ATTICO SAL.

322

DECIMO QUINTO Kal. à Sinuflano proficiscens, cu dedissem ad te literas, diuertis-  
semque à Cumis in Vestiano, accepi à tabellario tuas literas, in quibus nimis multa de Bu-  
throro: non enim tibi ea res maiori cura aut est, aut erit, quoniam mihi. Sic enim decet te mea  
curare, tua me. Quamobrem id quidem sic suscepimus est mihi, ut nihil sim habiturus antiquius.  
L. Antonii concionatum esse cognoui tuis literis & aliis, sorride: sed id quale fuerit nefcio;  
nihil enim scripsisti de Menclimo probe. Quintus certe ea dictitat que scribis. Cōsilium  
meū à te probari, quod ea non scribā quia tu à me postularis, facile parior: multoq[ue] magis  
id probabis, si orationē tamē, de qua hodie ad te scripsi, legeris. Quae de legionibus scribis;  
ea vera sunt: sed non facis hoc mihi videris tibi persuasus, quid de Burthrotis nostris per Se-  
natū spes confici posse, quod puto: tantū enim video, non videmur esse victuri. Sodis etiā  
nos hoc fallar, de Burthroto te non falle. De Octauii concione idem sentio quod tu: ludo-  
rumque eius apparatus, & Matius ac Postumus mihi procuratores non placent. Saserna Col-  
lega dignus. sed isti omnes, quoadmodum sentis, non minus oculū timent, quoniam nos arma:  
Balbū levare inuidia per nos velim, sed ne ipse quidem id fieri posse cōsiderit: itaque alia cogi-  
rat. Quod prima disputatio Tusculana te cōfirmat, sāne gaudeo. Neque enim illū est per-  
fugium aut inclusus, aut paratus. Flamma quod bene loquitur, non moleste fero. Tyndarita  
norū causa, de qua laborar, quae si ignoror. hos tamen mouere ista videtur, in pri-  
mis erogatio pecuniae. De Alexione doleo: sed quoniam incederat in ita grauem morbum,  
bene actū cum illo arbitror: quos tamen secundos heredes, scire vellem, & diē testamenti.

CICERO ATTICO SAL.

323

VNDECIMO Kal. accepi duas epistolas tuas, quibus duabus meis respondiisti. una e-  
rat xv Kal. altera xii data. Ad superiorē igitur prius. Accurrit in Tusculanum, ut scri-  
bis, quod me vi Kal. venturū arbitrabar. Quod scribis parēdum victoribus, non mihi qui-  
dem, cui sunt multa potiora. Nam illa que recordaris, Lentulo & Mareillo COSSacta in  
zde Apollinis, nec causa eadem est, nec simile tempus, præcertum cum Marcellum scribas

BB. iiiii.

aliisque discedere. Erit igitur nobis coram odorandum & constituendum, tutone Romæ esse possumus. Noui conuentus habitatores, sanè mouent in magnis enim versamur angustiis. Sed sint ista patui, quin & maiora contemnimus. Caluz testamentū cognoui hominis turpis, ac fodi didi. Tabula Demonici quod tibi curz est, gratum de malo. Scripsi iam pridē ad Dolabellam accuratissime modo redditz literz sunt. Eius causa & cupio, & debeo. Venerio ad propiorem. Cognoui de Alexione, quæ desiderabam. Hirtius est tuus. Antonio quoniā est, volo peius esse. De Q. F. quod scribis, ac de Q. patre, coram agemus. Brutū omni re, qua possum, cupio iuuare, cuius de oratiuncula idem te quod me sentire video; sed parū intelligo quid me velis scribere, quasi à Bruto habita oratione, cum ille ediderit: quā tandem conuenienter sicut in tyrannū iure optimo cæsum multa dicentur, multa scribentur à nobis, si modo, & tempore. De Sella Cæfatis, bene Tribuni. Praclaros etiam x 1111 or dines. Brutum apud me fuisse gaudeo, modo & libenter fuerit & sat diu. x Kal. v 1111 ferè à Q. Fusio, venit tabellarius: nescio quid ab eo literularum, vt me sibi restituueret, sane insulfe, vt solet: nisi forte quem nō ames, omnia videntur insulfe fieri. Scripsi ita, vt te probaturū existimem. Mihi duras à te epistolas reddidit: vnam x 1, alteram x. Ad recētiorem prius & leniorem. Laudo, si vero etiam Calfulenus, ~~ad mīmā~~. Antonii consilia narras turbulentia; atque vrinam potius per populum agas, quam per Senatum, cui quidem ita credo, sed mihi totum eius consilium ad bellum spectare videtur. Siquidem D. Bruto prouincia eripitur quoquo modo: ego de illius neruis existimo, non videtur fieri posse sine bello: sed nō cupio, quoniā cauetur Buthrotis. Rides: ast condoleo nō mea potius affiduarate, diligentia, gratia perfici. Quod scribis te necire quid nostris faciundum sit: iāpridem me illa ~~ep̄ea~~ solicitat: itaque stulta iam Idū Martiarum est consolatio: animis enim vī sumus virilibus, consiliis (mihi cede) puerilibus. excisa enim est arbor, nō cœlusa: itaque quam fructicetur vi des. Redecamus igitur, quoniā sepe vñuras, ad Tufculanas disputationes. Saufciū pete, clementus, ego nunquā indicabo. Quod te à Bruto scribis, vt certior fieret quo die in Tufculanū esset futurus, vt ad te antē scripsi. V i Kal. & quidē ibi te quamprimum peruidere velim. Puto enim nobis Laniū cundum: eisdem nō sine multo sermonc, sed ~~mīmā~~. Redeo ad superiorē, ex qua prætero illa prima de Buthrotis, quæ mihi sunt inclusa medullis, sit modo (vt scribis) locus agendi. De oratione Bruci prorsus cōtendis committere, tam multis verbis agis. Egōne: vt eam causam, quā is scripsit, ego scribam non rogatus ab eomulla ~~mīmā~~ fieri potest contumeliosior. At inquis, ~~mīmā~~ aliquod. Non recuso id quidem, sed & companionum argumentū est, & scribendi expectandū tempus maturius: licet enim de me, vt liber, existimes, velim quidem quamoptimes: si hæc ita manent vt videntur (feres, quod dicā) me Idū Martis non delectant. Ille enim nunquā reuertisset, nos timor confitmare eius acta nō coegeret: aut vt in Saufciū, reliquāque Tufculanas disputationes, ad quas tu etiam Veforium hot taris. Ita gratiosi eramus apud illum (quæ Dii mortuum perdunt) vt nostræ zetati (quoniā interfacto domino liberi non sumus) non fuerit dominus ille fūgiēdus. Rubeo (mihi crede) sed iam scripleram, delere nolui. De Menederno vellem verum tuū fuisse. De Regina velim verū sit, cetera coram, & maxime quid nostris faciendum sit, quid etiam nobis, si Antonius militibus obfessus est Senarū. Hæc epistolam si illius tabellario dedicem, veritus sum nō solueret: itaque mihi dedita opera. erat, enim referendum tuis. Quām vellem Bruto studium tuū nauare poruissel Ego igitur ad eum literas. Ad Dolabellam Tironē misi cum mandatis, & literis. Eu ad te vocabis, & siquid habebis quod placeat, scribes. Ecce autem de trāsuerso L. Cæsar, vt veniā ad se rogat, in nemus: aut scribam quod se venire velim: Bruto enim placere, se à me conuenient. O rem odiosam, & inexplicabilem. Puto me ergo iturum, & inde Romanam, nisi quid mutaro. Summarim adhuc ad te, nihil dū enim à Balbo. Tuas igitur expecto, nec auctorū solum, sed etiam futurorum.

C I C E R O A T T I C O S A L.

324

À B R V T O tabellarius rediit, attulit & ab eo, & Cassio: consilium meū magnopere exquirunt. Brutus quidem vtrū de duobus. O rem miserā, planc nō habeo quid scribam. Itaque silēcio puto me vñrum, nisi quid aliud tibi videtur: sin tibi quid venit in mentē, scribe

quiesco. Cassius vero vehementer orat, ac petit, vt Hirtium quam optimum faciam. sanum  
putas: ē *surupit, nūq; pax*. Epistolam tibi misi, vt tu de prouincia Bruti, & Cassii per s.c. ita  
scribit & Balbus, & Hirtius quidem se acturus. etenim iam in Tusculano est: mihique vt ab  
sim, vehementer auctor est. ille quidem periculi causa, quod sibi etiam fuisse dicit: ego au-  
tem etiam vt nullum periculum sit. Tantum absit vt Antonii suspicionem fugere non cu-  
rem, ne vidcar eius secundis rebus non delectari, vt mihi causa esset cur Romanum venire no-  
lim, ne illum videam. Varro autem noster ad me epistolam misit, sibi à nescio quo missam  
(nomen enim delerat) in qua scriptum erat, Veteranos eos, qui reciantur (nam partem esse  
dimissam) improbissime loqui, vt magno periculo Romam sint futuri, qui ab eorum parti-  
bus dissentire videantur. Quis porro noster. itus, reditus, vultus, incensus inter istos: Quod si,  
vt scribit L. Antonius, in D. Brutum, reliqui in nostros: ego quid faciam, aut quo me pacto  
geram? Mihi vero deliberatum est, vt nunc quidem est, abesse ex ea vrbe, in qua non modo  
florui cum summa, verum etiam seruui cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia exi-  
re (de quo tecum deliberabo) quām istuc non venire. Cum ad me Brutus noster scripsisset,  
& Cassius, vt Hirtium, quem adhuc bonum fuisse sciebat, neque cum confidebant fore,  
mea auctoritate meliorem facerem (Antonio est enim fortasse irato, causæ vero amicissi-  
mus) tamen ad eum scripsi, eisque dignitatem Bruti, & Cassii commendau. Ille quid mihi  
rescripsisset, scire te volui: si forte idem tu, quod ego exstimas, istos etiam nunc verteri, ne  
forte ipsi nostri plus animi habeant, quām habent.

## HIRTIVS CICERONI SVO SALVTEM.

325

R. V. R. E iam redierim, quæris. an ego cum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam?  
Etiam ex vrbe sum profectus, ut ilius enim statui absese. Has tibi literas exiens in Tuscula-  
num scripsi. Noli autem me tam strenuum putare, vt ad Nonas recurram: nihil enim iam  
video opus esse nostra cura, quoniam praesidia sunt in tot annos prouisa. Brutus, & Cassius  
utinam quām facile à te de me impetrare possunt, ita per te exortentur, ne quod callidius  
incant consilium: cedentis enim hæc ait scripsisse. quorauit quareret sine obsecro te, Cicero  
illós. Noli sinere hæc omnia perire, quæ funditus mediussidius rapinis, incendiis, cædibus  
pervertuntur. Tantum, si quid timent, caueant: nihil præterea moliantur. Non mediussi-  
dius acerrimus consilius, plus quām etiam inertissimus, dummodo diligentibus, consequen-  
tur: hæc enim quæ fluunt, per se diuturna non sunt: in contentione præsentes ad nocendū  
habent viris. Quid spes de illis, in Tusculanum ad me scribe. Habet Hirtii epistolam, cui  
rescripsi, nil illos callidius cogitare, sedque confirmavi. hoc qualemque eset, te scire volui.  
Obsignata iam, Balbus ad me, Seruiliam rediisse, confirmare non discessitos. Nūc expecto  
à te literas. Gratium, quod mihi epistolas, quæ quidem me delectarunt. In primis Sex.no-  
stri, dices: quia te laudat, puto mehercule id quoque esse causæ: sed tamen etiam ante quām  
ad eum locum veni, valde mihi placebat cum sensus eius de rep. tum scribendi. Seruilius ve-  
ro pacificato cum liberiolo suo videntur obiisse legationem, & omnes captiunculas per-  
tim scire. Debuerat autem non ex iure manu conserendum. sed quæ sequuntur, tu quoque  
scribes. Post rūm dilectum binas à Balbo, nihil noui. Itēmque ab Hirtio, qui se scribit ve-  
hementer offendit, esse veteranis. Expectat animus quidnam agā de Kal. Marr. Misit igitur  
Tironem, & cum Tiron pluris, quibus singulis, vt quidque accidisset, daret literas, atque  
etiam scripsi ad Antonium de legatione: ne si ad Dolabellam solum scripsisset, iracundus  
homo commoueretur: quod autem aditus ad eum difficilior esse dicitur, scripsi ad Eurra-  
pulum, vt is ei meas literas tesseret. Legatione mihi opus esse. honestior est votiva, sed licet  
vti vtraque. De te quæso etiam atque etiam vide. Velim possis corām: si minus possis, literis  
idem consequerū. Græcius ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari;  
qui armati in Tusculanum mitterentur. Id quidem mihi non videbatur, sed caudendum ra-  
men, vt illz, quæ plures videndz, sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret.  
1111 Non. vespere à Balbo redditz mihi literæ: forte Non. Senatū, vt Brutus in Asia, Cas-  
sius in Sicilia frumentum emendum, & ad vrbe mittendum curarent. O rem miseram:  
primum villam ab istis: dein, si aliquam, hæc legatariam Prouinciat: atque haud scio, an me-

lius sit, quād ad Eurotam sedere, sed hēc casus gubernabit. Ait autem eodem tempore decretrū tri, vt & iis, & reliquis Praetoriis Provinciæ decernantur. hoc certe melius quād illa Persice porticū. Nolo enim Lacedemonem, longinquum Lanium exigitim aut. Rides, & inquies, in talibus rebus? Quid faciam? plorando fessus sum. Dii immortales, quād me conturbatum tenuit epistola tuæ prior pagina! quid autem iste in domo tua calus armorum? Sed hunc quidem nimbum cito transfisse letor. Tu quid egeris tua cum tristi, tum etiam difficult ad consiliandum legatione, vehementer expecto. Est enim inexplicabilis, ita circum sedem copiis omnibus. Me quidem Bruti literæ, quas ostendis à te lectas, ita perturbant, vt quanquam antè egēbam consilio, tamen animi dolore sum tardior. Sed plura cum ista cognoro. Hoc autem tempore quod scriberem nihil erat: eoque minus, quod dubitabam, tu has ipsas literas efflēne accepturus. Erat enim incertum visurūne te esse tabellarius. Ego tuas literas vehementer expecto. O Beuti amanter scriptas literas! O iniquum tuum tempus, qui ad cum ire non possit! Ego autem quid scribam; vt beneficio sitorum, vt tantur quid turpius! Ut moliantur aliquid, nec audent, nec iam possum. Age quiecent auctoribus nobis: quis incolumitatcm præstati. Si vero aliquid de D. Græcilique nostris, vita etiam si nemo molestus sit. Ludos vero non facere quid fecidi: Frumentum impōnere, quæ est alia Dionis legatio, aut quod munus in repub. Fordiūs: Probus quidem consilia tali in te ne iis quidem tua sunt, qui dant: sed possum id negligere proficiens. Frustra vero qui ingredias matris consilium, cum vtatur etiam precibus, quid me interponam? Sed tamen cogitabo quo genere vtar literarum; nam silere non possum. Statim igitur mittam vel Antium, vel Circas.

## CICERO ATTICO SAL.

326

**A**NTIVM veni ante VI Kal. Bruto iucundus noster aduentus: deinde multis audiens, Scuilia, Tertulla, Porcia querere quid placerer. Aderat etiam Faunius. Ego quod eram meditatus in via, suadere, vt vteretur Alia tia curatione frumenti: nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt saluus esse, in eo etiam ipsi reip. esse præsidium. Quam oratione cum ingrelis essem, Cassius interuenit. Ego eadem illa repetui. Hoc loco fortibus sanè oculis Cassius, Marte spirare diceres, se in Siciliam non iturum. Egone vt beneficium accepsem cōtumdam: quid ergo agis, inquam? At ille, in Achaiam se iturum. Quid tu, inquam, Brute Romam, inquit, si tibi videtur. Mihi vero minime. Tuto enim non eris. Quid si possem esse placetrē? Atque vt omnino neque nunc, neque ex Prætura in Provinciam ires. Sed auctor non sum, vt te vrbi committas. Dicebam ea quæ tibi profecto in mentem veniunt, cur non eset tuto futurus. Multo inde sermones quercebantur. Atque id quidem Cassius maxime, amissis occasiones. Decimūmque grauitate accusabat. Ea negabam oportere præterita, aſcenſib; tamen: quanquam ingrelis essem dicere quid oportuisset. Nec vero quidquiam noui, sed ea quæ cotidie omnes, nec tamen illum locum attingere quenquam, præterea oportuisse tangi: sed Senatum vocari, populum ardeatatem studio vehementius incitari, totam suscipere rempub. exclamat tua familiaris. Hoc vero neminem unquam audiui. Ego repressi, sed & Cassius multi videbatur iturus. Etenim Scuilia pollicebatur se curaturum, vt illa frumenti curatio de s. c. tolleretur, & noster cito dieetus est de illo inani sermone: velle enim se dixerat. Confutuit igitur vt ludi absente se fierent suo nomine. proficiſci autem mihi in Asiam videbantur ab Antio velle. Ne multa, nihil me in illo itinere præter conscientiam delectauit: non enim fuit committendum, vt ille ex Italia prius quam à me conuentus esset, discederer. hoc dempto munere amoris, atque officii, sequebatur, vt mecum ipse. *¶* Atq; id; eu tū studiū tuū Ita spw; prorsus dissolutum offendit nauigium, vel potius dissipatū, nihil consilio, nihil ratione, nihil ordine. Itaque et si ne antea quidem dubitavi, tamen nunc eo minus cuolare hinc, idque quamprimū, vbi nec Pelopidarum facta, neque fama audiam. Sed heus tu, ne forte sis neciūs: Dolabella me sibi legauit ad IIII Non. April. Id mihi heri vesperi nunciatur est. Votua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum, quæ si stetisset respub. vouissem, ea me euerfa illa vota dissoluere: & habent, opinor, liberæ legationes definitū tempus lege Iulia, nec facile addi-

potest: idque adeo genus legationis, ut cum velis introire, exire licet, quod nūc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia: quanquam quid de quinquennio cogitem: cōtrahi mihi negotium videtur, sed ~~conspicua~~ mitramus. Bene mēchercule de Buthroto, at ego Tironem ad Dolabellam cum literis, quia iussas, miseram. Quid nocet de nostris autem Antiatibus satis videbar planè scripsisse, ut non dubitares, essent quin otiosi futuri, vsurique beneficio Antonii contumelioso. Cassius frumentariam rem alpernabatur: eam Serulita sublata ex s. c. se esse dicebat. Noster vero ~~rei publicae~~ in Asiam, postea quam mihi est assensus, tuto se Romæ esse non posse. Ludos enim absens facere malebat: statim autem se iturum simulæ ludorum apparatum iis, qui curaturi esset, tradidisset. Naugia colligebat, erat animus in cursu. interea in eisdem locis erant futuri. Brutus quidem se agebat Astura. L. quidem Antonius liberaliter literis sine cura me esse iubet. Habeo vnum beneficium, alterum fortasse, in Tusculanum venerit. O negotia non ferenda, quæ feruntur tamen, ~~rebus~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~. Octavianus, ut perspexi, satis ingenii, satis ammi: videbaturque erga nos ~~nos~~ ita fore, ut nos vellemus, animatus. Sed quid etati cre-<sup>10</sup> dendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid ~~successori~~, magni consilii est. Vitricus quidem nihil censem, quem Asturæ vidimus: sed ramen alendus est, & ut nihil aliud, ab Antonio sciungendum. Marcellus præclarus, si præcipit nostro, nostri cui quidem ille deditus mihi vi- debatur. Panæ autem, & Hirtio non nimis credebat: bona indoles, ~~ta' 21 gaudiis~~.

## CICERO ATTICO SAL.

327

OCTAVO Kal. duas à te accepi epistolas: respondebo igitur priori prius. Assentior tibi, ut nec duces simus, nec agmen cogamus, fauemus tamen. Orationem tibi misericordia cu- stodiendæ, & proferendæ arbitrium tuum. Sed quando illum diem, cum tu edendam putas? Indicias, quas scribis, non intelligo fieri posse. melior est ~~charactera~~, qua me usursum arbitratur. Quod scribis legiones I Brūdīsum venisse, vos omnia prius. Scribes igitur quidquid audieris. Varronis ~~alij~~ expecto. Improbò ~~igavimus~~, preterim cum tu tantopere dele-~~ctere~~, sed quale velis, velim scire. Quod ad te antea atque adeo prius scripsi (sic enim ma- uis ad scribendum tibi vere dicere) fecisti me acriorem. Ad tuum iudicium, quod nihil erat notum, addidisti. Peducei auctoritatem, magnam quidem apud me, & in primis grauem: Enite igitur ne desideres aut industriam meam, aut diligentiam. Vectenum, ut scribis, & Faberium foueo. Clodium nihil arbitror malitiosum, quanquam. Sed quod egerit de libertate retinenda (qua certe nihil est dulcissimum) tibi assentior. Itane Gallo animo hominem nequam: quid enim dicam aliud: cautum Marcellum, me sic, sed non tamen cautissimum. Longiori epistola superiorique respondi: nunc breviori, propriorique quid respondeam, nisi cam fu-isse duleissimum: Reis Hispanenses valde boni, modo Balbillum incolument videam sub- sidium nostra senectutis. De Anniano item, quod me valde obseruat Visellia: sed haec quidem humana. De Bruto te nihil scire dicas, sed Selicia venisse M. Scaptium, cumque non qua pompa, ad se tamen elatè venturum, sciturumque me omnia, quæ ego statim. interea narrat eadem: Bassi sensum venisse, qui nunciaret legiones Alexandrinas in armis esse Bas- sum arcessi. Cassium expectari. quid queritis. Videretur respub. ius suum recuperatura: sed ne quid ante nosti horum exercitationem in latrocino & amentiam. Dolabella vir optimus eris cum scribebam secunda mensa apposita, venisse cum ad Baias audiebam, tamen ad me ex Formiano scripsit, quas literas cum è balineo exiisse, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse. Vectenum accusat. tricatur scilicet, ut homo talis: sed ait tonum nego- tium Sestium nostrum suscepisse, optimum quidem illum virum, nostrisque amantissimum. Quero autem quid tandem Sestius in hac re facere possit quod nō quis nostrus: sed siquid præter spem erit, facies ut sciamus: est (ut arbitror) negotiorum perditum, scribes tamen, neque ista res commouebit. Nos hic ~~conspicua~~ ~~conspicua~~. Quid enim aliud: & ~~rebus~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~ ma- gnifice explicamus, ~~rebus~~ ~~rebus~~ ~~rebus~~ Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio deinde alia quid queritis? Exabit opera peregrinationis huius. Varronem hodie, aut cras venturum pu- tabant. Ego autem in Pompeianum properabam: non quo hoc loco quidquam pulchrius, sed interpellatotes illie minus molditi. Sed perscribe quæso, quæ eaufa sit Mytilo. Poenas

quidem illum peperdisse audiuī, & satisne patet unde corruptus? Hæc cum scribetem, tam  
tum quod existimabam ad te orationem esse perlata. Hui quā timeo quid existimes,  
et si quid ad me, quæ non sit foras proditura, nisi rep. recuperaras de quo quid sperem, non  
audeo scribere. V i Kal. accepi à Dolabella literas, quarum exemplum tibi misi: in quibus  
erat, omnia se fecisse quæ tu velles: statim ei rescripsi, & multis verbis gratias egī. sed tamen  
ne miraretur cur idem iterum facerem, hoc causæ sumptū, quod ex teipso coram antea ni-  
hil potuisse cognoscere. Sed quid multa literas hoc exemplo dedi,

CICERO DOLABELLAE COS. 5 V.O.

328

ANTEA cum per literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoque erga te  
beneficio certior factus essem: cūmque tu ipse etiam ad me scrip̄f̄ses, te fecisse ea quæ nos  
voluissimus, egi tibi gratias per literas his verbis, vt intelligeres nihil te mihi gratius facere  
potuisse. Postea vero quām ipse Atticus ad me venit in Tusculanū huius vnius rei causa,  
tibi vt apud me gratias ageret: vt tuam examinam quandam & admirabilem in causa Bu-  
throtiam voluntatem, & singularē erga te amorem perficisset: teneri non potui, quin ti-  
bi aperius illud idem iis literis declararem. Ex omnibus enim mi Dolabella studiis in me  
& officiis, quæ summa sunt, hoc scito mihi & amplissimum videri, & gratissimum esse, quod  
perficeris vt Atticus intelligeret quantum ego te, quām tu me amares. Quod reliquum  
est, Buthrotiam & causam & ciuitatem, quanquam à te constituta est (beneficia autem no-  
stra tueri solemus) tamen velim receptam in fidem tuam, à mēque etiam tibi commenda-  
tam, auctoritate & auxilio tuo rectam velis esse. Satis erit in perpetuum Buthrotis præfi-  
dii: magnāque cura & solicitudine Atticum & me liberaris, si hoc honoris mei causa sus-  
cep̄ris, vt eos semper à te defensos velis: quod vt facias, te vehementer etiā rogo:

His literis scriptis me ad ~~scriptū~~ dedit: quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluri-  
bus locis notanda sint, ita sum ~~prolegeret~~, & magnis cogitationibus impeditus. L. Antonio  
male sit. Siquidem Buthrotis molestus est. Ego testimonium compoluī, quod cum voles  
obsignabis. Tu nummos Arpinatum, si L. Fadius A Edilis petet, vel omnis reddito. Ego ad  
te alia ep̄stola scripsi de hs c x quæ Statio curarentur. si ergo petet Fadius, ei volo reddi,  
præter Fadium nemini. Apud me item puto depositum. Id scripsi ad Erotem, vt redde-  
ret. Reginam odit. me iure facere scit. sponsor promissorum eius, Ammonius: quæ quidem  
promissorum cius erant ~~quað̄a~~, & dignitatis mez, vt vel in concione dicere auderem. Sa-  
ram autem præterquam quod nefarium hominem cognoui, præterea in me contumacem  
(semel cum omnino domi mez vidi) cum ~~quað̄a~~ ex eo quererem quid opus esset, Atti-  
cum se dixit querere. Superbiā autem ipsius Reginz, cum esset trans Tiberim in hortis,  
commemorate sine magno dolore non possum. nihil igitur cum istis, nec tam animum  
me, quām stomachum non habere arbitrantur. Protectionem meam, vt video. Erotem di-  
spensatio impeditinam cum ex reliquis quæ Non. April. fecit, abundare debeā, cogor mu-  
tuari: quodque ex istis fructuosis rebus receptum est, id ego ad illud Fanum sepositum pu-  
tabam: sed hæc Tironi mandaui, quem ob cam caulfam Romanam misi. te nolui impeditum  
impedire. Cicero noster quo modestior est, eo me magis commouet. Ad me enim de hac  
re nihil scripsit, ad quem nimium potissimum debuit: scripsit hoc autem ad Tironem: si  
bi post Kal. April. (sic enim annum tempus confici) nihil datum esse: tibi pro tua natura  
semper placuisse, rēque existimasse id etiam ad dignitatem meam pertinere, cum non mo-  
do liberaliter à nobis, sed etiam ornate cumulateque tractari. Quare velim cures (nec tibi  
esse molestus, si per alium hoc agere possem) vt permuteatur Athenas, quod sit in annum  
sumptum: ei scilicet Eros numerabit. Eius rei causa Tironem misi. Curabis igitur: & ad  
me, siquid tibi de eo videbitur, scribes.

CICERO ATTICO SAL.

329

TANDEM à Cicerone tabellarius, & mehercule literæ ~~scriptū~~ scrip̄t̄, quod id ip-  
sum ~~scriptū~~ aliquam significaret. Itēque ceteri præclara scribunt. Leonides tamen teri-  
net suū illud A D H V C: summis vero laudibus Herodes. quid queris? Vt verba mihi dari  
facile patior in hoc, mēque libenter præbeo credulū. Tu velim, siquid tibi est à tuis scriptū,

quod pertinet ad me, certior me facias. Narrō tibi: hæc loca venusta sunt, abdita certe, & si quid scribere velis, ab arbitris libera: sed nescio quomodo *in* *est*. Itaque me referū pedes in Tusculanum, & tamen hæc *tempore* *et* ripulz videtur habitura celerem faciem. Evidem etiam pluias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranz enim *tempore*. Tu quzio fac seiam vbi Brutum nostrum, & quo die videre possim. Duas accepi postridie Id alteram eo die datam, alteram Idibus. Priors igitur superiori, de Bruto cū scies: de Consulū factō timore cognoueram: Sica enim *causam*, ille quidem, sed tumultuosus ad me etiam illam suspicionem pertulit. Quid tu autem *ad* *esse*? nullum enim verbum à Sitigio: non placet. De Pletorio vicino tuo per moleste tuli, quenquam prius audisse quām me. De Syro prudenter L. Antonium per M. fratrem, vt arbitror, facilium deterrebis autoritate vel vi: sed nondum acceperas literas, nec cuiquā, nisi L. Fadio AEdui: aliter enim nec caute, nec iure fieri potest. Quid scribis tibi de cœlio *ns* *c*, quz Ciceroni curata sint: ve- lim ab Erote queras vbi sit interces insularum. Arabioni de Sitio nihil irascit. Ego de itinere nisi explicato A, nihil cogito: quod idem tibi videri puto. Habet ad superiorē: nunc audi ad alteram. Tu vero facts ut omnia, quod Seruilius non dees, id est Bruto. De Regina gaudeo te non laborare, certe etiam tibi probari. Erosis rationes & ex Tironē cognoui, & vocau ipsum, Gratiissimum quod polliceris Ciceroni nihil defuturum, de quo mirabilia Messala, qui Lanuvio rediens ab illis venit ad me. & mehercule ipsius literæ sic & *causam* & *modum* scriptæ, vt eas vel in acrostichi audeam legere. quo magis illi indulgendum puto. De Buciliano Scitium puto non moleste ferre. Ego, si Tiro ad me, cogito in Tusculanum: tu vero quidquid erit, quod me scire par sit, statim V 11 Kal. Etsi lati videbar scripsisse ad te quid mihi opus sit, & quid te facere vellem, si tibi commodum esset: tamen cum profectus essem, & in lacu nauigarem, Tironem statui ad te esse mittendum, vt his negotiis, quz agerentur, interesset: atque etiam scripti ad Dolabellam, me si ei videretur, vele proficisci, petriqu ab eo de mulis vecturæ itineris & in eis. Cum inrelligo te distentissimum esse, qua de Buthrotiis, qua de Bruto: cuius etiam ludorum suorum curam, etiam administrationem, sulpicor ex magna parte ad te pertinere. vt ergo in eiusmodi re, tribues nobis pa- lum opera: nec enim multum opus est. Mihi res ad cädem, & eam quidem propinquam spectare videntur. Vides homines, vides arma: profrus non mihi video esse tutus: si tu ali- ter sentis, velim ad me scribas. domi enim manere, si recte possum, multo malo. Quid nam est quod audiendum amplius de Bruthrotiis. Seetisse enim te frustra scribis. quid autē se refert Brutus: Doleo mehercules te tam esse detentum, quod decem hominibus referendū est acceptum. Est illud quidem *tempore*, sed *autem*, mihique gratissimum. De armis, nihil vidi apertius. Fugiamus igitur, & vt aīs, corām, Theophanes quid velit nescio. scripsicerat enim ad me cui r̄ scripsi vt potius mihi autem scribit, venire ad me se velle, vt ei de suis rebus, & quadam quz ad me pertinenter. Tuas literas expecto. Vide quzio nequid temere fuit. Statius scriptus ad me locutum secum esse Q. Ciceronem valde alienanter, se hæc ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum & Caſſium transire. Hoc enim uero nunc discere auro: hoc ego quid sit, interpretari non possum. Potest aliiquid iratus Antonio, potest glo- riā nouam querere, potest tonum esse *adversus*. Et nimur ita est: sed tamen & ego ve- reor, & pater conturbatus est. Scit enim quz ille de hoc mecum quidem, *tempore* nolim: planè quod velit nescio. A Dolabella mandata habeo quz mihi videbuntur, id est nihil. Dic mi, C. Antonius voluit me fieri V 11 vires suis certe dignus. De Menedemo, est vt scribis. Fa- cies omnia mihi nota. Egi gratias Vettene nihil enim potuit humanius. Dolabellæ man- data sint quzlibet, mihi aliquid, vel quod Nicia nunciem. quis enim hæc vt scribis ante, ne nunc dubitare quenquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non lega- tionis? Quod aīs, extrema quzdam iam homines de rep. loqui, & eos quidem viros bonos: ego quo die audiū illum tyrannum in concione clarissimum virum appellari, subdissidere coepi. Postea vero quām tecum Lanuvii nostros tantum spci habere ad viuendū quan- tum accepissent ab Antonio, desperau. Itaque mi Attice fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo: genus illud interitus quo casurus est, secundum duces, & quasi denunciatum nobis

## Ad Atticum

ab Antonio. Ex hac nixa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris. Hec omnis culpa Brutii. Pompeium Carthaea receptum scribis. Iam igitur contra hunc exercitum. Vtra ergo castra? Media enim tollit Antonius illa infirma, haec nefaria. Properemus igitur, sed iuua me consilio, Brundisione an Putolisi. Brutus quidem subito, sed sapienter ~~magis~~. Quando enim illumines humana ferenda. tu ipse cum videre non potes. Di illi mortuo, qui vnde Buthrotum. sed acta misla. Videamus que agenda sunt. Rationes Erosis (et si ipsum nondum vidi, tamen & ex literis eius, & ex eo quod Tito cognovit) propemodū cognitas habeo. Versuram scribis esse faciendam mensum quinque, id est ad Kal. Nou. &c c in eam diem cadere nummos, qui Quinto debentur. Vellum igitur, quoniam Tiro negat tibi placere me cius rei causa Romanum venire, (si te ea res nihil offendet) videoas, videoas enim vnde nummi sint, mihi feras expensum: hoc video in praesentia opus esse. Reliqua diligenter ex hoc ipso exquiram: in his de mercedibus dotalium praediorum, quae si fideliter Ciceroni curabuntur (quoniam volo laxius) tamen ei propemodum nihil deerit. Equidem video mihi quoque opus esse viaticum: sed id ex praedius, ut cadet, ita soluetur. Mihi autem opus est vniuerso quidem: et si mihi videtur iste, qui umbras timer, ad eodem spectare, tamen nisi explicata solutione, non sum discessurus. Sitne autem excitata, necne, tecum cognoscam. Hanc putauit mea manu scribendam, itaque feci. De Fadio, ut scribis. Vti que alii nemini referas velim hodie. Narro tibi, Q. patre exultat Izetitia: scriptus enim filius se idecirco profugere ab Brutum voluisse, quod cum sibi negotium daret Antonius ut cum Dictatorem efficeret, praefidum occuparer, id recusasset. Recusasse autem se, ne patris animū offenderer, ex eo sibi illum hostem. Tum me, inquit, collegi, verens ne quid mihi ille iratus, tibi noceret, patri scilicet, itaque cum placauerit, & quidē & c & c certa, reliqua in spe. Scribit autem Statius illum cum patre habitare velle: hoc vero mirum, & id gaudet: quem tu illo certiore nebula non vestrarum de te Cani deliberationis probo. nihil eram suspicatus de tabulis. ~~in apud te~~ restitutam arbitrabar. Quae differt ut mecum corām, expectabo: tabellariorum quoad voles tenebis, es enim occupatus. Quod ad Xenonem, probe qnod scribo, cum absolucret. Quinto scripsisti te ad eum literas: nemo attulcat. Tiro negat iam tibi placere Brundisium, & quidem dicere aliquid de militibus. At ego iam destinaram Hydruntum quidem, mouebant me tūc quinque horæ. Hic autem quantus ~~magis~~, sed videbimus. Nullas à te x 1 Kalend. quippe quid enim iam noui? Cum primum igitur poscis, venies: ego propero ne ante Sextus, quem aduentare aiunt. Gratulor nobis Q. Filium exiisse: molestus non erit. Pansem bene loqui credo. Semper enim coniunctum esse cū Hiratio scio: amicissimum Bruto & Cassio puto, si expediet, sed quando illos videbit: inimicum Antonio, quando, aut cur quisque ludemur? Ego autem scripsi Sextum aduentare, non quo iam adesser, sed quia certe id ageret, ab armisque nullus dilcederet. Cer te si pergit, bellicum patatum est. Hic autem noster Citherius, nisi victorem, neminem vicitur. Quid ad haec Pansem vtro erit, si bellum erit, quod videtur fore sed & haec & alia corām. Hodie quidem (ut scribis) aut eras. Mirifice torqueor, sine dolore tamen: sed permulta mihi de nostro itinere in vtranque partem occurrunt, quo usque, inquires quoad erit integrum: erit autem vñque ad nauem. Panis si tūc rescriperit, & meam tibi, & illius epistolam mittam. Silium expectabam, cui ~~intervale~~ compositum, si quid noui. Ego literas misi ad Brutum, cuius de itinere etiam ex te velim, liquid scies, cognoscere. Tabellariorum, quem ad Brutum misseram, ex itinere rediit v 11 Kalend. & Seruilia dixit eo die Brutum his profectum. Sanè dolui meas literas redditas non esse. Silius ad menon venerat, causam composui. cum libellum tibi misi. T c quo die expectem, velim scire. de meo itinere variae sententiae. Multi enim ad me, sed tu incumbe quod in eam curam magna res est. An probas, si ad Kal. Ian. cogitamus? meus animus est aquus: si tamen, ut si nihil offensionis sit, & tu etiā scire, quo die Olympia, quium mysteria scilicet, ut tu scires. Casus consilium nostri itineris iudicabit. Dubitemus igitur: enim hyberna nauigatio eo odiosa, eoque ex te quiesceram mysteriorū diem. Brutum (ut scribis) vñsum iri a me puto. ego hinc volo prid. Kal. De Quinti negotio video à te omnia facta, ille tamen dolet dubitans vñrum morem gerat Leptæ, an fidem

infirmet filio inaudibili. L. Pisonem vellem exire Legatum. ~~ad~~ s.c. velim scire quid sit. Tabellarius ille quem tibi dixeram à me ad Brutum esse missum in Anagninum, ad me venit ea nocte quæ proxima ante Kal. fuit, literasque ad me attulit: in quibus vnum alienum summa fui prudentia, id est illud, ut spectem ludos suos. Rescripsi scilicet primum me iam profectum: ut non integrum sit. deinceps ~~etiam~~ esse, me qui Romam omnino post huc ar-  
ma nō accesserim, neque id tam periculi mei causa fecerim, quād dignitatis, subito ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere illi honestum est, cui non necesse est spectare mihi: ut non est necesse, sic venire ne honestum quidem est. Evidem illos celebrari & esse quām gratissimos mirabiliter cupio, idque ita futurum esse confido, & tecum ago ut iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur ii ludi, deinde omnia, reliquorum ludorum dies singulos persequare. sed de ludis haec tenus. Reliqua pars epistola: illa nanque in vtranque: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculus virilis. Quid quale tibi vide-  
retur, ut possis interpretari, misi ad te exemplum epistolæ, quāquam mihi tabellarius no-  
sterr dixerat, tibi quoque se attulisse literas à Bruto, cāque à Tufculano esse delatas. Ego iti  
nra sic cōposueram, ut Non. Quint. Putolis essem. valde enim festino: ita tamen, ut quan-  
tum homo possit, quāmcautissime nauigem. M. Aelium cura liberabis, me paucos specus  
in extremo fundo, & eos quidem subterraneos seruitus apud tale quid habituros: id me  
iamiam nolle, neque mihi quidquam esse tanti, sed (ut mihi dicebas) quāmenissime, potius  
ut cura liberetur, quād ut me suscensere aliquis suspicetur. idem de illo Tulliano cupide li-  
bero, cum Cascelio loquare. Parua res est, sed tu bene attendisti, nimis callide agebatur: ego  
autem si mihi imposuerit aliquid, quod penè fecit, nisi tua malitia affuisset, animo iniquo  
tulisse. Itaque ut erit, rem impediri malo: octauam partem Tullii luminarum medium, ad  
strane memineris. Cui Cerelia videris mancipio dare ad eam summam quæ sub praecone  
fuit maximā id opinor esse C C L X X X. Noui siquid erit, arque etiam siquid prospicies;  
quod futurum putes, scribas ad me quām sp̄iffissime velim. Varroni quemadmodū tibi man-  
dau, meminoris excusare tarditatem literarum mearum: Mundus istum. M. Ennius quid  
egerit de testamento (curiosus enim) facias me velim certiori. Ex Arpinati v Non.

## CICERO ATTICO SAL.

G A V D E O id te mihi sundere quod ego mea sponte pridie feceram. Nam cum ad te  
v Non. darem eidem tabellario, dedi etiam ad Scitium i cripas ~~ad~~ ~~etiam~~. Ille autem  
quid Puteolos prosequitur, humane: quid queritur, iniuste. non enim ego tam illum ex-  
pectare cum de Cosano redire, debui, quām ille aut non ire ante quām me vidisset, aut ci-  
tius reuerti. Sciebat enim me celeriter velle proficisci, sc̄lēque ad me in Tusculanum scri-  
pserat esse venturum. Te ut à me discesseris, lacrymæ, moleste ferebam: quod si me pre-  
sente fecisses, consilium totius itineris fortasse mutasse. sed illud præclare, quid te conso-  
lata est spes breui tempore congregandi: quæ quidem expectatio me maxime sustentat.  
Mez tibi literæ non deerunt. De Bruto scribam ad te omnia. Librū tibi celeriter mittam.  
De Gloria excudam aliquid ~~ignorans~~, quod lateat in thefauris tuis. De Planco memini.  
Attica iure queritur. Quid me de Bacchi, de statuarum coronis certiorem fecisti, valde gra-  
tum, nec quicquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem præterieris. Et  
de Herode & Metio meminero, & de omnibus quæ te velle suspicor. Modo turpem foto-  
ris tua filium, cum hæc scriberem. Aduentabat autem ~~etiam~~ cenantibus nobis. Ego, ut ad  
te pridie scripseram, Nonis constitueram venire in Tusculanum. Ibi igitur cotidie tuas li-  
teras expectabo, & maxime de ludis, de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est: cuius  
epistolæ, quam interpretari ipse vix poteram, exemplum prid. tibi miseram. Attice mez  
velim me ita excusas, ut omnē culpam in te transferens, & ei tamen cōfirmes, me minime  
totum amorem ed mecum attulisse. Bruti ad te epistolam misi. Diū boni quanta ~~longe~~,  
cognoscas cum legeris! De cœlēbratione ludorum Bruti, tibi assentior. Ad M. Aelium nullus  
tu quidem domum, sed sicubi inciderit: de Tulliano semisse, Maxianam adhibebis;  
ut scribis. Quid cum Cosano egisti, optime: quid non solum mea, verum etiam tua ex-  
pedis, gratum. Legionem probari meam gaudeo. quod promittis, Diū faxint. Quid enim

mihi meis iucundius? Sed istam quam tu excipis, metuo. Brutum cum conuenero, perserbam omnia. De Plancō & Decimo sanè velim. Sextum scutum abnoscere. De Mūdo siquid scies. Reſcripsi ad omnia, nunc noſtra accipe. Q. Filius viſque Puteolos: mirus ciuis, vt tu Faуoniuм, Aliniuм dicas. & quidem duas ob cauas, & vt mecum, & ~~ad~~ vult cum Bruto & Caſſio. Sed tu quid ait? Scio enim te familiarem eſſe Othonum, ait hic ſibi Iuliam fer reconstitutum enim eſſe diſſidium. Quzruiſt ex me pater qualis eſſet fama: dixi nihil fanē me audire: neſciebam enim cur quereret, niſi de ore & patre. Sed cur tu, inquam? At illeſi lium veſle. Tum ego, etſi ~~ad~~ tamen negauit, putauit illa eſſe vera, hoc eſt enim, huic noſtro nihil præbete. Illa autem ~~magis~~ mira. Ego tamen ſuſpicor hunc, vt ſolet, halluciari. ſed velim quzras (facile autem potes) & me certiore. Obſcero te, quid eſt hoc?

Signata iā epiftola, Formiani, qui apud me cenabat, Plancū ſe aiebat hūc Buthrotū pri- die quām hoc ſcribebat, id eſt 111 No. audiffit, demiffū, ſine phaleris. Scruulos autē dicere, cū & Agripetas eicctos à Buthrotū. Maſte. Sed, amabo te, perſcribe mihi totū negotium.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARVM AD ATTICVM  
LIBER XVI.

CICERO ATTICO SAL.

33

**N**ON. Quintil. veni in Puteolanum iens ad Brutum. in Neſide hec ſcriptiſſed co die quo veneram, cenanti Eros tuas literas. Itāne Non. Iuliis mehercule iſſis. Sed ſtoma chari totum diem licet. quidquāmne turpius, quām Bruto Iul. Redeo ad meum igitur, ~~ad~~ Nihil vidi. Sed quid eſt quzſo, quod Agripetas Buthroti conciſos audio? Quid autem Plancus tam curſumita enim medirabar diem & noctem. Sanè cupio ſcire quid ſit. Meam profectionem laudari gaudeo. Dymacos agro pulſos, mare infenſum habere nil, mirum. Vi- dendum eſt vt mansio laudetur. ~~ad~~ Brutii videtur aliiquid præfidii eſſe, ſed opinor minuta nauitia. Sed iam ſciam, & ad te cras. De Ventidio ~~mundi~~ puto. de Sexto pro certo habebar ad arma. Quod ſi verum eſt, ſine bello ciuilis video ſeruendum. Quid ergo? Kal. Ianuar. in Panſa ſpes, ~~anno~~ in vino & in ſomno iſtorum. De C C X optime, Ciceronis rationes explicitur. Ob ius enim receſſis multa, que vellem in hiſ, ne hoc quidem malum, in mandatis ſit abunde. ~~hſl~~ X X I I ſatis eſſe affatim proſuſ, ſed Xenonem perexigue & ~~ad~~ præbēre, id eſt minutatim. Quz quo plus permuſtaſt, quād ad fructum inſularum: id ille annus habeat, in quem itineris ſumptus accedit. Hic ex Kalen. April. ad ~~m~~ L X X X accommodetur. Nunc enim inſulae tantum. Videndum enim eſt quid cum Romz erit, non enim puto ſocrum illam ferendam. Pindaro de Cumano negaram. Nunc cu ius rei cauſa tabellarium miſerim, accepe. Q. F. mihi pollicetur ſe Catonem. Egit autem & pater & filius vt tibi ſpondem: ſed ita, vt tum crederes cum ipſe cognoſces. Huic ego literas ipſius arbitratu dabo, ex te ne mouerint. Has ſcripti in eam partem, ne me morum putares. Dii faxint vt faciat ea que promiuit. Commune enim gaudium. ſed ego: nihil di co amplius. Is hinc V I I Id. ait enim attributionem in Idus, ſe autem vrgeri acriter. Tu ex meis literis quomodo reſpondebas, moderabere. Plura cum & Brutum viđero, & Ero: tem remittā. Attice meꝝ excuſationē accepio, cāmque amo plurimum: cui & Piliz ſalutē.

CICERO ATTICO SAL.

33

**S**EXTO Id. duas epiftolas accepi, vnam à meo tabellario, alteram Bruti. De Buthrotis longe alia fama in his locis fuerat, ſed cum aliis multis hoc ferendum. Erotem remiſti ciuitis quām conſtitueram, vt eſſet cum Hortenſio, & quia equitibus quidem ait ſe Idibus conſtituiffe. Hortenſius vero impudenter. Nihil enim debetur ei, niſi ex tertia pēſione, que eft Kalen. Sext. ex qua penſione ipſa, maior pars eft ci ſoluta aliquanto ante diem. ſed hac Eros videbit Idibus. De Publilio autem quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe fa- ciendam: ſed cum videoas quantum de iure noſtro deceſſrianus, quid hzres? C C C M.

c. c. præsentia soluerimus, reliqua rescribamus: Loqui cum eo (si tibi videbitur) poteris, cum commodum nostrum expectare debere, cum tanta sit à nobis iactura facta iuri. Sed amabo te mi Attice, vidēsne quām blande: Omnia nostra, quoad eris Romæ, ita gerito, regiro, gubernato, ut nihil à me expectes, quāquam enim reliqua satis apta sunt ad soluendū, tamen sit sipe ut si qui debent, non respondent ad tempus. Siquid cuiusmodi acciderit, ne quid tibi sit fama mea potius: non modo versura, verum etiam venditione, si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuus literæ gratae erant: fui enim apud illum multas horas in Nefide, cum paulo antè tuas literas accepism. Delectari mihi Tereo videbatur, & habere maiorem Accio quām Antotio gratiam. Mihi autem quo lictoria sunt, eo plus stomachi & molestiz est. Populum Rom. manus suas non in defendenda Rep. sed in laudando consumere. Mihi quidem videntur istorum animi incendi etiam ad representandam improbitatem suam: sed tamen dummodo dolent aliquid, dolent quidlibet. Consilium meum quod ais quotidie magis laudari, non moleste sero, expectabāque siquid de eo ad me scriberes. Ego enim in varios sermones incidebam, quin etiam idcireo trahebam, ut quamdiutissime integrum esset. Sed quoniam Euro villa extrudimur, Brūdīsum cogito. Facilius enim & exploratior decuratio legionum fore videtur, quām piratarum, qui apparere dicuntur. Se- stius V I Id. expectabatur, sed non venerat, quod feliam. Callus cum classifica sua venerat. Ego cum eum vidissim V Kalnd. in Pompeianum cogitabam: inde Aculanum. nostri reliqua. De Tutia ita putaram. De Emetio non credo, nec tamen curio plus quām tu. Plancus & Oppio scripti equidem, quoniam rogaras: sed si tibi videbitur, ne necesse habueris reddere, cum enim tua causa fecerint omnina, vereor ne meas literas superuacaneas arbitrentur. Oppio quidem vtique, quem tibi amicissimum cognoui. Verū ut voles tu. Quoniam scribis hymnaturum te in Epeiro, feceris mihi gratum, si ante eō veneris, quām mihi in Italiam te auctore veniendum est. Literas ad te quām sapissime, sed de rebus minus necessariis, aliquem nactus. Sin autem erit quid maius, domo mittito. ~~egressus~~, si Brundisium salui, adorierut. De Gloria misi tibi, eustodies igitur, ut soles: sed notentur Eclogarii, quos Salvius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. mihi valde placent, malem tibi. Etiam atque etiam vale.

## CICERO ATTICO SAL.

333

T V verb sapienter. nume demum enim rescribo his literis quas mihi misisti, conuento Antonio Tiburi. Sapienter igitur, quod manus dedisti, quōdque etiam vltò gratias egisti. certe enim, ut scribis, deferemur ocyus à re publica, quām à re familiarī. Quod vero scribis te magis delectari, o Tite, siquid agis, addis mihi scribendi alacritatem. Quod Erotem non sine munusculo expellare dicis, gaudeo non felellisse eam rem opinionem tuam: sed tamen idem ~~submiseris~~ misi ad te retractatus, & quidem ~~adspicere~~ ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tralarum in Macrocollum lege in Arcano conuiuis tuis: sed si me amas, hilaris & bene acceptis, ne in me stomachum crumpant, cum sint tibi irati. De Cicerone velim ita sit ut audiuimus. De Xenone corām cognoscam: quāquam nihil ab eo arbitror, neque indiligenter neque illiberaliter. De Herode faciam ut mandas: & ea que scribis, ex Saufio & ē Xenone cognoscam. De Q. F. gaudeo tibi meas literas prius à tabellario meo, quām ab ipso redditas: quāquam te nihil felellisset. veruntamen sed expecto quid ille tecum, quid tu vicefissim: nec dubito quin suo more uterque: sed eas literas Curium mihi spero reditum: qui quidem, eti per se est amabilis, à meque diligitur, tamen accederet magnus cumulus commēdationis tuus. Literis tuis satis responsum est. Nunc audi quod eti intelligo scribi necesse non esse, scribo tamē. Multa me mouent in discessu, in primis mehercule, quod diungor à te. Mouer etiam nauigationis labor, alienus non ab ætate solun nostrā, verum etiam à dignitate: répōsque discessus subabsurdū. Relinquimus enim pacē, ut ad bellum reuertamur: quōdque réporis in prædiolis nostris & belle edificatis, & satis amenis consumi potuit, in peregrinatione consumitus. Consolantur, hæc: aut proderimus aliquid Ciceroni, aut quantum profici possit indicabimus. deinde tu iam, ut spero & ut promittis, aderis: quod quidem si acciderit, omnia nobis erunt meliora.

CC.i.

Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum: quz quanquam explicata sunt, tamen quod & Dolabellz nomen in his est, & attributione mihi nomina ignota, cōturbor, nec me vlla res magis angit ex omnibus. Itaque non mihi videor errasse quod ad Balbum scripsi apertius, vt liquid tale accidisset, vt non concurrenter nomina, subveniret: mēque tibi etiam mandasse, vt siquid eiusmodi accidisset, cum eo communicares. quod facies, sed si tibi videbitur, cōque magis, si proficiſter in Epeirum. Hæc ego confundens ē Pompeia, no tribui actuariolis decemſcalmis. Brutus erat in Nesiadē etiam nūc. Neapolī Caiſſius. Ecquid amas Deiotarum, & non amas Erami qui, vt Blesamius venit ad me, cum ei præſcriptum esset nequid sine Sestii nostri ſententia ageret, neque ad illum, neque ad quenquam, noſtrum retulit. Atticam noſtram cupio ſuauiari: ita mi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa. Refereſt igitur ei plurimam, itēmque Piliz dicas velim, ita vt heri tibi narrai, vel fortaſſe hodie. Q. enim altero die ſe aiebat in Nesiadē. VI 11 Id. ibi Brutus quād ille doluit de Non. Iul. miſſice eſt conturbatus. Itaque ſeſe ſcripturum aiebat, vt venationem etiam, quz poſtridie ludos Apollinarium futura eſt, proſcriberent. 111 Id. Quin. Libo interuenit. Is Philonem Pompeiū libertum & Hilariū ſuum libertum veniſſe à Sexto cum li- teris ad Cossis. ſic quo alio nomine ſunt. earum exemplum nobis legit, ſiquid videretur. Pauca nego Aſſi, ceteroqui & ſati grauiter & non contumaciter. tantū addi placuit, quod erat Cossis. ſolum ut eſſet Pratt. Tribb. pl. Senatui, ne illi nō proferrent eas, quz ad ipſos miſſe eſſent. Sextum autem nuntiavit cum vna ſolum legione fuſſe Carthaginē: eique co ipſo die, quo oppidū Boream cepiſſet, nunciatum eſſe de Caiſare. capto oppido, miram la- titiam, cōmutationēmque animorum, concurſumque vndique: ſed illum ad ſex legiones, quaz in vltiore reliquifer, reuertile. Ad ipſum autem Libonem ſcripiſt, nihil eſſe, niſi ad larem ſuum licet. ſumma poſtulatorum, vt omnes exercitus dimittantur, qui vbiq; ſint. Hæc ferē de Sexto. De Buthrotū vndique quartens nihil reperiēbā: aliū conciſos a- gripetas: aliū Plancum acceptis nummis, relictis illis aufugile. itaque non video ſcriturum me quid eius ſit, ni ſlatim aliiquid literari. Iter illud Brundifium, de quo dubitabam, ſub- latum videretur: legiones enim aduentare dicuntur: hæc autem nauigatio habet quādā ſuſpitiones periculi. itaque conſtituebam vti iumentis. Paratiorem offendit Brutum quād audiebam: nam & ipſe Domitius bona planē habet dirota, ſuntque nauigia præterea lucu- lenta Sexti Bucilani. ceterorum: nam Caiſſii classem, quz planē bella eſt, non numero ultra frenum. Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quod parum Brutus properare videtur. Primura conſectorum ludorum nuncios expectat: deinde quantum intelligo, tarde eſt nauigatu- rū, confiſtens in locis pluribus: tamen arbitror eſſe commodiſtardē nauigare, quād omniō non nauigare. Et ſi cum processerimus, explotatoria videbuntur, & tec̄is vte- mur. Tuas iam literas Brutus expectabat, cui quidem ego non nouum attruleram de Te- reo Accū. ille Brutum putabat ſed tamen rumoris nefcio quid afflauerat, commiſſione Græcorum frequentiam non fuſſe: quz quidem me minime ſefellit. Scis enim quid ego de Græciis ludis exultimem. Nunc audi quod pluris eſt, quād omnia: Quintus fuit me- cum dies complureis, & ſi ego cuperem, ille vel plures fuſſer: ſed quantum fuit, incredibili- le eſt quād me in omni genere delectari: in eoque maxime in quo minime ſatiſfaciebat. ſic enim commutatus eſt totus & ſcriptis meis quibusdam, quaz in manib; habebam, & affiſtitate orationis & præceptis, vt tali animo in rempub. quali nos volumus, futurus ſit. Hoc cum mihi non modo conſirmasset, ſed etiam periuafuerit, egit mecum accurate mul- tis verbis, tibi ut ſpondarem, ſe dignum & te & nobis futurum: neque ſe poſtulare ut statim crederet: ſed cum ipſe perſpexiles, tum ut ſe amares, quod niſi fidem mihi feciſſet, iudicaf- ſémque hoc quod dico firmum fore, non feciſſem id quod dicturus ſum. Duxi enim me- cum adolescentem ad Brutum. Sic ei probatum eſt quod ad te ſcribo, ut ipſe crediderit, me ſponſorem accipere noluerit, cūmque laudans amicissime meationem tui fecerit, complexus osculariſque dimiſerit. Quamobrem eſi magis eſt quod gratuler tibi, quād quod te rogem, tamen etiam rogo, ut ſiquz minus antea propter infirmitatem zetatis con- ſtanter ab eo fieri videbantur, ea iudices illum abiectiſſe, mihiſque credas multum allaturam

vel plurimum potius, ad illius iudicium confirmandum, auctoritatem tuam. Bruto cū sa-  
pe inieciſſem de ἐπιστολῇ, non perinde atque ego putaram, arripere viſus eſt: exſtimabam  
μαρτυρῆς eſſe, & hercule erat, & maxime de ludis. At mihi cū ad villam rediſſem, Cn. Luc-  
ceius, qui multum vtitur Bruto, narrauit illum valde morari non tergiuerantem, ſed ex-  
pectantem, ſiqui forte caſu: itaque dubito an Venetiā tendam, & ibi expectem de legio-  
nibus: ſi aberunt (vt quidam arbitrantur) Hyduntēm: ſi neuctrum eſt ἐπιστολή, codem re-  
uerter. Iocari me putas: moriar, ſi quisquam me tener p̄te: etenim circumſpace, ſed  
antē erubefco. O dies in auspiciis Lepidi, defcriptos, & aptos ad conſilium rediſſus noſtri!  
v magna ἀνάρη ad profiſſendum tuis literis, atque vtinam te illiſ: ſed vt conducere putabis.  
Nepotis epiftolam expeſto, cupidus ille meorum: qui ea quibus maxime γένεται, legenda non  
putet. Et aīs μηδὲ ἀπόμενη, tu vero ἀπόμενη. Ille quidem ἀπόμενη. Meārum epiftolarum nulla  
eft ἀπόμενη: ſed habet Tiro inſtar ſeptuaginta: euidem ſunt à te quazdam ſumenda: eas  
eſt ego oportet perſpiciam, corrigan, tum denique edentur. Ego adhuc (perueni enim Vibo-  
nem & Siccām) magis commode, quam strenue nauigauit: remiſis enim magnam partem:  
prodromi nulli. Illud ſatis opportune: duo ſinus fuertunt, quos tramitti oportet, Praſa-  
nus & Vibonensis: vtrunque pedibus, equis transmiſſimus. Veni igitur ad Siccām octauo  
die ē Pompeiano, cum vnum diem Veliz conſtituiſſem: vbi quidem fui ſanè libenter apud  
Talnam noſtrum, nec potui accipi (illo abſente preſertim) liberalius. v 1111 Kalend. agitur  
ad Siccām: ibi tanquam domi mez ſciliſſer, itaque obduxi poſterum diem. Sed putabam  
cum Regium veniſſem, fore vt illuc θεοὺς φίλας ἀπόμενη cogitaremus, corbitāne Patras,  
an aſtuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, aſt inde Corcyram: & ſi oneraria, ſtatim  
fretō, an Syracuſis. Hac ſuper te ſcribam ad te Regio. Mehercule mi Attice ſape mecum  
eſt, atq; id est in ſtadiis. Cur ego tecum non ſum? Cur ocellos Italiz, villulas meas non vi-  
deo? Sed id ſatis ſuprēque: tecum me non eſſe fugientem periculum. Ne id nunc quidem  
(nisi fallor) nullum eſt: ad iſpum enim reuocat me auctoritas tua: ſcribis enim in cœlum  
ferri profectionem meam: led ita, ſi ante Kalend. Ianua, redcam. quod quidem certe enīat.  
■ malo enim vel cum timore domi eſſe, quam ſine timore Athenis tuis. Sed tamen perſi-  
pe, quod iſta vergant, mihi que aut ſcribe, aut (quod multo malim) affer ipſe. hæc hactenus:  
Illud velim in bonam partem accipias: me agere tecum, quod tibi maiori curæ ſciam eſſe,  
quam iſpi mihi. Nomina mea per deos expedi. exfolie bella reliqui. ſed opus eſt diligē-  
tia, cohæredibus pro Cluianio Kalend. Sext. perſolutum vt fit. Cum Publio quomo-  
do agendum fit, videbis: non debet vrgere, quoniam iure non utimur: ſed tamen ei quo-  
que latifīſiri plane volo. Terentiz vero quid ego dicam? Etiam ante diem, ſi potes, quin  
ſi vi ſpero, celeriter in Epeirum, hoc quod ſatūdato debeo, pero à te vt antē prouideas,  
planeque expediās, & ſolutum relinquas. Sed de his ſatis, metuōque ne tu nimum putes:  
nunc negligentiam meam cognosce. De Gloria librum ad te mihi, & in eo procerium, id  
eſt quod in Academicō tertio, id euenit ob eam rem quod habeo volumen proceriorum:  
ex eo eligere ſoleo, cum aliquod ἀγγεγραφη̄ inſtitui. Itaque iam in Tufculano, qui non me-  
minifsem me abſolum iſto procerio, conieci id in eum librum, quem tibi mihi. Cum au-  
tem in nau legerem Academicos, agnoui erratum meum. Itaque ſtatiu nouum procer-  
rium exarauit, tibi mihi. Tu illud delectabis, hoc agglutinabis. Piliz s.D. & Atticæ deliciis  
atque amoriſbus meis. Vale.

## CICERO ATTICO SAL.

34

OCTAVO Id. Sex. cum à Leucopetra profectus (inde enim tramittelbam) ſtadia circiter CCC proceſſiſſem, reiectus ſum auro vchementi ad candem Leucopetram. Ibi cum  
ventum expectarem (era enim villa Valerii noſtri, vt familiariter eſſem & libenter) Re-  
gini quidam illuſtres homines eō venerunt Roma ſanè recentes: in iis Bruti noſtri hospes;  
qui Brutum Neapoli reliquifer. hæc afferebant: edictum Bruti & Caſſii: & fore frequen-  
tem Senatum Kalend. à Bruto, Caſſio literas miſtas ad Consularis & Praetorios, vt addeſſent  
rogare. ſummam ſpem nunciabat, fore vt Antonius cederet, res conueniret, noſtri Ro-  
mani redirent. Addebat etiam me deſiderati, ſubaccuſari. Quæ cum audiſſem, fine villa  
CC.ii.

dubitazione abieci consilium profectionis, quo mchercule ne antea quidem delectabar. Lectis vero tuis literis admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse sed non sine causa arbitrabar. Etsi, quanvis non fueris susor & impulsor profectionis meæ, approbaror certe fuisti, dummodo Kalend. Ianua. Romæ essem. ita siebat, vt dum minus periculi videretur, abessem, in flammanam ipsam venirem. Sed hæc etiam si non prudenter, tamen ~~invenimus~~ sunt, primum quod de mea sententia acta sunt: deinde etiam, si te auctore, quid debet, qui consiliu dat, praestare præter fidem? Illud admirari satis non potui, quod scripsisti his verbis, **B E N E I G I T V R T V, Q V I A C O M M U N I S B E N E, R E L I N Q U E P A T R I A M.** An ego relinquebam aut tibi tum relinquere videbar: tu id nō modo non prohibebas, verū etiam approbas. Grauiora quæ restant, **V E L I M Q U A L I Q U O D E L I M E S A D M E, O P O R T U S S E T E I S T U C F A C E R E.** Itane mi Attice defensione eget meum factum, prefertim apud te, qui id mirabiliter approbastis. Ego vero ictum ~~invenimus~~ ~~inventus sumus~~, sed ad eorum aliquem, quibus iniurias & diffidentias profectus sum. Etsi quid iam opus est ~~invenimus~~ perfuerassem, opus fuisset. At hoc ipsum non constanter, nemo doctus vñquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilii, inconstantiam dixit esse. Deinceps igitur hæc, **N A M S I A' P H A E D R O N O S T R O, E X P E D I T A E X C V S A T I O E S S E T. N V N C Q V I D R E S P O N D E M V S I.** Ergo id erat metum factum, quod Catoni probare non possum: flagitii scilicet plenum & dedecoris. Vtinam à primo ita tibi esset vilium: tu mihi sicut es se soles, fuisses Cato. Extremum illud vel molestissimum, **N A M B R V T V S N O S T E R S I L E T,** hoc est non audet hominem id ætatis monere. Aliud nihil habeo quod ex iis à te verbis significari putem. & hercule ita est. nam x v i Kal. Sep. cum venissim Vc liam, Brutus audiuit. Erat enim cū suis nauibus apud Haletem fluvium citra Veliam milia passuum i i i. pedibus ad me statim. Dii immortales, quād valde ille reditu, vel potius reuersione mea lætatur, effudit illa omnia quæ tacuerat: recordarer illud tunc **N A M B R V T V S N O S T E R S I L E T.** Maxime autem dolebat, me Kal. Sext. in Senatu non fuisse. Pisonem ferebat in celum. Se autem lætari, quod effugissem duas maximas virtuperationes. Vnam, quam itinere faciendo me intelligebam suscipere desperationis ac religiosis reiup. flentes mecum vulgo querebantur: quibus de meo celeri reditu non probabam. Alteram de qua Brutus, & qui vñā erant (multi autem erant) lætabantur, quod eam virtuperationem effugisse, me existimari ad Olympiam. Hoc vero nihil turpius quo quis Reipub. tempore. sed hoc ~~invenimus~~. Ego vero Aufstro gratias miras ago, qui me à ranta infamia auerterit. Reuersonis has speciosas causas habes, iustas illas quidem & magnas, sed nulla iustior quād tu idem alii literis: **P R O V I D E, S I C V I Q V O D D E B E T V R, V T S I T V N D E P A R P A R I R E S P O N D E A T V R. M I R I F I C A E N I M** ~~invenimus~~ **E S T, P R O P T E R M E T U M A R M O R V M.** In frēto medio hanc epistolam legi, vt quid possem prouidere, in mentem mihi non venire, nisi quod præfens me ipse detenderem. Sed hæc haec tenus: reliqua coram. Antonii edictum legi à Bruto, & horum contra scriptum præclare. Sed quid ista edita valeant, aut quod spectent, planè non video. Nec ego nunc, vt Brutus censem, illuc ad Rempub. capellendam venio. Quid enim fieri potest: num quis Pisoni est alienus: num rediū ipse postridier? Sed abesse hanc ætatem longe à sepulchro negant oportere. Sed obsecro te, quid est quod audiui de Bruto: Pyliam ~~invenimus~~, te scripsi aiebar. Valde sum cōmotus, cui idem te scribere, sperare melius, ita planè velim. Ei dicas plur. sal. & suauissimæ Atticæ. Hæc scripsi nauigans, cum Pompeianum accederem. x i i i i Kalend.

CICERO ATTICO SAL.

335

**Q V V M** sciam quo di venturus sim, faciam vt scias. Impedimenta expectanda sunt, quæ Anagnia veniunt, & familia ægra est. Kalend. vesperi literæ mihi ab Octauio magna molitur. Veteranos, qui qui Casilini & Calatiz, perduxit ad suam sententiam. nec mitum: quingenos denarios dat. cogitat reliquas colonias obire. Planè hoc spectar, vt se duce, bellum geratur cum Antonio. Itaque video paucis diebus nos in armis fore. Quem autem

sequamur, vide nomen, vide etatem. Atque à me postulat, primum ut clām colloquatur, mecum vel Capuz. Puerile hoc quidem, si id putat clām fieri posse. Docui literis, id nec opus esse, nec fieri posse. Misit ad me Cecinam quandam Volaterranū familiarem suum, qui hoc pertulit, Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere; pecunias municipis, imperare: legiōnē sui signis ducere. Consultabat utrum Romam cum 10000 veterorum proficisceretur, an Capuam teneret, & Antonium venientem excluderet: an iet ad treis legiones Macedonicas, quaz iter secundum mare superum faciunt, quas sperat suas esse. Hęc congiarium ab Antonio accipere noluerunt, vt hie quidem narrat: & ei coniūcium graue fecerunt, concionantēmque reliquerunt. Quid quarrit? Duceat se profitetur, nec nos sibi putat deesse oportere. Evidēt suā ut Romam pergeret, videtur enim mihi & plebeculam urbanam, & (si fidem fecerit) etiam bonos viros secum habiturus. O Brute, vbi es, quantam ~~legiōnē~~ amittis. Non equidem hoc diuinata, sed aliquid tale putau fore. Nunc tuum consilium exquirō, Romaine venio, an hic maneo, an Arpinum. ~~legiōnē~~ habet is locus, fugiam Romanum, ne desideremur, siquid actum videbitur. Hoc igitur explicat. Nunquam in maiore ~~tempus~~ fui. Binz in die mihi literę ab Octauiano, nūc quidem, ut Romanum statim veniam: velle se rem agere per Senatum. Cui ego, non posse Senatum ante Kalend. Ian. Quod quidem ita credo. Ille autem, ut vt rati consilio tuo, quid multa? Ille virget, ego autem ~~virgineus~~. Non confido etati, ignoro quo animo, nil sine Panfa tuo volo. Vereor, ne valeat Antonius, nec à mari discedere libert, & metuo nequaz ~~tempus~~ me absente. Varro nūc displaceat consilium pueri, mihi non firmas copias habet. Brutum habere potest & rem gerit palam. Centuriar Capuz, dinumerat: iam iamque video bellum. Ad hęc rescribe. Tabellarium meum Kalend. Roma profectum sine tuis literis miror. V. I Arpinum veni: ad 1111 in Sinuesanum. Eodem die vulgo loquebantur, Antonium mansurum esse Casilini: itaque mutauit consilium: statueram enim recta Appia Romam, facile me ille esset, affecutus: aiunt enim eum Casariana vti celeritate. Verti igitur me à Minturnis Arpinum versus. Conflitueram vt 11 Id. aut Aquini manerem, aut in Arcano. Nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam: magna enim res est. Tria sunt autem, mane amne, Arpinum potius accedam, an veniam Romanam. Quod censueris faciam: sed quamprimum: audeo expecto tuas literas. V. I. Id. mane in Sinuesana.

## CICERO ATTICO SAL.

336

NON I S. accepi à te duas epistolas, quarum alteram Kalend. dederas, alteram prid. Igitur prius ad superiorē, nostrum opus tibi probari letor: ex quo ante ipsa posuisti, quaz mihi florentiora sunt visa tuo iudicio: carulas enim tuas miniatulas illas extimecebam. De Sicca: ita est ut scribis: ast agre me tenui. Itaque perstringam sine villa contumelia Siecz, aut Septimiaz. tantum ut sciant ~~tempus~~, sine vlo Luciliano, cum ex C. Fadii filia liberos habuisse. Atque vtinam cum diem videam, cum ista oratio ita liberet vagetur, ut etiam in Sicca domum introrē. Sed illo tempore opus est, quod fuit illis 111 viris, moriar nisi facet. Tu vero leges Sexto, cuiusque iudicium mihi prescribes, ~~tempus~~ ~~tempus~~. Caleni interuentum & Calueniæ cauebis. Quod veteris ne ~~tempus~~, mihi tauri minus: cui, ut Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quaque, optima videtur. Quod me admones, tu vero etiā si reprehenderes, non modo facile paterer, sed etiam literarer: quippe cum in reprehensione & prudentia cum ~~tempus~~. Ita libenter ea corrigam quaz à te animaduersa sunt, eodem iure quo Rubriana, potius quam quo Scipionis: & de laudibus Dolabellæ denuniam cumulum. Attamen est illo loco bella (vt mihi videtur) ~~tempus~~, quid cum contra ciuis in aeie. Illud etiam malo, indignius esse hunc vivere, quam quid indignius. ~~tempus~~ Varronis tibi probari non moleste ferro, à quo adhuc ~~tempus~~ illud non abstuli. Quod me hortaris ad scribendum: amice tu quidem, sed me scito agere nihil aliud. Grauedo tua mihi molesta est. Quozfo adhuc quam soles diligentiam. O Tito tibi prodesset letor. Anagnini sunt, Multela ~~tempus~~, & Laco, qui plutonium bibit. Librum quem rogas, perpoliam & mittram. Hęc ad posteriorem. ~~tempus~~ ~~tempus~~, quatenus Panzietus absoluat duobus, illius tres sunt. sed cum initio

CC.iii.

dissimilat ita, tria genera exquirendi officii esse: unum cum deliberemus, honestum, aut turpe sit; alterum, utile, an inutile: tertium, cum haec inter se pugnare videantur, quomodo iudicandum sit: qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile: de duobus primis praeclare disseruit, de tertio pollicetur se deinceps, sed nihil scripsit. Eum locum Posidonius perfectus: ego autem & cius librum acceperui, & ad Athenodorum Caluum scripsi vt ad me ~~tu~~ ~~tu~~ mitteret, quem exspecto: quem velim cohortare & roges vt quamprimum, in eo est ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~. Quod de inscriptione queris, non dubito quin ~~tu~~ ~~tu~~ officium sit, nisi quid tu aliud: sed inscriptio plenior de officiis. ~~tu~~ autem Ciceroni filio: visum est non ~~tu~~ ~~tu~~. De Myrtillo dilucide. O qualis tu semper istos. itane in D. Brutum de istis Ego me, vt scripseram, in Pompeianum non abdidisti: primo tempestibus, quibus nihil tetius: deinde ab Octavianio cotidie literas, vt negotium susciperem, Capuam venirem, iterum Rempub. seruarem. Romanum utique statim, ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~. Is tamen egit lanè strenue & agit. Romanum veniet cum manus magna. Sed est plane puer. putat Senatum statim. Quis venient? Si venerit, quis incertis rebus offendet Antonium? Kalend. Ianu. erit fortasse praefidio, aut quidem ante depugnabit. Puer municipia mire fauent. Iter enim faciens in Samnium venit Cales, maneat Theani. Mirifica ~~tu~~ ~~tu~~, & cohortatio. hoc tu putares ob hoc ego citius Romanum, quam ~~tu~~ ~~tu~~ constitueram. simulac constituero, scribam. Etsi nondum stipulationes legeras, (nec enim Eros venerat) tamen rem prid. Id. velim conficias. Epistolas Catinam, Tauromenion, Syracusas commodius mittere potero, si Valerius interpres ad me nomina gratiosorum scripserit. Alii enim sunt alii, nostrique familiares ferè demortui: publice tamen scripsi, si viti vellet eis Valerius, aut mihi nomina mitteret. De Lepidianis feris Balbus ad me. Usque ad 111 Kalend. expectabam tuas literas, deque Torquati negotiolo sciturum puto. Quinti literas ad te misi, vt scires quam valde cum amaret, quem dolet a te minus amari. Attice, quoniam (quod optimum in pueris est) hilarula est, meis verbis suauium des. Val. Oppii epistolæ (quia perhumana erat) tibi misi exemplum. De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quidquam rescribis, cepi consilium domesticum. Itaque me pr. Id. arbitror Romam futurum. Commodius est vilium frustra me istic esse, cum id non necesse esset, quam si opus esset, non adesse: & simul ne intercluderet metuebam. Ille enim iam aduentare potest: cui variis rumores, multique, quos cuperem veros, nihil tamen certi. Ego vero quidquid est, tecum potius, quam animi pendeam, cum a te absim, & de te, & de me. Sed quid dicam! Bonum animum: dc ~~tu~~ ~~tu~~ Varronis negotia falsa. me quidem nihil unquam sic delectauit. Sed haec & alia maiora coram.

## C I C E R O A T T I C O S A L.

O C A S V M mirificum! V. Id. cum ante lucem de Sinuallano surrexisse, venissimque diluculo ad Pontem Tiretum qui est Minturnis, in quo flexus est ad iter Arpinas, obuiam mihi fit tabellarius, qui me offendit ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~. Ego statim, Cedo, inquam, si quid ab Attico. Nondum legere poteramus: nam & lumina dimisieramus, nec satis lucebas: cum autem luceret, ante scripta epistola ex duabus suis prior mihi legi copia est. Illa omniū quidem elegantissima (ne sim laetus, si aliter scribo ac sentio) nihil legi humanius. Itaque veniam quo vocas, modo adiutore te: sed nihil tam ~~tu~~ ~~tu~~ mihi primo videbar, quam ad has literas, quibus ego a te consilium petieram, te mihi ista rescribere. Ecce tibi altera, qua hortaris ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~ ~~tu~~. Appiam si deinceps ~~tu~~. Itaque eo die mansi Aquini. longulum sane iter, & via inepia. Inde postridic mane proficiens, has literas dedi. & quidem vt a me dimitterem inutissimus, fecerunt Erotis literas. Rem tibi Tiro narrabit. Tu quid faciendum sit, videbis: præterea possimne proprius accedere: malo enim esse in Tusculano, aut vspiam in suburbanis: aut etiam longius discedendum putas? Crebro ad me velim scribas: erit autem cotidie cui des. Quod præterea consulis quid tibi censeam faciendum, difficile est, cum absim. Veruntamen si pares aque inter se, quiescendum: si latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter. Auide tuum consilium expecto. Timeo ne absim, cum adesse me sit honestius: venire non audio. De An-

tonii itineribus, nescio quid aliter audio atque ut ad te scribebam. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam ardeo studio historiz. Incredibiliter enim me cōmouet tua cohortatio: quz quidem nec institui, nec effici potest sine tua ope. Coram igitur hoc quidem conferemus: in praesentia mihi velim scribas quibus. c o s.s. C. Fannius, M.F. Tr. pl. futer. Videor mihi audire P. Africano, L. Mummiu. id igitur querere. Tu mihi de his rebus quz nouantur, omnia certa, clara. I 1 Id. Ex Arpinati.

Nihil erat planè quod scriberem: nam cū Puteolis essem, cotidie aliquid noui de Octavianis, multa etiā falsa de Antonio. Ad ea autē quz scripsisti (tres enim acceperā 1 1 1) 338

Id. à te epistolas) valde tibi assentior, si multum possit Octavianus, multo firmius acta tyraanni comprobatum iri, quam in Telluris, atque id contra Brutum force sua autem vincitur, vides intolerabilius Antonium: vt quem velis, nescias. O Seftii tabellarium hominem nequā: postridie Puteolis Roma se dixit forte. Quod me mones ut pedentim: assentior, etiā aliter cogitabam. nec me Philippus, aut Marcellus mouet: alia enim eorum ratio, etiā non est, tamen videtur. Sed in isto iuuenie, quanquam animi fatis, auctoritatis parum est, tamen vide, si forte in Tusculano recte esse possum, ne id melius sit: ero libētius: nihil enim ignorabo, an hoc, cum Antonius venerit. Sed ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin quod Graci usq[ue] nos officium. Id autem quid dubitas quin etiam in tempub, praeclare caderem: nō dicimus c o s s. officium, Senatus officium: Praeclare conuenit, aut da melius. Male narras de Nepotis filio, valde mehercule mouet, & moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum. Caninium perdidisti, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum nihil est quod hortere misit enim fatis bellum. Grauedini 4 queso omni ratione subueni. Quintus tui prōnepos scribit ad patris mei nepotem, se ex Nonis his, quibus nos magna gessimus, adem Opis explicaturum, Idque ad populum. Videlis igitur, & scribes. Sexti iudicium expecto.

## CICERO ATTICO SAL.

339

**N O L I** putare pigritia me facere, quod non mea manu scribam, sed mehercule pigritia, nihil enim habeo aliud quid dicam, & tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere: sed, ad rem venio. Ego, si me non improbissem Dolabella tractasset, dubitasse fortasse utrum remissior essem, an summo iure contendenderem: nunc vero etiam gaudeo mihi causam oblarim in qua & ipse sentiar, & reliqui omnes me ab illo abalienatum, idque præ me feram, & quidem mea facere, & recipi, causa, ut illum oderim: quod cum eam me auctore defendere capisset, non modo defecuit emptus pecunia, sed etiam quantum in ipso fuerit exerterit. Quod autem quzmodo agi placeat, cum dies venerit. Primum velim ciusmodi sit, vt non alienum sit, me Romæ esse. De quo, ut de ceteris, faciam, vt tu censueris: de summa autem, agi proflus vehementer & leuete volo: etiā sponsores appellare, videtur habere quandam ~~anomaliā~~, tamen hoc quale sit consideres velim. Possumus enim ut sponsores appellemus, procuratores introducere. Neque enim illi litem contestabuntur, quo factō, non sum necius sponsores liberari. Sed & illi turpe arbitror eo nomine, quod satidato debeat, procuratores eius non dissoluere: & nostrę grauitatis, ius nostrum line summa illius ignominia persequi. De hoc quid placeat scribas velim: & dubito quin hoc totum lenius administratus sis. Redeo ad tempub. multa mehercule à te sc̄pe ~~in~~ ~~multa~~ genere prudenter, sed his literis nihil prudentius. **Q V A N Q V A M ENIM POST EA IN P R A E S E N T I A B E L L E I S T E P V E R R E T V N D I T A N T O N I V M , T A M E N E X I T V M E X P E C T A R E D E B E M V S .** At quz concio: nam est missa mihi. Iurat, Ita sibi parentis honores consequi licet. & simul dextram intendit ad statuam. ~~qui & antea~~ ~~ante~~ ~~missa~~: sed ut scribis, certissimum esse video discrimen, Casce nostri Tribunatum: de quo quidem ipso dixi Oppio, cum me hortaretur ut adolescentem, totamque causam, manūque veteranorum complectere, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset, cum non modo non inimicū Tyrannoctonis, verum etiam amicum fore, cum ille diceret ita futuri. Quid igitur feltinamus, inquam: Illi enim mea opera ante Kal. Ian. nihil opus est, nos autē cius voluntatē ante Id. Decemb.

CC.iii.

perspiciemus in Casca. mihi valde assensus est: quamobrem huc quidem haec tenus. Quod reliquum est, cordic tabellarios habebis, & vt ego arbitror, etiam quid scribas habebis cotidie. Leptiz literarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur ~~spurcari~~ ille deictus de gradu. Sed tu cum legeris, existimabis.

Obsignata iam epistola, literas à te & à Sexto accepi. Nihil iucundius literis Sexti, nihil amabilius: nam tuz breves, priores erant literæ vberimæ. Tu quidem & prudenter & amice suades vt in his locis potissimum sim, quoad audiamus huc quæ commota sunt, quorsus euadant. Sed me, mi Attice, non sanè hoc quidem tempore mouet respu. nō quo aut si mihi quidquam carius, aut esse debeat, sed desperatis etiā Hippocrates vetat adhibere medicinam: quare ista valeant. Me res familiaris mouet: tem dico immò vero existimatio. Cum enim tanta teliqua sint, ne Terentiz quidem adhuc quod solum expeditum est. Terentiam dico. scis nos pridem iam constituisse Montani nomine ~~ms x x i~~ disoluere. Prudenter hoc Cicero petierat, vt de suo: liberalissime (vt tibi quoque placuerat) promiseram, Eroique dixeram vt sepositum haberet. non modo, sed iniquissimo scenore versurā facere Aurelius coactus est. nam de Terentiz nomine Tiro ad me scriptū, te dicere, numeros à Dolabellā fore. male eum credo intellexisse, si quisquam male intelligit: postus nihil intellexisset: tu enim ad me scriptū Coccei responsum, & iisdem penè verbis Eros. Veniendum est igitur vel in ipsam flammam. turpius est enim priuatim cadere, quām publice. Itaque ceteris de rebus, quas ad me suauissime scripsi, perturbato animo non potui, vt consueram, rescribere. Consentī in hac cura, vbi sum, vt me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mibi in mentem, sed certe constituere nihil possum, priusquam te video. Qui minus autem ego istic recte esse possim, quām est Marcellus. Sed non id agitur, neque id maxime curio. Quid curem vides. Adsum igitur.

CICERO SAL. DIC. ATTICO:

340

I V C V N D I S S I M A S tuas legi literas, ad Plancum scripsi, misi: habes exemplum: Cum Tirone quid sit locutus, cognolcam ex ipso. Cum sorore ages attentius, si te occupatio ista relaxaris.

M. CICERO L. PLANCO PR<sup>ST</sup> DESIG. SAL:

341

A T T I C I nostri te valde studiosum esse cognoui: mei vero ita cupidum, vt mehercule paucos & que obseruantis atque amantes me habere existimem. Ad paternas enim magnas & veteres & iusta necficiudines, magnam attulit accessionem tua volūtas erga me; meaque erga te par atque mutua. Buthronia tibi causa ignota non est. Egi enim sapere, tibique totam rem demonstravi, quæ est acta hoc modo. Ut primum Buthrotium agrum proscriptum vidimus, communus Atticus libellum compoluit: eum mihi dedit, vt darem Cesari. eram enim cenaturus apud eum illo die. Cum libellum Cesari dedi, probauit causam: tē scripsit Attico, aqua eum postulare: admonuit tamen vt pecuniam reliquam Buthrotū ad diem soluerent. Atticus, qui ciuitatem conferuatam cuperet, pecuniam numerauit de suo. Quod cum esset factum, addiūtus ad Cesarem, verba fecimus pro Buthrotio: liberalissimum decretum abstulimus, quod est obsignatum ab amplissimis viris. Quæ cum essent acta, mirari quidem solebam pati Cesarem conuenire eos qui agrum Buthrotium concupissent: neque solum pati, sed etiam ei negotio te præficere: itaque & ego cum illo locutus sum, & sapientis quidem, vt etiam accusaret ab eo, quod parum constantiae sue confiderem. & Marco Mellalz, & ipsi Attico dixit, vt sine cura essent: aper tēque ostendebat, se præstrium animos (erat enim popularis, vt noras) offendere nolle. Cum mare transflset, curaturum se, in alium agrum deducerentur. Huc illo viiso. Post intetitum autem Cesaris, vt prium ex s. c. caulas c o s s. cognoscere instituerunt, huc quæ suprà scriptū, ad eos delata sunt: probauerunt causas sine vlla dubitatione, sequē ad te literas daturos esse dixerūt. Ego autem mi Plance, et si non dubitabam quin & s.c. & lex, & Consulum decretum ac literæ apud te plurimum auctoritatis haberent, tēque ipsius Attici causa velle intellexeram: tamen hoc pro coniunctione & benevolentia nostra mihi sumpsi, vt id à te peterem, quod tua singularis humanitas, suauissimique mores à te essent impetraturi. Id autē est, vt

hoc, quod te tua sponte facturum esse certo scio, honoris nostri causa libenter, prolixo, cele  
riter facias. Mihi nemo est amicior, nec iucundior, nec carior Attico: cuius antea res solum  
familiaris agebatur, eaque magna, nunc accessit etiam existimatio: ut quod consecutus est  
magna & industria & gratia & viuo Cæsare, & mortuo, id te adiuuante obtineat. Quod si à  
te erit imperatū, sic velim existimes, me de tua liberalitate ita interpretaturū, ut tuo sum-  
mo beneficio me affectum iudicem. Ego qua te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, stu-  
diose diligenterque curabo. Da operam vt vacas.

## CICERO PLANCO PRAET. DESIG: SAL:

342

I AM antea petui abs te per literas, ut cum causa Buthrotiorum probata à C o s s. esset,  
quibus & lege & s.c. permisum erat vt de Cæsaris actis cognosceret, statuerent, iudicaret,  
cam rem tu adiuuares: Atticumque nostrū, cuius te studiosum cognoui, & me, qui non mi-  
nus labore, molestia liberares. Omnibus enim rebus magna cura, multa opera & labore  
confectis, in te possum etiā vt nostrā solicitudinis finem quāprimum facere possimus. quā-  
quam intelligimus ea te esse prudentia, vt video si ea decreta C o s s. qua de Cæsaris actis  
interposita sint, non seruentur, magnam perturbationē rerum fore. Equidem cum multa  
(quod necesse erat in tanta occupatione) non probentur qua Cæsar statuerit, tamē otii pa-  
cisque causa acerime illa soleo defendere: quod tibi idem magnopere faciendum censeo:  
, quanquam haec epistola non suasorius est, sed rogatoris. Igitur mi Plance rogo te & etiam  
oro, sic mediussidius vt maiore studio magis que ex animo agere non possum, vt totum hoc  
negotium ita agas, ita tracteres, ita conficias, vt quod sine villa dubitatione apud C o s s. ob-  
tinuimus propter summam bonitatem & æxilitatem causæ, id tu nos obtinuisse nō modo  
facile patiari, sed etiam gaudeas. Qua quidem voluntate esse erga Atticum sape præsens &  
illi offēdisti, & vero etiam mihi. Quod si feceris, me quem voluntate & paterna necessitu-  
dine coniunctum semper habuisti, maximo beneficio deuinctum habebis: idque vt facias, te  
vehementer etiam atque etiam rogo.

## CICERO CAPITONI SVO SAL:

343

N V N Q Y A M putau fore vt supplex ad te venire: sed hercule facile patior datū tem-  
pus, in quo amorem experier tuum. Atticū quanti faciam, scis. Amabo te, da mihi & hoc:  
obliuiscere mea causa, illum aliquando suo familiari aduersario tuo voluisse consultum, cū  
illus existimatio ageretur. Hoc primum ignoscere est humanitatis tuz: suos enim quisque  
debet tueri. Deinde, si me amas, omite Atticum Ciceroni tuo: quem quanti facias, præ te  
soles ferre. Totum hoc, vt quod semper existimavi, nūc planè intelligam, mā te multum  
amai. Buthrotios cum Cæsar decreto suo, quod ego obsignauis cum multis amplissimis  
viris, liberauisset: ostendisstque nobis, se cum Agrarii mare transiissent, literas missurum,  
quem in agrum deducerentur: accidit vt subito ille interiret. deinde quemadmodum tu  
, scis (interfuisti enim cum C o s s. oportenter ex s.c. de actis Cæsaris cognoscere) res ab iis  
in Kal. Iun. dilata est. Accessit ad s.c. lex quæ lata est ad 1 1 1 Non. Iun. quæ lex earū re-  
rum, quas Cæsar statuisset, decreuisset, egisset, C o s s. cognitionem dedit. Causa Buthrotio-  
rum delata est ad C o s s. decretum Cæsaris recitatum est, & multi præterea libelli Cæsa-  
ris prolati. C o s s. de consilii sententia decreuerunt secundum Buthrotios. Plancum de-  
derunt. Nunc mi Capito (scio enim quantum semper apud eos, quibuscum sis, posse soleas)  
eo plus apud hominem facilissimum atque humanissimum Plancum' emitere, elabora, vel  
potius eblandise, effice, vt Plancus quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua.  
Omnino res huiusmodi videtur esse, vt sine cuiusquam gratia, Plancus ipse pro ingenio &  
prudentia sua non sit dubitaturus quin decretum C o s s. quorum & lege & s.c. cognitio  
& iudicium fuit, conseruet: prefertim cū hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris  
in dubium ventura videantur quæ non modo ii quorum interest, sed etiam ii qui illa non  
dubitent, sive sicut in aliis, sive in aliis, sive in aliis.

PATREM tuum plurimi feci, mēque ille mirifice & coluit & amauit: nec mēhercule vñquam mihi dubium fuit quin à te diligenter. Ego quidem id facere nō defisi. Quamobrem peto à te in maiore modum, ut ciuitatem Buthrotiam subleues, decretūmque C O S S, quod ī secundum Buthrotios fecerunt, cum & lege & s.c. statuendi potestatem haberent, des operam vt Plancus noster quamprimum confirmet & comprobet. Hoc te vehementer mi Cupienni etiam atque etiam togo.

IGNOSCE mihi, quod cum antea accuratissime de Buthrotis ad te scripsiteram, eadem de re sapient scribam. Non mēhercule mi Planco facio, quod parum confidam aut liberalitatē tuz, aut nostrā amicitiz: sed cum tanta res agatur Attici nostri, nunc vero etiam estimatio, vt id quod probauit C O S . nobis testibus & obsignatoribus, qui & decretis & responsis Cæsaris interfueramus, videatur obtinere potuisse, prefertum cum tora portetas eius, rei tua sit, vt ea qua C O S S . decreuerunt secundum Cæsaris decreta & responsa, non dicam comprobos, sed studiose libenterque comprobos. Id mihi sic erit gratum, vt nulla res gratior esse possit: et si iam sperabam, cum has literas acceperes, fore vt ea qua superioribus literis à te petisemus, imperata essent, tamen non faciā finem rogandi, quod nobis numeratum erit, te id fecisse quod magna cum spe expectamus. Deinde enim confido fore, vt alio generē literarum vñtatur, tibique pro tuo summo beneficio gratias agamus. Quod si acciderit, velim sic exultimes, non tibi tam Atticum, cuius permagna res agitur, quām me, qui non minus labore quām ille, obligatum fore.

NON dubito quin mirere, atque etiam stomaehere, quod tecum de eadem te agam sapient. Hominis familiarissimi & mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur, Attici. Cognoui ego tua studia in amicos, etiam in te amicorum: multum potes nos apud Plancum iuare, noui humanitatem tuam: scio quām sis amicis iucundus. Nemo nos in hac causa plus iuare potest, quām tu & res ista est firma: vt debet esse, quam C O S S . de consiliū sententia decreuerunt, cum & lege & s.c. cognoscerent. tamen omnia posita putamus in Planci tui liberalitate: quem quidem arbitramur cum officiū tui, & Reip. causa decretum C O S S . comprobaturum, tum libenter nostra causa esse facturū. Adiuuabis igitur mi Capito, quod vt facias vehementer etiam atque etiam rogo.

## Sex has epistolas, vt à Germanis acce-

PIMVS, ITA DAMVS. QVANVIS ENIM IN NVLLO VETERI exemplari inuenierimus, tamen nec Germanorū fidem improbare (qui se in vetusto codice eas reperiisse testati sunt) nec nostrū villam in partem iudiciū interponere voluimus.

**Q**VAM hæc scribebam, res existimabantur in extremū adducta discribentis enim de Bruto nostro literz, nunciisque adserabantur. Me quidem nō maxime conturbabant his enim exercitibus, de cibis que nos habemus, nullo modo poterā diffidere. Neque assensiebar maiori parti homini: fidem enim Consulū non condēnabam, que suspecta vehementer erat. Desiderabam nonnullis in rebus prudentiam, & celeritatem, quia si essent vñi, jam pridem rem recuperaremus. Nō enim ignors, quanta momenta sine in rep. temporum: & quid interit, idem illud vñrū autē, an post decennatur, suscipiantur, agatur. Omnia quæ severa decreta sunt hoc tumultu, si aut quo die dixi sententiam, perfecta essent, & non in diē ex die dilata, aut quo ex tempore suscepta sunt vt agerentur, non tardata & procrastinata, bellum iam nullum haberemus. Omnia Brute præfici reip. quæ præflare debuit is, qui esset eo, quo ego sum, gradu senatus populiisque iudicio conlocatus: nec illa modo, quæ nimirum sola ab homine sunt postulanda, fidem, vi-

gilantiam,patrie charitatem:ea sunt enim,quæ nemo est qui nō præstare debeat.Ego autem ei qui sententiam dicat in principiis de rep:puto etiam prudentiam esse præfandam.Nec ite quā mibi tamen sum pferim vt gubernacula reip:prendere,minus potarim reprehendendum,si inutiliter aliquid senatus suaficerim,quām si infideliter.Acta que sint,quæque agantur,scio perferri ad te diligenter.Ex me autem illud est quod te velim habere cognitum,micrum quidem animum in aciem esse,neque respectum vulum querere,nisi me velitas ciuitatis forte cōuerterit.Maiores autē partes animi te,Cassiumque respiciunt.Quā obrem ita te para Brute,vt intelligas,aut,si hoc tempore bene res gesta sit,tibi meliorum remp:esse faciem dam:aut,siquid offendit sit,per te esse eandem recuperandam.

## CICERO BRVTO SAL.

PLACI animum in rem:egregium,legiones,auxilia,kopias ex literis eius,quarum exemplum tibi missum arbitror,perfpicere potuisse.Lepidi tui necessarii qui secundum fratrem affines habet,quos oderit proximos) levitatem & inconfitam,animamque semper inimicum reip:iam credo tibi ex tuorum literis esse perspectum:nos expectatio sollicitat,quæ est omnis iam in extremum adducta discrimen.Est enim spes omnis in Bruno expedienda,de quo vehementer timebamus.Ego hic cum homine furioso sati habeo negoti Seruilio,quem tuli diutius,quām dignitas mea patiebatur: sed tuli reip:causa,ne darem perditis ciuibus hominum parum sanum illum quidem,sed tam nobilem,quod concurrent,quod faciunt nihilominus: sed eum alienandum à rep:non putabam.Fidem feci eius terendi:ceperat enim esse tanta insolentia,vt neminem liberum duceret.In Planci vero causa exarfis incredibili dolore,meūcumque per biduum ita contendit,& à me ita fractus est,vt eum in perpetuum modellorem sperem fore.Aoque in hac contentione ipsa,quā maxime res ageretur ab v.l.d.Apr.littere mīhi in senatu redditis fuit à Lentulo nostro,de Cassio,de legionibus,de Syria: quas statim cum recitauisem,cedidit Seruilius,complures præterea: fuit enim insignes aliquot,qui improbusissime sentiunt: sed acerbissime tulit Seruilius,affensem esse mihi de Plancio.Magnum illud monstrum in rep:est      \*      sed quo nos amissile,quem sic vexari à Dolabellā audio,vt iam non videatur crudelissimum eius facinus interficere Treboniū.Vetus Antistius me tamen pecunia subleuauit.Cicero filius tuus sic mihi se probat,industria,patientia,labore,animi magnitudine,omni denique officio,vt profus nunquam dimittere videatur cogitationem cuius sit filius;Quare quoniam efficiere nō possum ut pluris facias cum tibi est carissimus,illud tribue iudicio meo,vt tibi persuades nos fore illi abutendū gloria tua vt adipiscatur honores paternos.Kal.Apr.Charachio:

## CICERO BRVTO

DATIS manu ad V.I.Id.Apr.Scapto literis,eccl:duas accepi Kal.Apr.Dyrrachio datas vesperis: itaque mane prid.Id.Apr.cum à Scapto certior factus essem,non esse eos profectos,quibus pridie dede-ram,& statim ire,hoc paululum exarui ipso in turba matutinæ salutationis.Dc Cassio lctor, & repub:gratulator: mihi etiam,qui repugnante & irascente Panha sentientiam dixerim,vt Dolabellam bello Cassius persequeretur.Et quidem audacter dicebam,fine nostro s.c. iam illud cum bellum gerere.De te etiam dixi tum,quæ dicerida putavi.Hec ad te oratio perficeretur,quoniam te video delectari Philippies nostris.Quod me de Antonio consulisi,quoad Brutis exitum cognorimus,custodiendum puto.Ex his literis quas mihi misisti,Dolabellā Asiam vexare videtur,& in ea se gerere tetterime.Compluribus autem scripsisti Dolabellam à Rhodiis esse exclusum qui si ad Rhodis accessit,videtur mihi Asiam reliquisse.Id si ita est,istic tibi censeo commorandum:sin eam semel capitur,mihi crede,non erit.Id.Apr.

## BRVTVS CICERONI SAL.

LITERAS tuas valde exspecto,quas scripsisti post nuncios nostrarum rerum,& de morte Trebonii: non enim dubito quin mihi consilium tuum explices.Indigno sceleri & ciuem optimum amissimus,& prouincia posessione puli sumus,quam recuperari facile est.Neque minus turpe,aut flagitiosum erit,potest recuperari.Antonius adhuc est nobiscum: sed mediussidius & mox eorū hominis precibus,& timeo ne illum aliquorum furor recipiat:planè astuo.Qod si scirem,quid tibi placet,sine sollicitudine essem: id enim optimum esse,perfusatum esset mihi.Quare quamprimum fac me certiore: quid tibi placeat.Cassius nollet Syriam,legiones Syriacab,vtro quidem à Murco,& à Martio,& ab exercitu ipso accessitus.Ego scripsi ad Tertiam sororem,& matrem,ne prius ederent hoc,quod optime ac felicissime ges- sit Cassius,quām tuum consilium cognovissent,ibique vifum esset.Legi orationes duas tuas,quarum altera Kal.Ian.vfus es,altera de literis meis qua habita est abs te contra Calenum.Nunc scilicet hoc experitas dum eas laudem.Nescio animi,an ingenui tui maior in his libellis laus continetur.Iam concedo,vt vel Philippici vocentur,quod tu quadam epistola iocans scripsisti.Duabus rebus egemus Cicero,pecunia & supplemento:quarum altera potest abs te expediri,vt aliqua pars militum istinc mittatur nobis,vel secreto consilio aduersus Panham,vel actione in senatu: altera,quæ magis est necessaria,neque meo exercitu magis,quām reliquorum.Hoc magis doleo,Asiam:      \*      at in Asiam censeo persequendum.Ni- hil mihi videris hoc tempore melius acturus.

## CICERO BRVTO SAL.

QVOD egere te duabus necessariis rebus scribis,supplemento & pecunia,dificile consilium est: nō e- num mihi occurruit facultates,quibus vt te posse videam,præter illas quas senatus decrevit,vt pecunias à

suspicio. Quod scribis te ad Tertiam sororem scripsisse, ut ne prius ederent ea quae gesta à Cæsario essent, quām mibi vīsum esset, video te veritum esse id quod verendum fuit, ne animi partium Cæsaris, quōmodo etiam nunc partes appellantur, vehementer commouerentur. Sed antē quām tuas literas acceperimus, ad dīta res erat, & peruvlgata: tui etiam tabellarii ad multos familiares tuos literas attulerant. Quare neque supprimenda res erat, preferunt cū id fieri non posset, neque si posset, non diuulgandam potius, quām occultandam putarem. De Cicerone meo, & si tantum est in eo quantum scribis, tantum scilicet quantum debeo gaudeo, etiā quid amas eum, eo maiora faciendis incredibiliter gaudeo, à te eum dilig.

## CICERO BRVTO SAL.

Quy aē literz tuo nomine recitat sunt Id. Apr. in Senatu, pōdēmque tēpore Antonii, credo ad te scripsisse tuos, quorum ego nemini concedo. Sed nihil necesse erat eadem omnes illad necesse me ad te scribere quid sentirem de tota confiunctione huius belli, & quo iudicio essent, quāque sententia, voluntas mea Brute de summa rep. semper eadem fuit que iuratio quibusdam in rebus, nō enim omnibus, paulo fortasse vehementer. Scis mibi semper placuisse non regē solum, sed regno liberari temp. Tu lenius, immorali omnino cum tua laude: sed qui inclusi fuerit, magno dolore sensimus, magno periculo sentimus. Re ceno illo tempore, tu omnia ad pacem quā oratione confici non poterant, ego omnia ad libertatem, que sine pace nulla est, pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabor. Studia non debeat arma polozium, quocum repressimus impetum, ardoremque restinximus. Itaque res in eum locuta venerat, vt nisi Cæsari Octavianio deus quidam illam mentem dedisset, in potestatem perditissimi hominis, & turpissimi M. Antonii veniendum fuit: quocum vises hoc tempore ipso, quod fit, quantumque certamen. Id profectō nullum esset, nisi tum conseruatus esset Antonius. Sed hac omniō res enim à te gesta memorabili, & pene certe repulit omnes reprehensiones, quippe que ne laude quidem facta idonea offici posset. Extulisti super vulnū leuero exercitum, copias, legiones idoneas per te brevi tempore cōparasti. Dii immortales qui illē nūcias, que illē literz, que latitia senatus, que alacritas ciuitatis erat! Nihil vñquā vidi tam omnium cōfessione laudatum. Erat expeditio reliquiarum Antonii quē equitatu, legionib⁹que magna ex parte spoliatas. Ea quoque habuit exitum opeabilē. Nam tuz literz, que recitas in senatu sunt, & imperatoris, & militum virtutem, & industriam tuorum, in quibus Ciceronis mei declarant. Q uod si nūs placuerit de his literis referri, & nūs in tempus turbulentissimum post discessum Parise Consulū incidissent, honor quoque vietus & debitus dīs immortalibus decretus esset. Ecce tibi Id. Apr. adiutor mane celer Filius, qui vir, dīs boni, quām grauis, quām constans, quām bonarum in rep. partium! Hie epistolas aferit datus, nōmā tuō nomine, alterata Antoniu, dat Seruilio Trib. p̄f. alle Cornuto: recitantur in Senatu. A NTONIUS PRO CO. S. magna admiratio, vt si esset recitatum, Dolabella imperator, à quo quidem venerant tabellariis sed nemo Pili familiis, qui proferre literas auderet, aut magistratibus reddere. Tu z recitan tur, breves illē quidem, sed in Antonium admodum lenes, vehementer admiratur senatus: milii autem nō erat explicatum, quid agerem, falsas dicere: quid si tu eas approbas? confirmare: non erat dignitatis tuz, itaque illē dies silentio. Postridie autem cum sermo increvulisset, Pilusque oculos vehementius hominum offendisset, natura omnino est principium à me. De Procos, Antonio multa. Seltius causa nō defuit. Poti mecum: quanto suum filium, quanto meum in pericolo futurum diceret, si contra procos, arma talibent. Nostri hominem, causz non defuit. Dixerunt etiam alii. Labeo vero noster nec signum tuum in epistola, nec diem appositum, nec te scripsisse ad tuos, vt soleres. Hoc cogere volebat, falsas literas esse, & si quāris, probabat. Nunc tuli est collūm Brute de toto genere belli. Video te lenitate delebari, & cum putare fructum esse maximum: præclare quidem, sed aliis rebus, aliis temporibus locus esse solet, debetque clementia. Nunc quid agitur Brute, templis deorum immortalium immunit hominum egentium, & per ditorum spes, nec quicquam aliud decennit, hoc bello, nisi vtrum sum us, nēcne, cui parcimus, aut quid agimus. His ergo consulimus, quibus vñctigium nostrum nullum relinququet. Nam quid inter est inter Dolabellam, & quemvis Anteouorum trium: quorum sicuti parcimus, dui fuimus in Dolabellā. Hec vt ita sentierit Senatus, populisque Ro. esti res ipsa cogebat, tamen maxima ex parte nostro consilio atque auctoritate perfectum est. Tu si hanc rationem non probas, tuam sententiam defendam, non relinquam meam, neque dissolutum à te quicquam homines expectant, nec crudelē. Huic rei moderatio facilis est, vt in duces vehementer sis, in milites liberalis. Ciceronem meum mi Brute vñctim quamplurimum tecum habeas. Virtutis disciplinam meliorem reperi nullam, quām contemplationem atque imitacionem tui. X 11 Kalendas Mai.

# Titi Pomponii Attici vita per Cor-

NELIVM NEPOTEM.

POMPONIVS Atticus ab origine ultima stirpis Romana generatus, perpetuo à maioriis accepit Equestrem obtinuit dignitatem. Patre viuis est diligenter, indulgenter, & vt tū erant tempora diti, in primisque studiois literarū. Hic, prout ipse amat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis xtas impertiri debet, solum eruditus. Erat autē in puer, prater docilitate ingenii, summa suauitas oris & vocis: vt nō solum celeriter acciperet quae tradebantur, sed etiā excellenter pronunciaret. Quo ex re pueritia nobilis inter eam literis ferebatur, clarissimū que explendebat, quam generosi cōdiscipuli animo æquo ferre possebant, itaque incitatbat omneis studio suo. Quo in numero fuerūt L. Torquatus, C. Marii filius, M. Cicero quos cōsuetudine sua sic filii deuinix, vt nemo nisi perpetuus fuerit charior. Pater mature decellit ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpitii, qui Trib. pl. interfecit eft, nō expers fuit illius periculi. Namque Atticus Pomponii consobrina nupserat M. Seruio fratri Sulpitio. Itaque interfecit Sulpitio, posteaquam vidit Cinnam non nullum ciuitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate viuendi quin alterutram partem offendenter, disficiatis animis ciuii, cum aliī Sullanis, aliī Cinnianis, fauerent partibus, idoneum tēpus ratus studiis obsequendi fuis, Athenas se contulit. Neque eo feciūs adolescentē Marium hostem iudicatum iuuui opibus suis, cuius fugā pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentū aliquod afferret rei familiari, eodem magnum partem fortunarium traicit fūru. Hie ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus merito esset charissimus. nam præter gratiam, qua iam in adolescentulo magna erat, sepe suis opibus inopis eorum publicam leuauit. Cū enim viuoram facere publice necesse esset, neque eius cōditionem sequam habentem, semper se interpolauit: atque ita, vt neque viuoram vnuqā ab iis accepit, neque longius quā dictum esset, debere paullus sit. Quod vtrique erat iis salutare. nam neque indulgendo inueterascere corū ex alienum paciebatur, neque multiplicandis viuis crecere. Auxit hoc officium alia quoque liberitate. nā vniuersos frumento donauit, ita vt singulis V & modi tritici darentur: qui modus metrū, Medimnus Athenis appellatur. Hie autem sic se gerebat, vt cōmuniis infirmis, par principibus videretur. Quo factum est, vt huic omnes honores, quos possebant, publice haberent, cūneque facere studerent, quo beneficio ille vi noluit, quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatē Romanam alia ascita. Quidam affuit, nequa sibi statua poneretur, relituit, absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ipsi & Pilis loci sanctissimis posuerunt. huc enim in omni procuratione reip. adorem auctōremque habebant. Igitur primū illud munus fortunæ, quod in ea postisimum Urbe natus est, in quo domiciliū orbis terrarū esset imperii, vt tandem & patriam haberet & dominum. hoc specimen prudentiæ, quod cū in eam se ciuitatem consulisset, quæ antiquitatē, humanitatē, doctrināque præstaret omnes, ei vnu ante alios fuerit charissimus. Huc ex Aſu Sulla decadens cū venisquet, quandiu ibi fuit, secum habuit Pomponium, caput adolescentis & humanitatis & doctrinae. sic enim Graece loquebatur, vt Athenis natus videretur, tanta autem erat suauitas fermonis Latinis, vt appareret in eo nativū quandam leporē eſe, non asciū. Idem poemata pronunciat & Graece & Latine sic, vt suprà nihil posset addi. Quibus rebus factum est, vt Sulla nusquam à se dimitteret, cū perēque feciūs deducere. Qui cū persuaderet tentare, Noli ora tene, inquit Pōponius, aduersum eos me velle duecer, cū quibus ne contra te armis ferem, Italiani reliqui. At Sulla adolescentis officio collaudato, omnia munera eis, quæ Athenis accepit, proficiens iussit deferri. Hic cōplerens annos moratus, cū & rei familiari tantū operę dare, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tēpora aut literis, aut Atheniensium reip. tribueret, nihil minus amicis urbani officia præstebit. Nam & ad comitiam eorum venientia, & siqua res maior acta eft, non defuit. sicut Ciceron in omnibus eius periculis singularem fidē præbuit, cui ex patria fugiente HS C & C & quinquaginta millia donauit. Tranquillatis autē rebus Romanis renigrauit Romā, vt opinor L. Cotta & L. Torquato C 0 5 s. quē diem sic vniuersa ciuitas Atheniensium profecta est, vt lacrymis desideri futuri dolorē indicaret. Habet armenium Q. Ceciliū equitem Romanum, familiarē L. Lucullū, diuitem, difficultate natura: cuius sic apertitatem veritus est, vt quē nemo ferre posset, huius sine offensione ad summā lenocinem retinuerit benevolentia. Quo facto, tulit pietatis frumentum. Cecilius enim mortiens testamento adoptauit eū, heredēmque fecit ex dodrante. Ex qua hereditate accepit cīciter centes HS. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni, cūque nuprias M. Cicero conciliarat, cū quo à cōdiscipulatu viuebat coniunctissime, multo etiā familiari, quād cū Quineo: vt iudicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morū, quād affinitatem. Vt ebatur autē intime Q. Hortensio, qui his temporibus principiū eloquentiē tenebat: vt intelligi non posset vter eū plus diligenter, Cicero, an Hortensio. Et id, quod erat difficillimum, efficiebat, vt inter quos tanze laudis esset emulatio, nulla intercederet obrecreatio, elēque talium virorū copula. In rep. ita etsi veritas, vt semper optimatū partium & esset, & existimaretur, neque tamen se ciuibib⁹ fluebibus cōmitteret; quod non magis eos in sua potestate existimabat, eis, quæ se his dedidit, quād qui mariam iacentērunt. Honores non petuit, cum ei patenter neceſſes vel exterrit, vel clamorū ēēē necesse esset, neque eis possente conservari. Ienisse

miliaris despicerit fructum, qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Afam, cum apud eum Legati locu[m] obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum praetor[um] gerere noluisset, auctoritate esse Protoris. Quia in re non solum dignitatem feruebat, sed etiam tranquillitatem, cu[m] suspicione quoque vitaret minimus, quo fiebat ut ciuius obleruancia omnibus esset charior, cum ei officio, non timori, neque spei tribui videarent. Incidit Cesarianu[m] ciuile bellum, cum haberet annos circiter sexaginta, vius est statim vacacione, neque quoquam se mouit ex Urbe. Quod amici suis opus fuerant ad Pompeiu[m] proficiscientibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeiu[m] coniunctum non offendit. Nullum ab eo habebat ornamentum, vi ceteri, qui per eum aut honores, aut diuitias esperant: quorum partim inuitissimi castra sunt secuti, partim summa cu[m] eius offensione domi remanerunt. Atticus autem quies citopere Cesari fuit grata, ut vicit, cu[m] prius pecunias per epistolam impetraret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam horror filium, & Quintu[m] Ciceronem ex Pompeii castris concellererit. Sic veteri iustitiae vite effugit noua pericula. Secutu[m] est illud occiso Cesare, cu[m] res penes Brutos videretur esse, & Cassium, ac tota ciuitas se ad eum concurserit videretur si M. Bruto vius est, ut nullo ille adolescenti regali familiariter, quam hoc senecte que solu[m] eum principi[e] consilii haberet, sed etiam in coniunctu. Ex cogitatione est at quibusdam, ut priuatum gerarium Cesari interfectoribus ad equitibus Romanus co[n]stituerit et facili effici posse arbitrari sunt, si & principes illius ordinis pecunias cœculissent. Itaque appellatus est a C. Flavio Brutu[m] familiari Atticus, ut ciuius rei prius cepit esse vellet. At ille qui officia amici præstanta sine fatione exhibimur, semperque à talibus se consiliis remouisset, respondit, siquid Brutus de suis facultibus uti voluisse, viu[r] quantum ex parenteris: sed neque cu[m] quoquam de ea re collocutur, neque coiturnum. Sic ille consensibus globus huius viu[r]is disflectus est. Neque multo post superior essecepit Antonius, ita ut Brutus & Cassius prouinciarum, que nisi necis causa date erant a C. O. S. desuperatis rebus, in exib[us] proficiserentur. Atticus, qui pecuniam simul cu[m] ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abrecepit Bruto, Iteatique cedens H[ab] C. M. muniri misit, eidem in Epeiro absens C. C. iustis dari, neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit. Secutu[m] est bellum gelidum apud Mutinam, in quo si tantum eum prudenter dicam, minus quam debet, prædicemus ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est perpetua natralis bonitas, que nulla casibus agitur, neque minuitur. H[ab] Antonius iudicatur, Italia cœferat. Apes restituidi nulla erat. Non solum inimici, qui tamen erant potencissimi & plarimi, sed etiam qui aduersariis ciuiis se dabat, & in eo lzedendo aliquis conlecturos sperabat comoditatem, Antonii familiares sequebantur, vxorem Fuliu[m] omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus cu[m] Ciceronis intima familiaritate vicerat, amicis eius est Bruto, non modo nihil illi induxit ad Antonium violandum, sed è contrario familiaris eius ex Urbe profugientis quantum potuit extinximus rebus indiguerant, adiunxit P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura à parente proficisci non posserent. Ipsa autem Fulvia, cu[m] libib[us] diffineretur, magnifice terroribus vexaretur, tanta diligentia offici suum præstiebat, ut nullum illa præfitterit vadimoniū sine Attico, sponsor omnium rerum fuerit. Quin etiam, cu[m] illa fundum secunda fortuna emisisset in die, neque post calamitatem verlusrum facere potuisse, ille se interposuit, pecuniarioque fine econtra, sineque villa stipulatione credidit maximu[m] exaltimans quasham memoré, gratu[n]que cognoscis similius aperte se non fortunę, sed hominibus sole[m] esse amicu[m]. Quod cum faciebat, nemo cu[m] temporis causa facere poterat exaltimare, nemini enim in opinionē veniebat Antonium rerum positurū: sed sensim is à nonnullis optimis cius reprehēderatur, quod parum odisse malos ciues videretur. Ille autem fui iudicul potius quid se facere par esset intuebatur, quād quid alii landaturi forent. Conuersa fornana est, ut Annianus redit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticū putatas propter intima familiaritatem Ciceronis & Brutii. Itaque ad aduentum imperatorū de fofo decelerat timentis proscripcionētate, quae apud P. Vo lumeniū, cui ut oīdīmus pauloante operā tulera[t]. Tanta varietas has temporibus fuit fortuna, ut modo si, modo illi in summo essent aut fastigio, aut periculo, habebatque secū Quintu[m] Gellium Canū s[ic] & quād, similissimumque fui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplū, quod cum eo, neque pueram in ludo cognoverat, adeo coniuncte vixit, ut ad extre[m]am satem amicitia eorum creuerit. Antonius autem, etiā tanto odio fecerat in Ciceronē, ut non solum ei, sed etiam omnibus eius amicis effet inimicus, cōfque vellet proscrivebere muleis hortantibus, tamen Attici menor fuit officii, ut ei, cum requisiſset vbi[n]am esset, sua manu scripsi, ne timeret, statimq[ue] ad fe[re]veniebat ei, & Gellium Canū de proscriptorum numero exempliſſe, ac ne quod periculū incideret, quod noctu[m] fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum fibo, sed etiam ei quem charissimum habebat, præsidio fuit. Neque enī solum à quoquā auxilium petit salutis, sed co[n]iunctum, ut appareret nullam se iunctam fibi ab eo velle fortunam. Quod si gubernator præcipuis laude fenter qui nau[is] ex byssine, matrice scopuloſo fenerat, cur non singularis eius exaltimet prudenter, qui ex tot tareisque grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis vt se emerget, nihil aliud egit, q[uod] u[er]a ut plurimi, quibus rebus posset, effet au[x]ilio, cum proscriptis præmis imperatorū vulgus conqueriret, nemo in Epeiro venit, qui res villa defuerit, nemini non ibi persperuo manendi potestas facta est, quod etiā post prælum Philippense, intermixtumque C. Cassii & M. Brutii L. Iulii Mocillam Praetorium, & filium eius, Auliāque Torquatū, ceterōque pari fortuna perculpos, infituerit tueri, atque ex Epeiro iis omnia Samothraciā supportati iusterit. Difficile enim est omnia prosequi, & nō necessaria. Illud vnu[m] intelligi volumus illius liberalitatem, neque temporariā, neque calidam fuisse. Id ex ipsa rebus, ac temporibus iudicari potest, quod nō florentibus se venditant, sed afflicti semper succurrunt: qui quidem Scrutu[m] Brutii matrem non minus post mortem eius, quam florentē coluerit. Sic liberalitate vtrorsum nullas inimicitias gelit, quod neque ledebat quenquam, neque siquam iniuriam accepert, nō ma-

lebat obliuisci, quām vlcisci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia. Quæ autem ipse tri-  
 buerat, tādiū meminerat, quoad ille gratus, & q̄ si acceperat. Itaque hic fecit, vt vere dictum videatur. Sui  
 cuique mores fingunt fortunā. Neque tamē prius ille fortunā, quām se ipse fixit, qui cavit nequa in re  
 pleōteretur. Iis igitur rebus efficit ut M. Vipſianus Agrrippa intima familiaritate coniunctus adolescenti  
 Cæſari, & propter suam gratiam, & Cæſaris potentiam nullius conditionis non haberet potestatē, potissi-  
 mum eius deligeret affinitatē, peroptaretq̄ equitis Romani filiam generosam nupiis. Atque harum nu-  
 piařū conciliator fuit (non enim est celandū) M. Antonius triumvir reip. cuius gratia cū augere professo-  
 nes posset suis, tantū abfuit à cupiditate pecunie, vt nulla in re vñs sit ea, nisi in deprecandis amicorū aut  
 periculis, aut incōmodis. Quod quidem ſub ipfa proſcriptione perillulſtre fuit. Nam cū L. Saufiū equitis  
 Romani & equalis ſui (quiē plureis annos ſtudio duc̄tis philoſophiæ habitabat, habebatq̄ in Italia pre-  
 ciosas poſſeſſiones) Triumvir bona vēdidiſſent, cōſuetudine ea qua tum res ḡtebātur, Attici labore atque  
 induſtria factum eſt, vt eodem nuncio Saufiū fieret certior, ſe patrionū amifile, & recuperatiſſe. Idem  
 L. Iul. Calidiū (quem post Lucretii Caſtillique morte multo elegantiſſimum poctam noſtram tulisse zatā  
 vere videor poſſe contendere, neque minus virū bonum, optimusq̄ artibus eruditū) poſt proſcriptionem  
 equitū propter magnas eius Aphricanas poſſeſſiones, in praefcriptorum numerū à P. Volumini praefecto  
 fabrū Antonii, abſentem relātū, expedīt. Quod in praefenti vñtrum ei laboriosius, an glorioſius fuerit,  
 difficile fuit iudicare, quid in corū periculis, non ſecus abſentes, quām praefenteſ amicos Attico eſſe curze  
 cognitiſſi eſt. Neque vero minus ille vir bonus pater familiæ habitus eſt, quām cuiusnam cū eſſet pecunio  
 ſus, nemo illi minus fuit ermax, minus xdficator. neque tamen nō in primis bene habitauit, omnibū que  
 optimis rebus vñſus eſt, nō domum habuit in collegio Quirinallia Pamphiliana ab auunculo h̄ereditate re-  
 likiat, cuius amoenitas non adificio, ſed ſylva confabat. Ipsiſ enim teatū antiquis cōſtitutum plus  
 ſalis, quām ſumptus habebat: in quo nihil communiauit, niſi ſiquid vetuſtate coactus eſt. Vñſus eſt familiæ, ſi  
 utilitate iudicandū eſt, optimiſ ſorma, vix mediocriſ. Nāque in ea erant pueri literatiſſimi, anagnostē o-  
 peimī, & plurimi librarii, vt ne pedeſequiſ quidem quāquā eſſet qui non vtrunque horū pulchre facere  
 poſſet. Pari modo artifices ceteri, quos culus domeſticiſ desiderat, apprime boni: neque tamen horū quē-  
 quam, niſi domi natū, domiſque factum habuit: quod eſt ſignū non ſolum continentia, ſed etiā diligenciam  
 & nō intertemperanter concupiſſere, quod a pluribus videas, continentis debet duci: & potius diligētia  
 quām precio parare, nō mediocris eſt induſtria. Elegans, nō magnificus: ſplendidus, non ſumptuosus, om-  
 ni diligētia munditudi, nō affluentiſ affectabat. Supellex non modica, non multa, vt in neutra partem  
 confiſci poſſet. Nec præteribo (quāquam nonnullis leue viſum iri pote) cum in primis lautus eſſet eques  
 Romanus, & non parū liberaliter in domum ſuā omnium ordinū homines inviatae, ſcimus nō amplius,  
 quām tem̄ millia teris perzeque in ſingulos menses ex Ephemeride eū expenſum ſumptui ferre ſolitū:  
 atque hoc non auditem, ſed cognitiſ predicamus. ſepe enim propter familiaritatē domeſticiſ rebus in-  
 terfuimus. Nemo in cōſuilio eius aliud exp̄r̄ma audiuit, quām anagnosten, quod nos quidē iucundissimū  
 arbitramur: neque vñquā ſine aliqua lectione apud eum coenatum eſt: vt nō minus animo, quām venere  
 conuiū & deflarentur: nāque eos vocabat, quorū mores a ſuis non abhorreter. Cum tanta pecunia facta  
 eſſet aefficio, nihil de quotidiano culto mutauit, nihil de vite cōſuetudine: tantique vñſus eſt moderatione,  
 vt neque in h̄s viciis, quod à patre acceperat, parū ſe ſplendide ḡſſerit, neque in h̄s centies affluētū vixer-  
 it, quām iſtituerat, parque falſigō ſteret in viraque fortunatissimos habuerit hortos, nullā ſuburbanā,  
 aut maniciam ſumptuosam vilā, neque in Italia præter Ardeatini & Nomentanū, ruficūm prædiū,  
 omnīque eius pecunia rediſtiſ confabat in Epiroticis, & vrbaniſ poſſeſſionibus, ex quo cognosci poſſet  
 eū viſum pecunie non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitum. Mendaci neque dicebat, neque pati po-  
 terat. Itaque eius comitas non sine feueritate erat, neque grauitas ſine facilitate: vt difficile eſſet intellectu, vtrū eum amici magis revererūt, an amarent. Quidquid rogarabat religioſe promitebat: quid non libe-  
 ralis, ſed leuis arbitrabatur, polliceti quod praeflate non poſſet. Idē in intendo quod ſemel admisiſſet, tanta  
 era cura, vt nō mandata, ſed ſuam rē videretur agere. Nuſquam ſucepti negocii eū pertulit eſt. Suam  
 enim exiftimationē in ea re agi putabat, qua nihil habebat charius. Quo ſiebat, v̄ omnia Ciceroni, Catoni,  
 Marciisque Hortensi, A. Torquati, multorum prætræta equitum Romanorū negocia procuraret. ex quo  
 iudicari poterat non inertia, ſed iudicis fugiſſe, reip. procuraſionē. Humanitatis vērō nullum afferre maius  
 teſtimoniuſ poſſum, quām quid adolescentiſ idem ſeni ſullz euerit iucundissimus, ſenex adolescentiſ M. Bru-  
 totum & equalibus ante ſuis Q. Hortenſio & M. Ciceroſ ſic vixerit, vt iudicare diſſicile ſit, cui zatā  
 eſtit aptiſſimus. quāquām eum præcipice dilexit Cicero, vt ne frater quidē ei Quintus charior euerit, aut fa-  
 miliarior. Ei re ſunt iudicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgo ſunt editi,  
 ſexdecim volumina ep̄ſtolarū ab consulatu eius viſque ad extreμū tempus ad Atticum miſſarū: quæ qui  
 legat, nō multum diſiderat, hiſtoriorum contextā corum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum,  
 viſitā duō, zurnalizationibus reip. perſcripſa ſunt, vt nihil in his nō appetat, & facile exiftimari poſſe pru-  
 dentiam, quodāmodo eſſe diſtinuationē. Non enim Cicero ea ſolum, qua viuo ſe acciderunt, futura pre-  
 dixit, ſed etiā quæ nunc vñſu veniant, cecinat, vt vates. De pietate autem Attici, quid plura commemoſe: cum

ut iis ad vitam agendam, nō ad orientationem vteretur. Moris etiam malorum summissus imitator fuit, antiquitatisque amator: quam adeo diligenter habuit cognitio, ut cum totam in eo volumine expoferent, quo magistratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est populo Ro.-quod non in eo, suo tempore sit notata: & quod difficilissimum fuit, sic familiarum originē subtextuit, ut ex eo clarorū virorum propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatis in aliis libris, vt M. Brutii rogatu. Iunii familiaris à fratre ad hanc etatē ordine enumerauerit, notans qui à quoque ortus, quod honoris, quibusque temporibus cepisset. Pari modo Marcelli Claudiī de Marcelloru, Scipionis Corneli, & Fabii Maximi Fabiorum, & AEmiliorum, quibus libris nihil posset esse dulcissimū in, qui aliquā cupiditatē habent notitiae clrorum virorum. Attigit quoque poetice (credimus)ne eius expers effet suauitatis. Nāque versibus, qui honore rerumque gelclarum amplitudine ceteros Ro.-populi praestiterunt, exposuit, ita vt lab. singulorum imaginibus facta, magistratusque corum nō amplius quaternis, quinqueque versibus descripsit: quod vix credendum sit, tantas res tū breviter potuisse declarari. Est etiā vnu liber Græce confectus de consulari Ci ceronis. Haec tuus Attico viuo edita à nobis sunt. Nāc, quoque fortuna nos superflues ei esse voluit, reliqua persequemur, & quantum potuerimus rērū exemplis lectorēs docimūs, sicut suprā significauimus, suos cuique mores plenius cōcidare fortunā. Nāngue hic contentus ordinē Equeſtē quo erat ortus, in affinitatem pertinet Imperatoris Dñi Iulii filii, com iam antē familiaritatē eius effet cōsecutus nulla alia re, quā elegantiā vita, qua ceteros ceperat principes ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores. Tāta enim prosperitas Cæſarē efft confecta, vt nūl ei nō tribueret fortuna, quod cuiquā antē detulerit, & conciliārit, quod ciui Romanus quī confequi. Nata autē est Agrippa, cui virginem filiā collo cauit, hanc Cæſar vix anniculū T. Claudio Neroni Drusilla non priuigno suo despōndit. Quā consiunctio necessitudinē eorum lāxit, familiaritatē reddidit frequentiorem. Quāvis ante haec sponsalia nō solum ei ab Urbe abeſeret, nūquam ad suorum quānqū literas misit, quin Attico mitteret, quid ageret in primis, quid legeret, quibusque in locis, & quandiu effet moraturus: sed & cum effet in Urbe, & propter suas infinitas occupationes minus ſepe quām vellet Attico frueretur, nullus dies temere intercesserit, quo non ad eum scriberet, quo aliquid de antiquitate ab eo requireret, modo aliquam questionem poeticiam ei proponeret, interdum iocans eius verbis eliceret epistolas. Ex quo accedit, cum zdes Iouii Feretrii in Capitolo ab Romulo cōfūta, vetusitate atque incuria detexta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæſar eam reſciendam curaret. Neque verò à M. Antonio minus absens literis cōlebat: adeo vt accurate ille exul tā his terris quid ageret, quid curie ſibi haberet, certiorē facret Anticum. Hoc quale sit, facilius extimabit is, qui iudicare poterit quāntē ſit sapientia eorū retinere vſum, benevolētiāmque inter quos maximirū rerum non solum ūlūlū, ſed obreccatio tanta intercedebat, quāntam fuit incidere necesse inter Cæſarem atque Antonium: cum ſe vterque principē nō ſolum urbis Romanarū, ſed orbis terrarū effe cuperet. Tali modo cum ſep̄t., & ſeptuaginta annos complexis, atque ad extrema ſenectutem non minus dignitate, quām gratis, fortunaque cœrūlēt (multas enim hæreditates nulla alia re, quām bonitate consecutus, tātāque propter ſuſus effit valetudinis, vt anni x x medicina non indigueret) natus est morbus, quē initio & ipſe, & medici contempseruntē putarunt effe Tenaſnon, cui remedia celeria, facilisque proponebantur. In hoc cum treis menses fine vīlis doloribus, præterquā quos ex curatione capiebat, cōſumpſiſſet, ſubito tanta vis morbi in vnam intēſiū prorūpīt, vt extremo tempore per lumbos fitulæ putres erupērūt. Atque hoc prius quāen accederet, poſtuā in dīs dolores accreſcere, febrileſe ſenſit. Agrip-pam generum ad ſe acceriri iuſſe, & cum eo L. Cornelii Balbum, Sextāmque Peduceum. Hos vt veniale vidit, in cubitum nixus. Quantā, inquit, curam, diligentiamque in valetudine mea quāda hoc tempore adhibuerim, cum vos teſtes habeam, nūl opus eī pluribus verbis cōmemorare quibus quoniam, vt spero, ſatiſeci, me nūl reliqui feciſſe, quod ad fanādum me pertinet, reliquā efft, vt egoen ſuhi cōſulamid vos ignorare nolui. Nā mihi stat alere morbum definiere, nāque his diebus, quāquid cibi ſuſpī, ita produxi vitam, vt auxerim dolores ſine ipse ſalutis. Quare à voibz peto, peimā ſuhi cōſilium probetis mecum, deinde ne fructu dehortando conueni. Hac oratione habita, tanta cōſtanția vocis aque vultus vt non ex vita, ſed ex dorso in domī videretur migrare: cū quidem Agrippa cum flens atque ſiculans oraret atque obſecraret, ne ad id quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret: & quoniam tā quoque poſſet temporibus ſuperelle, ſe ſibi, ſuſque referuerat preces eius taciturna ſua obſlitione depreſſit. Sic cum biduū cibo ſe abſtinuſſet, ſubito febris deceſſit, leuiorque morbus eīscepit. tamē propoſi tumnihil ſecius perēgit. Itaque die quinto poſtuā id cōſilium inierat, prid. x. Aprilis, Cr. Domitio, ē. Sofio G. o s. decelfit. Elatus ēt in lebēula, vt ipſe praescriperat, fine vīla pompa funeris, comitabūs omnibus bonis, maxima vulgi frequētia. Scipulus ēt iuxta viā Appiam ad quinquā lapidem, in monuimento Q. Cxclii auſtunculi fui-